

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
34 H
8
ROMA



Adrianus VI [Florent Hadrianus]
Briard Jan









DO. HADRIANI FLORENTII TRA iectensis, Pontificis oībus modis maximi Questiones Quotlibticæ xij. argutissime iuxta ac doctissime


ITEM EXCELLENTISsimiviri, artiū, itidem & sacre Theologię professoris eruditiss. M. Ioannis Briardi Athensis Quæstiones Quotlibeticę, V. non minus doctæ atque argutæ.

Excudebat Nicolaus Sauetirius non minore labore quā diligētia: curauitq; reddere castigatiss. (vt quisq; facile deprehendet, cui cum vulgaribus exemplaribus conferre libuerit) Anno a partu virgineo .1531. circiter Calendas Ianuarias.



PARISIIS.



Reuerendo in Christo patri ac. D. Cornelio Emmerico Merensi.S. Michaelis Abbati digniss. Gerardus Vorselmanus Megasondrus. S. P.



Os fuit antiquis reuerēde pater, mense Decēbri Saturnalia celebrare: iisq; festis munera Saturnalitia mittere. Quē morē (tametsi a Gentilibus ortū) nequaq̄ reprehendendū putam⁹: cū ea munuscula amicitię conseruandę, ne aut tepescat, aut prorsus intermoriat, nō mediocres sint fulturę. Quare & hic quoq; mos apud n̄rates, inoleuit, vt in fine Decēbris, aut Ianuarii Calendis muneribus, xeniolisq; vltro, citroq; missis vicissim salutent, annumq; fœlicē precentur. Hoc ego quoq; imitari cupiens, cū Nicolaus Sauetirius bibliopola Parisiensis, vir ꝓbus & honestus Hadriani Florentii Traiectensis pōtificis maximi, nostratis inquā Quotlibeticas Quęstiones rursus in lucē castigatiores emittere decreuisset, plurimumq; rogaret epistolā pręfigeremus, eiq; inscriberemus, quē tali auctore dignū putarem⁹: occurrebas tu in primis, & quidē merito reuerende Abbas, & Mecœnas humanissime, quē tali auctore, taliq; mnemosyno his Saturnalibus, Calendisue Ianuarii salutarem⁹: cuius inquā imagine ornatiores e prelo emergerent. Nam queadmodū aurū, res alioqui preciosissima, imperatoris, regisue imagine redditur charior ac preciosior: imago rursum auro insculpta venerabilior: Ita etiam tua dignitas. R. pater apud exteros hoc auctore: & libellus iste, (quāuis auctorem habeat extra omnē inuidię aleam positum, nimirum

Pontificē maximū) tuo nomine reddetur gratior. Cū nemo nō nouerit, quam sis vere theologiæ amator egregius, assertorq; fidelissimus: reiq; Lutheranæ oppugnator strenuissimus. Nā de alijs virtutibus, quibus abunde polles: & quasi sydus emicas, libertate, humanitate, religiōe, vitę sanctimonia, cæterisq; virtutibus, nō est nunc dicendi locus: Quas etiā Henricus Strompius Attensis dominici gregis Veterebuscensis pastor vigilātissimus, virginibusq; Losdunensibus pfectus, ac sacræ paginæ (vt vocāt) licentiatus doctissimus, vir acri admodū iudicio, nō potuit nō satis admirari. Sed de his alias. Hocvnū nunc oramus plurimū patrone dilectiss. nostrum epistolium boni cōsulas: tuiq; cliētis animū, nō mnemosynon aspicias: nā mola salsa eos litare, qui thura non habēt, proditum non ignoras. Vale affinis chariss. Parisijs circiter Calendas Ianuarias, Anno a Christo nato. 1531.



Gerar. Vorselmanus ad librum.

I liber, & nostrum iubeas saluere patronum:
Hoc signo poteris tutus adire virum.

De litera.E.

¶ De litera G.

¶ De litera H.

¶ De litera I.

¶De litera.L.

¶De litera M.

¶ De litera P.

¶De litera Q.

¶De litera R.

¶ De litera.S.

Finis tabulę.

Hadriani Florētij de Traiecto, Pōtificis maximi, omnibus modis ſummi, Quodlibetica queſtio prima, anno a ſalute humana. M. cccc.lxxxviii. Louanii diſputata.



TRVM PROPTER SCANdalum vitandum in proximo, liceat alicui contrauenire voto vel iuramēto a ſe prius rite facto? Cuius quæſtionis profunditatem dum tacitus dimetior ac diſcutio, & quanta eum oporteat ſapientiā eſſe præditum, qui tam doctiſſimorum virorum expectationi etiam ad minimum ſatiſfacere poſſit: vehementer exhorreo onus ſubire tam arduum, viribus meis longe impar, vbi ſub faſce antea ruendum mihi ſit q̄ leuandum. Temerarium enim eſt velle docere quempiam, quæ nondum plene didicerit. Iudicare de alijs ipſum ab omnibus iudicandum. quo fieri ſolet vt magiſter fiat erroris, qui non plene diſcipulus fuerit veritatis. xxiiij. q. iij. quid autem iniquius. Quomodo etiā ſermonem ſuum ſale condire poterit in gratia: vt cuiq; quēadmodum oportet loquatur, (quod ad Coloſſenſes vlti. monet Apoſtolus) qui ignorantiæ circūfuſus nebulis, nec ipſum ſal videre ſinitur, quo alia condire monetur? Quoties autem ſalis condimento neglecto in non opportuno tempore, aut nō opportuno loco loquimur, aut non vt cōuenit audientibus: ſermo malus, iuxta Hieronymi ſententiam, de ore noſtro procedit: de quo in extremis ratio reddenda erit. xxij. q. v. quoties. Et quis quæſo neſciat huic tam præclaro ac digniſſimo cœtui, nihil tam exquiſitum, A

tam elaboratum afferri posse, quod nequeat iuste culpari? Quid enim adduci poterit quod non certum manifestumq erit, aut occultum ac abditum? Si manifestum, & neminẽ latere presumatur: vt cibus communis erit fastidio. Si occultum ac abditum: dicens de eo, recte differere non credetur. Quid igitur mirum, Patres percelebres, ac viri eruditissimi: si rei huiuscemodi immensitatẽ perhorrescã, & degenerem animum meum (iuxta vulgatum prouerbiũ) timor arguat? Ne tamen pijssime matris mee facultatis artium onus semper recusare videar: (cuius honorẽ sua gratia participo & commodum) quantum potero quæsitum decidere conabor. Et quia stultum est ante historiã effluere, in ipsa autem succingi (secũdi Macchab. ij.) ad materiã accedo: Primo ostensurus quid sit scandalum. Secundo qd omitti aut fieri debeat ad vitandum scandalum. Et tertio

B certas obiectiones, vt breuius potero expediam. ¶Pro primo igitur sciendum est, vt dicit glossa Matthei. xv. super verbo. Scis quia Pharisei audito verbo hoc scãdalizati sũt. scandalon vel scandalũ græce, nos offendiculum, ruinam, vel impactionẽ pedis dicere possumus. vnde: Qui scãdalizauerit, id est occasionẽ ruine dederit: &c. Et quia offendiculũ, ruina & impactio ꝓprie dicit̃ in corporalib⁹, in spiritualibus autẽ transsumptiue: oportet ꝙ spirituale scandalum (de quo nunc sermonẽ habeo) dicatur ad similitudinem corporalis impactionis: quæ solũ fit cum ambulanti obijcitur aliquid in via, quod ei fit occasio cadendi. Nihil autẽ natum est facere casum eius qui in via dei ambulat, nisi sit aliquod min⁹ rectum. Si enim nullum rectitudinis defectũ habeat: potius muniet q̃ ad ruinam inclinet. ¶Ex hoc sumit̃ a doctoribus hec diffinitio scandali. Scandalum est dictũ vel factũ minus rectũ alteri prebens occasionem ruine. que diffinitio effectualiter ponit̃ in Glo. Mat. xviij: sup verbo. Si man⁹ vel pes tuus scãdalizet te, abscinde eũ &c. Vñ dicit. Scãdalizat, q verbo vel facto min⁹ recto occasionẽ dat ruine. ¶Contra hanc diffinitionẽ multipliciter instatur. ¶Primo sic: omne min⁹ rectũ est rectũ, cũ cõparatiuus presupponat positiuũ. sed nullum scandalũ est factum vel dictũ rectum, cũ semper sit peccatum. ergo &c.

¶Secūdo. Aliquod est ad scandalū passiuū, puta spiritualis ruina ꝓximi ex dicto vel facto alterius, & illi nō cōpetit descriptio. ergo &c. ¶Tertio. Nume. xxxj. sup illud, Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, dicit glo. Scandalū est qñ recte ambulanti deceptio submittiť ad ruinā. Sed nō semꝑ per factū vel dictū minus rectū decipimus eū quē ad peccādū inducimus, cū quādoq; sit sciens & cōsentiens in peccatū. scienti aūt & cōsentienti non fit iniuria neq; dolus, de re. iu. libro. vj. scienti. ¶Quarto. Peccato cordis potest quis aliū scandalizare prębendo ei occasionem ruinę. sed illi nō cōuenit dicta descriptio. ergo &c. ¶Quinto. Facto bono & recto potest quis aliū scādalizare ergo nō est de ratione scādali ꝙ sit minus rectū, siue habens defectū rectitudinis. Antecedens patet de illo verbo Christi: Nisi māducaueritis carnē &c. quo multi etiā ex discipulis Christi scandalizabanť, & abierūt retro. Et ꝙ scandalizauit eos, patet, quia legitur eis Christus dixisse. Hoc vos scandalizat. si ergo videritis filiū homīs ascēdētem vbi erat prius &c. Pro illo etiā est illud Esa. viij. vbi de Christo dicitur: Erit in lapidē offensionis, & petrā scādali. Nefas aūt est cogitare vel dicere ꝙ aliquod dictū vel factū Christi fuit minus rectū ꝑ defectū rectitudinis. ergo facto bono & recto pōt qs scādalizare. ¶Ad hæc respōdeo. Primo ad primū. ꝙ minus rectum in definitionē scādali nō dr̄ per cōparationem proprie dictam, vt idem sit quod rectū quo est aliquid rectius: sed abusiue per priuationem rectitudinis: vt sensus sit, minus rectum, id est deficiēs a rectitudine, & hoc semper est malum. Dicitur tamen potius in definitione minus rectū, q̄ malum vel peruersum, ad denotandum quod scandalū nō solum reperiť in ijs quæ mala sunt ex genere actus, sed etiā in ijs quę secundum se nō sunt mala, sed habēt mali speciē. Talia em̄ etiā sunt ꝑ se inductiua ad peccatū, & sic sunt scandala: vt comedere idolothytū, quia habet speciē mali, cū videatur fieri in veneratione idoli, scādalizat infirmos q̄ putāt ip̄m nō fieri nisi in veneratione idoli. Hinc. iiij. Ethi. dicit Philosophus. Nihil differt an scd̄m veritatē sint turpia, vł scd̄m opinionē, neutra eīn opāda sūt, et sic nec verecūdandū. & C

Apostol⁹.i.ad Thes.vlt.Spiritũ nolite extinguere: & prophetias nolite spernere.oia probate: qđ bonũ est tenete.ab omni specie mala abstinete vos. ¶ Ad secundũ dico ꝙ scan
D dalum passiuũ non cadit sub diffinito dictę diffinitionis.diffinit em̄ solũ scandalũ actiuum.passiuum vero scandalum nihil aliud est quã ruina spiritualis quã ex dicto vel facto
E quis incidit. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ omnis inductio ad errorẽ, est deceptio:siue quis ducatur in errorẽ intellectus:existimando verũ quod falsum est:siue in errorẽ affectus, qui dicitur error morũ aut vitæ.& sic scandalizatus semper decipitur errore vitæ seu morũ: quãuis non semper errore intellectus.Et quãuis scandalizans non semper decipit ex intentione proponẽdo aliũ inducere ad errorẽ: semper tamen decipit re ipsa,puta facto vel verbo suo minus recto:
F quod ex se est inductiuũ ad errorem. ¶ Ad quartum dico ꝙ spiritualis obex qui scandalũ actiuũ dr̃:debet in via ambulanti obiici ad hoc vt scãdalizet.qđ fit dũ venit in eius notitiã.Pctm̄ aũt cordis in noticiã alteri⁹ venire nõ potest nisi ꝑ signa aliqua exteriora q̃ in dicto vel facto cõsistunt & sic non scãdalizat nisi mediate dicto vel facto min⁹ re
G cto:& hoc est actiuũ scandalũ. ¶ Ad quintũ dico ꝙ scãdalum sumitur dupliciter.vno modo generaliter pro facto vel dicto a quo per occasionẽ procedit alterius ruina,siue occasio sit data,siue accepta:& sic bona dicta vel facta bene sunt scandala.Alio modo pro dicto vel facto ex se dãte occasionẽ ruendi:& sic scandalũ dicit de malis ex genere, vel habentib⁹ speciem mali. Distinctio occasionis datæ & acceptę innuitur ab Apostolo ad Rom̃.vii.cũ dicit.Occasione aũt accepta peccatum per mandatũ operatum est in me omnem concupiscentiã.vbi Glo.Talis est nostra carnalitas,vt ardenti⁹ desideret prohibita,quibus non memoratis iaceret quasi sopita.innotescentia em̄ mãdati magis est repressiua & refrenatiua cõcupiscentiæ,quã inflãmatiua.sed per accidens.ex nostra stultitia et carnalitate quæ mandato se cõfirmare non nitit:fit vt magis peccem⁹ mã dato nobis manifestato:quia seruus sciẽs voluntatẽ domini & nõ faciẽs,plagis vapulabit multis.Luce.xii.Et meli⁹ erat eis viam iustitiæ non agnoscere, quã post agnitionẽ

&c.quomodo:Sapien.xiiij.dr ꝙ creaturę dei factę sunt in muscipulā pedib⁹ insipientiū. Hui⁹ simile datur in corporalibus: vt si volenti trāsire viā lutosom, supponantur lapides, vt fieri solet, mediātibus quibus possit trāsire viam sine defedatiōe. Talis si nolit aduertere lapides, & ambulādo cœlū aspiciat: plus forte fœdabitur q̄ sine lapidib⁹, vt si per eos totaliter ruat in lutū. sed certe lapides non dant ei occasionē dffœdandi: sed ipse sumit, quū magis sint ei p̄sidio vt possit se non fœdare si velit. sic dico de Christo, ꝙ ei⁹ dicta vel facta scandalizabāt primo modo, sed non dabāt occasionem ruendi. & sic loquuntur doctores de scandalo actiuo. ¶ Hic tamen aduertendū est, quod licet factū bonū quod nullā speciem mali habet, nunq̄ fit actiuū scādalum: bene tamen est peccatū aliud si fiat tēpore quo illud omittere teneor ad vitandum passiuum scandalum proximorum. Verbi gratia sit princeps terræ non habens legitimū hæredem: qui si ingrediendo religionem deserat terras suas, erit malis libertas auertendi plurimos ex subditis suis a vera christiana fide ad infidelitatis errorem. talis nisi omittat, vel saltem differat ingredi religione, peccat illo facto bono, sed non fit tūc hoc factū bonū bene, & sic simpliciter est malū ex tēporis circunstantia. Vnde vt dicit Dionysius quarto de diuinis nominib⁹: Bonum est ex integra causa: malū vero ex singulis defectibus. Et philosoph⁹. ij. Ethi. circa diffinitionē virtutis: dicit ꝙ dirigere, id est bene agere, vnice contingit: id est tantū vno modo: peccare vero multis modis. Ex quibus clarū est actum dici malū ex cuiuscunq; circunstantię debite defectu. H

¶ Ex istis infero correlarie ꝙ omne scandalū tam actiuum q̄ passiuum est peccatū. De passiuo certū est: quia nihil aliud est scandalū passiuum, quam spiritualis ruina proximi ex dicto vel facto alicuius. De actiuo probo, primo per diffinitonē scandali actiui: quia est dictū vel factum minus rectum &c. Secundo, quia vt dicit Glossa Nume. xxxj. grauius peccatū est dare peccati causam: quam peccare. sed scādalizare est dare peccati causam: ergo. Tertio quia peius est lœdere aliquem in bonis animæ quam fortunæ vel corporis, vt patet. ix. quæst. j. ex merito plebis. &. c. deteriores. sed lœ- I

dere aliũ in bonis fortunę vel corporis, sine dubio est peccatum. ergo etiã lædere aliũ in bonis animę, qđ fit per scãdalũ actiuum. Hinc dicit Hieronym⁹ in Micheã: Qui de suis assеclis, id est seruitoribus, ordinant, vitam eorũ in scãdalũ populi exponentes: rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizantur. i. quęst. j. hi quoscunqꝫ de assеclis. & ibidẽ c. placuit Si qui propter exactionẽ ministrorum a baptismate se subtraxerint (& idẽ iudiciũ est de alijs sacramentis) necesse est vt ab his perditio eorũ requiratur, quorum spolia ꝑtimescẽtes, a baptismi grã se subtraxerũt. Quarto patet idẽ authoritate Christi Mat. xviij. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis his: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in ꝓfundũ maris. Glo. Quia melius est pro culpa breuẽ suscipere pœnam:

K quã æternis seruari cruciatibus. Hoc non procederet nisi scandalũ actiuum esset peccatũ. ℂ Contra istud corollariũ insto tripliciter. Prio sic. Nulla peccata eueniũt ex necessitate. sed scãdala eueniũt ex necessitate, iuxta illud Saluatoris Mat. xviij. Necesse ẽ vt veniãt scãdala. ergo. Maior patet: q̃a secundũ beatũ Augu. Pctm̃ adeo voluntariũ malũ est, vt nisi sit voluntariũ, nõ sit pctm̃. Quæ sentẽtia adeo vera & manifesta ẽ, vt nulla huic doctorũ paucitas, nulla in doctorũ turba dissentiat. xv. q. j. in pricipio. Et vasis irę de⁹ nõ inferret interitũ, nisi spõtaneũ inueniret homo habere pctm̃. xxiij. quęst. iiij. Nabuchodonosor. ergo nullũ peccatũ euenit ex necessitate. Secũdo sic. Nullũ peccatum procedit ex pietatis affectu. Nam vt dicitur Matthęi. vij: Nõ potest arbor bona fructus malos facere: sed aliquod scandalũ procedit ex pietatis affectu. ergo. Minor probat: quia sup illđ Saluatoris. Matthęi. xvj. dicentis Petro: Scãdalum mihi es: dicit Hieronim⁹: Error Apostoli de pietatis affectu veniẽs, nunquã mihi incẽtiuũ videtur esse diaboli. Tertio sic. Scandalũ dicit impactionem. sed nõ quicunqꝫ impingit, cadit: ergo scandalum quod est spiritualis impactio, potest esse sine peccato siue casu spirituali.

ℂ Ad hæc dico, Primo ad maiorẽ primę obiectionis ꝙ licet nullũ peccatũ euenit ex necessitate absoluta: bene tamen ex necessitate conditionata ex tribus conditionibus,

scilicet diuinę prescientię, aut prenunciationis: conditione nostrę carnalitatis: & conditione vtilitatis inde prouenientis: quomodo dicit Apostol⁹ primę ad Corinthios vndecimo. Necesse est hęreses esse: vt qui probati sunt, manifesti fiant. De prima necessitate dicit Chrysostomus quod tale necesse non destruit spontaneū potestatis, neq; libertatem electionis: quia prędictio eius scādala nō inducit. Non eñ q̄a p̄dixit futura sunt: sed q̄a futura sunt p̄dixit. ¶ De secūda. s. necessitate ex cōditione nr̄æ carnalitatis dat̄ simile: Sicut medic⁹ vidēs aliquos indebita dięta vtētes, dicit: Necesse est tales ęgritudinē incurrere: qđ intelligit̄, nisi diętā mutauerint: ita similiter de scādalis necesse est scādala euenire, supple si hoīes vitam suā carnalem continuauerint.

¶ Ad secundum respondet beatus Thomas. xxxviij. distī. iiij. & secunda secundę. q. xliij. articulo secundo, φ scandalum sumitur ibi p̄ quocunq; impedimento præstito alicui in via quam prosequi intendit. volebat enim Petr⁹ quodā pietatis affectu motus ad Christū, impedire ipsum ne pateretur. intendens φ dictum Petri non erat scandalum secundum dictam definitionem: quod peccatum nominat. Hæc solutio multis non placet: tum quia actus Petri erat error: vt patet ex verbis Hieronymi allegatis: tū q̄a actus bonus non tam duram increpationem meruisset, vt ei diceretur. Vade retro me Sathana; adiecta causa. Scandalū mihi es, quia non sapis ea quę dei sunt, sed quę sunt hominū. vbi glossa īterline. Aduersarie meę volūtatis, offendis me: volendo pręire sequere potius sentētiam meam. Ideo admitto quod dictum Petri erat peccatum, & scandalū actiuum, quantum in se fuit scandalizans: (vt vult Ricardus de media villa in quarto) retrahēdo Christum ab eo quod ex iniūcto patris & lege charitatis facere debuit, licet per ipsum Christus non scandalizabatur: quia peccare non potuit. ¶ Ad maiorem igitur ratiōis dico φ ibi per arborem (vt vult glossa & etiam Lyra) intelligitur actus bon⁹ interior, qui non facit fructū malum. id est actum exteriorem malum. sic autem non erat de actu interiore Petri, licet processerit ex pietatis affectu: sicut mendacium obstetricū ægyptiarum. Nec mirum φ affectus naturales sine

discretione & rectę rationis moderamine inducant ad peccatum: quia vt dicit Bernardus, zelus sine discretione prę cipitat. Et sexto Ethicorum dicit Philosophus: Sicut corpori forti sine visione moto accidit falli fortius, quia visum non habet; ita præditi virtutibus naturalibus sine prudentia, in via morũ longius aberrãt. Et septimo Ethicorum cũ probat incontinentiam irę minus malam esse, q̃ sit incontinentia concupiscentię: dicit ꝙ sicut veloces ministrorũ ante auditum omne dictum, id est priusquam audiant finem pręcepti, excurrunt, & ita in actione peccant: & canes audito sonitu statim latrant, non scrutato an sit amicus qui strepitum facit: ita ira audit quidem rationem, sed præceptũ nõ exaudit, id est non totaliter audit: & properat ad vlciscendum. Ita similiter zelum habẽtes sine scientia & discretione, peccant in actione: licet pietate moueantur ad agendum. Hinc ad Romanos .x. dicit Apostolus: Voluntas cordis mei & obsecratio fit pro illis in salutẽ. testimonium enim perhibeo illis ꝙ ęmulationẽ quidem, id est zelum dei habent, sed non secũdum scientiam. ¶ Nec obstat quod Hieronymus dicit actum Petri de pietatis affectu procedentem non fuisse incentiuum diaboli: quia vt dicit Augustinus. Sunt qui non solum non vincũtur: sed vltro se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed pręueniunt voluptatem. de pœni. dist. v. cõsideret. Et in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes cogitationes nostrę malę a diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij N motu emergunt. Non oportet igitur omne peccatũ procedere ex incentiuo diaboli, vt pulchre deducit Thomas prima secundę quęst. lxxx. arti. vlti. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ sicut nullus impingit corporaliter, nisi aliquo modo flectatur a rectitudine, ita null⁹ impingit spiritualiter, nisi aliquo modo recedat a rectitudine spirituali, & talis discessus a spirituali rectitudine semper est culpa ad minus venialis:

Sequitur nunc secundus articulus, in quo quid omitti vel agi debeat ad vitandũ scandalum, inquiritur.



SECVNDO videre statui q̃d omitti aut fieri debeat ad vitandū scandalū. Propter scandalū vitādū, scilicet ne scādalizet, tenetur hō potius oia tormenta & damna subire, quā actiue scandalizet. melius est enim oia mala pati, quā malo cōsentire. xxxij. q. v. Ita ne. Scandalizare aūt, vt ex dictis patet: est peccare. ¶ Ad cognoscendū aūt quid homo facere teneat̄ vt præseruet ꝓximū a scandalo passiuo: pono hanc conclusionē. Sicut tenemur ꝓximo non inferre mortem corporalē, & eū a morte corporali pręseruare si possumus: ita & de morte spirituali. Primā partē quo ad hoc quod tenemur ꝓximo non inferre mortē corporalem, ꝓbo ex illo mandato decalogi, Non occides. Quod etiam tenemur ꝓximū a morte corporali quantū possum⁹ præseruare, ꝓbabo: primo ꝙ hoc tenemur per subuentionē in facultatibus. Secundo quod tenemur ad hoc repellēdo ab eo iniuriam. Primo probo ex verbo Ambrosij: Quisquis pascendo hominē seruare poteris: si nō paueris, occidisti. lxxxvj. distinctione, Pasce. Et si tēpore periculi quo iust⁹ ad mortem rapitur, plus apud te valeat pecunia tua quam vita morituri, non est leue peccatum. lxxxvi. dist. nō satis. Non em̄ grandis differentia est, lethum inferas: an admittas. mortem enim languētibus probatur, infligere, q hanc cum possit non excludit. lxxxiij. dist. ꝓuidēdum. vbi glossa infert ꝙ medicus gratis tenetur curare infirmū: quia plus debet valere apud eum vita morituri, q̄ propria pecunia. lxxxvi. dist. non satis. Et mota quęstione si infirmus sit diues, & nihil velit dare medico, an teneat̄ ipsum gratis curare, cū nemo cogat̄ de suo beneficiū facere. x. q̄st. ij. precarie. & medicus licite recipit pecuniā. xiiij. quęst. v. non sane. Respōdet ꝙ tenetur eū suis impensis curare: & si conualuerit, repetat: q̄a vtiliter gessit ei⁹ negotiū allegat. ff. de nego. gest. l. Pomponius. Ad argumentū vero ex capi. precarie. ibi non respōdet: sed in capitulo precarie, sup̱ verbo, cogi, ponit tres exceptiones ab illo, scilicet nemo cogitur de suo. &c. Primo fallit septima quæstiōe prima. oīs. vbi dicitur. Qui negant fugientibus & necessitatem pa-

tientibus faciendā esse misericordiam, ipsum Christū negant: qui est misericordia & veritas. Secundo fallit vbi aliquis alij ꝓdest, & sibi nō nocet. allegat. ff. de aqua pluuia arcēda. l. in summa. §. itē Varus. Tertio fallit. lxxxvj. di. pasce. & hoc seruit proposito pro exclusione argumēti: quod scilicet hic sit speciale. Etiam textus nō dicit ꝙ nemo cogitur de suo beneficium facere, sed ꝙ nemo cōtra rationem & vtilitatem cogitur. &c. Hoc aūt non est cōtra rationē, sed ex ratiōis naturalis dictamine, & diuinę legis ꝑcepto: & sic nō obstat illud cap. precarie. Ergo hac opinione, Glossa multū facere videtur, ꝙ tenemur ꝓhibere si possumus eum qui nititur necare seipsum. xxiij. quęst. iiij. nimium.

B ¶ Idem, ꝙ scilicet teneamur per facultatū subministrationē &c. probo anctoritate diuinæ legis. nā vt legitur. Matthęi. xxv. in finali iudicio dicet dn̄s damnandis: Discedite a me &c. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me: nudus fui, & nō cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. interꝑtans sibi hęc denegata quādo ꝓximis necessitatē patientibus non sunt impensa. Vbi manifeste patet ꝙ ꝓ omissione operum misericordię quibus ꝓximū in vita seruare possemus, ęternaliter damnabimur. ergo tenemur. &c. Hinc Iaco. v. dicitur: Agite nūc diuites: plorate vlulantes in miserijs quæ aduenięt vobis. diuitię vestrę putrefactę sunt: vestiměta vestra a tineis comesta sunt. aurū & argentum vestrū ęruginauit, & ęrugo eorum erit vobis in testimoniū, & manducabit carnes vestras sicut ignis. thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus. Et Ambrosius. Non minus est criminis: quam habenti tollere, cū possis & abundans sis, indigentibus denegare. Esurientiū panis est quē tu detines. miserorū indumentum quod tu recludis. redemptio captiuorum, pecunia quam in terrā defodis. Tantorū te ergo inuadere scias bona, quātis possis præstare quod velis. xlvij. dist. sicut hi. Et Hieronymus: Aliena rapere conuincitur: q vltra necessaria sibi retinere probatur. xlij. distinctione. c. j. ¶ Secūdo

C ꝓbo ꝙ tenemur ad hanc præseruationem a morte per iniurię repulsionem a proximo. Primo ex. c. fortitudo. xxiij.

quęst.iij.vbi dicitur. Fortitudo quæ bello tuet a barbaris patriā, vel domi infirmos, aut a latronib⁹ socios, plena iusticia est. Etiā qui a socio non repellit iniuriā cum potest, tā in vitio est q̄ ille qui facit. eadē cau. &.q.non inferēda. Et ibidē.c.finali dicit. Ostēdit ꝑpheta nec illos immunes esse a scelere, qui ꝑmiserunt principib⁹ Christū crucifigere, cū pro multitudine timerent, & possent se a cōsensu, & illos a facto liberare. qui enī desinit obuiare cū potest, consentit. Vbi glossa. Hic sumit euidēs argumentū cōtra illos qui dicūt ꝙ socius nō tenet iuuare sociū nisi habeat aliquā iurisdictionē. Nec videtur valere glossa aliorū ad ꝑdictos textus dicēdo ꝙ pōt dici potestatē iurisdictionis, & nō virium corporaliū: quia sic text⁹ nō diceret q̄ non repellit a socio &c. sed, qui nō repellit a subdito &c. Itē nec exemplū de Moyse seruiret, sic Ambr. ad suū propositū: q̄ a Moyses cū Aegyptiū inferētē Hebręo iniuriā occideret, & abscōderet sub sabulo, nullā erat iurisdictionē assequut⁹ nec diuina ordinatiōe, nec hūana societate: vt videt ex textu Exodi.ij. Et ꝑ isto facit cap. dilecto. de sen. ex. libro sexto. vbi dr̄. Licet vnicuiq; suo vicino vel ꝓximo ꝑ repellēda iiuria suū impertiri auxiliū. Imo si potest & negligit, videt iniurientē fouere: at esse particeps ei⁹ culpę, vbi text⁹ videt solum loqui de potētia corporali: & nō iurisdictionis. Et quia ad scire veritatē oportet magis de fonte q̄ de riuulis quęrere: lxxvj.dist. ieiuniū. recurram⁹ ad auctoritatē diuinę legis, vñ hi canones originaliter sumpti sunt. Prouerbiorū.xxiiij. dicit: Erue eos qui ducuntur ad mortē: & qui trahuntur ad interitū, liberare ne cesses. Si dixeris, vires nō suppetūt: qui scrutator ē oīm, ipe intelligit & seruatorē animę tuæ nihil fallit reddetq; homini iuxta opera sua. vbi manifestum est prophetā solū loqui de potentia virium & corporalis fortitudinis. Item primę Ioan. iij. dicitur. Qui viderit fratrē suum necessitatē patientem, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo: quasi dicat, nullo modo. Sed qui videt fratrem suum per iniuriā perimi, cum ei potest sine periculo proprij corporis succurrere: si non subuenit, clausit viscera sua ad eo: ergo charitas dei non manet in eo: & sic peccat. Addo notanter cum potest sine periculo proprij corporis: quia ordinata charitate tenetur

quisque preferre proprij corporis salutem saluti corporali proximi: nisi proximus fuerit ecclesie dei valde necessarius ad salute spiritualem multorũ: quomodo cõmendantur Prisca & Aquila, eo ꝙ ceruices suas pro Paulo suppo suerunt. ad Romanos vl. Item si non preseruauerimus ei vitam cũ possumus per iniurie repulsionem, non videmur ipsum opere & veritate diligere: vt monet Ioan. i. canonica sua. iii. c. sed verbo & lingua. Et quid stultius est dicere quã ꝙ tenemur proximo per facultatũ subministratione subuenire, & nõ ꝑ modicã operã nostrã, vbi alias iniuste perimeretur: & cuius asinũ ruentem sub onere teneremur subleuare, iuxta illud Exo. xxiij. Si videris asinũ odietis te iacente sub onere: non pertransibis, sed subleuabis cum eo: non ipsum a violenta morte teneremur eripere? Et sciant isti se non habituros de allegationis nitore subsidiũ, vbi iudicabitur eo teste quo iudice. ix. q. iij. aliorũ. Etiã huius opinionis reperio fuisse illũ antiquũ glossatore Iuris canonici Ioanne. vt patet ex glossa preallegata: vt glo. ca. quantae

G presumptionis. de sen. excõmuni. Nec videtur valere argumentũ quod alij pro se adducunt: licitũ est pro defensione pecuniã accipere: nec repetitur si data fuerit. ꝓ quo allegant. ff. de do. si pater. §. primũ: ergo non tenetur quis ad hoc. pro quo allegant. ff. de condi. ob tur. cau. l. vl. Quia lex illa loquitur de illo ad qd quis absolute & pure gratis tenetur. loquit enim de cõmodatario qui reposcenti cõmodatũ non vult gratis cõmodatũ restituere: & similibus. Iã certũ est ꝙ quisꝙ pure gratis tenet cõmodatum restituere, secus est de istis operibus misericordie in defendẽdo vel pascendo moriente. Quod probo ex. c. si quis. de furt. vbi dicitur: si quis per necessitate famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria vel vestem aut pecus, pœniteat hebdomadas tres. & si reddiderit, nõ cogat ieiunare. vbi secundũ vnam lecturã doctorum, & videtur maxime equitatis, quãuis necessitas fuit maxima, si postea pinguiore fortunam sortitus non restituerit, peccat. Si vero necessitate cessante statim restituit: in nullo deliquit: & nõ cogit pœnitere vel ieiunare. Ex quo concludo ad propositũ: ꝙ nõ teneor pure gratis pascere fame moriente, vel defendere eum qui accipiẽdo iniuriã perimeretur: sed possum ꝓtestari de mer-

cede mei laboris vel operæ: aut dati repetitione si ad pinguiorē fortunā venerit. etiā a patiente necessitatē famis, licite capio pecuniā pro cibo meo quo eum pasco. Et tamen nihilomin⁹ tenerer eum sine pecuniæ acceptione pascere si pecuniā nō haberet. ergo nullo modo valet argumentū, licite sumo pro deffensiōe pecuniā: ergo ad hoc nō teneor. ❡Secundam partē conclusionis, q̄ scilicet ad idē tenemur quo ad mortē spiritualē, probo: quia tenemur proximum prǽseruare a peste corporali cū possumus: ergo etiā a spirituali. Consequentia tenet a minori. Vnde sic argumentat̄ Augustinus. Quid igitur de opere misericordię quod pro vita ęterna adipiscēda, & pœna ęterna vitanda hominib⁹ debemus impendere, iudicandū est: si pro salute ista nō solum tēporali. sed etiā breui, sic nos subuenire hominibus ratio vera & benigna cōpellit: xxiij. quęst. quarta, ipsa pietas. Item quia plus tenemur diligere animā proximi, quā̄ eius corpus, cum maior damnum fit in amissione vni⁹ animæ, quam in interfectione innumerabilium corporū hominum etiā innocentium. xxiiij. quęst. iij. si habes. ❡Ex qua cōclusione sic fundata infero hoc corollarium. Omne quod fieri potest agendo vel omittendo salua veritate vitæ: faciendum est ad vitandū scandalū passiuum proximi sed nihil contra veritatē vitæ. Pro intellectu huius corollarij aduertendū est quod veritas vt in rebus reperitur: dicit conformitatē seu adęquationē rei ad intellectum. & ergo omne illud quod intellectui recto seu rationi rectæ cōforme est & adęquatum, dicitur verum. Potest autē rationi rectę aliquid dupliciter esse cōforme: in ratione signi, & in ratiōe regulati: vt dicit beat⁹ Thomas distinctiōe. xlviiij. in fine primæ quęstionis. In ratione signi actiones nostrę sunt cōmensuratę ad mentē, dum quis talem se exhibet in dictis & factis exterius: qualis est interius. Et talis appellatur a Philosopho. iiij. Ethicorū Autheκastos, id est verax sermone & vita, confitens circa ipsum existētia, & non maiora vt iactator: neq; minora vt iron siue ironicus. In ratione regulati aliquid est adęquatum intellectui, quā̄do est tale quale recta ratio dictat ipsum debere esse. Ipsa enim ratio est signum ad quod oportet agentem aspicere

vt possit recte agere, ac mediū attingere: superabundantiā & defectum declinando, vt dicitur in principio sexti Ethichorum. Et istud regulatum aut est operatio, vel op⁹ procedens a tali operatione. Et quia operatio procedēs ab anima, est quędā vita secūda: ideo rectitudo talis operationis dicitur veritas vitæ. Rectitudo aūt operis regulati si cōsistat in pecunia distributa secundū meritum & dignitatē personarum accipientium, vel data commutatiue pro aliquo appreciabili, dicitur veritas iusticiæ. Ex istis conclu-
H do ad propositū, ꝙ omnis rectitudo actuum nostrorū est veritas vitæ; cū veritas vitę nihil aliud sit quam conformitas seu adęquatio operationis vt regulati ad rectā rationem vt ad suam regulam. Ex quo patet ꝙ non saluat veritas vitæ sine veritate doctrinę vel iustitiæ. si em̄ falsum doceatur, vel iniustū fiat, operatio nostra non est recta, cū non sit rationi rectę consentanea. Et ergo etiā ad veritatem vite pertinet vt qđ exterius geritur, interiorē mentis habitum et dispositionē repręsentet. de verborū significatione, Clemēt. exiui. ¶ Hoc pręmisso probo primo secundā partē
I corollarij, videlicet ꝙ nullus debet aliquid facere contra veritatē vitę ad vitandum in proximo scandalum passiuū. Primo quia indecens est suū crimen alienis cōmodis impēdere. xlvj. dist. sicut non suo. Nec vult deus tali lucro tale damnū compensare. xxxiij. quęst. v. si dicat vir. Hic autem impenderet crimen suū alieno cōmodo, ergo. Idem vult regula iuris, qui scandalizauerit. si de veritate scandalū orit: vtilius nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur. Pręterea ordinata charitate quisq; tenetur propriam salutem præferre saluti proximi. ergo nullus debet aliquid cōmittere contra veritatē vite pro salute spirituali proximi. Primam
K partē eiusdem corollarij, ꝙ scilicet omne quod fieri potest
L &c. probo primo per glossam Marci. ix. sup̱ verbo: Quisquis scandalizauerit. quæ dicit: Notandū ꝙ in bono opere nostro aliquando cauendum est scandalū proximi: aliquādo pro nullo habendum. Inquantum sine peccato possumus, vitare proximi scandalum debemus. Si vero de veritate scandalum oritur, vtilius nasci permittitur. &c. Idē p̄senti Hieronym⁹ in sua regula. Omne illud faciendū ead

vitandum ſcandalum proximi, quod fieri poteſt ſalua veritate vitę: iuſtitię: & doctrinę. ſed omnes tres illę veritates ſaluantur (vt oſtenſum eſt) cū ſaluatur veritas vitę: ergo oē quod fieri poteſt agendo &c. ¶ Secundo. Quicunq̧ ordinē diligendi peruertit, plus diligendo quod minus diligendum eſt, aut econtrario: eius charitas eſt inordinata: vt patet per Ambroſium exponentem illud Canticorum ſecundo. Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. & per Magiſtrū, diſtinctione. xxix. ſecundi Sententiarum in principio. Sed qui propter ſcandalum vitandum in proximo, non facit quidquid poteſt ſalua veritate vitæ, peruertit ordinem diligendi, plus diligendo quod minus debet diligi. ergo. Minor patet: quia tenemur ſuper omnia alia præter deum & propriam ſalutem diligere ſalutem & animam proximi. Alias enim nō diligimus proximum ſicut nos ipſos. Sed ſi quis aliquod eorum quæ omitti vel fieri poſſunt ſalua veritate vitę, nō vult omittere aut facere vt præſeruet proximum a morte ſpirituali: plus diligit illud quam proximi ſalutem: cū nemo ambigat eū plus diligere illud qđ vult ſaluare cū alterius detrimento vel deperditione. ergo plus diligit minus diligendum. ¶ Et confirmo: quia ſicut nos, proximos noſtros diligimus, quādo ad mores bonos & ad vitā ęternam conſequendam ſicut nobis eorum ſaluti conſulimus: quando nos in eorum peccatis & periculis cogitamus: & ſicut nobis ſubueniri optarem⁹, ita eis ſubuenimus. de pœni. diſtin. ij. c. charitas. ij. Et Auguſtin⁹. Debet homo diligere proximum ſuū ſicut ſeipſum: vt quem potuerit hominem beneficentiæ conſolatione, doctrinæ informatiōe, aut diſciplinæ coerctione adducat ad colēdum deū. xxiij. quęſt. iiij. debet homo. ſed pro propria ſalute tenemur facere quicquid poſſumus ſalua veritate vitę: ergo & ꝓ ſalute proximi. Ex his patere exiſtimo quanto ſtudio & ꝓuidentia cauere debeam⁹ ne ex dictis vel factis noſtris aliquis ſumat occaſionem ſpiritualis ruinæ: non conſiderātes quę noſtra ſunt: ſed quæ ſunt aliorum. Ad Philippēſes ſecundo. Et debent firmiores imbecillitates infirmiorum ſuſtinere, & non ſibi placere: ſed proximo in bonum & ędi-

ficationem: sicut nec Christus sibi placuit. ad Roma. xv. Nisi enim alter alterius onera portauerimus, nō implebimus legem Christi: vt innuit Apo. ad Gala. vj. cum dixit. Alter alterius onera portate: & sic īplebitis legē Christi. Quasi dicat, aliter non īplebitis. Hinc emanasse credo illa sanctorum patrum constituta quibus clericus nō pro emēdo aliquid in nundinis vel foro deambulans, ab officio suo mandatur degradari. xcj. dist. clericus. Et clericus q inter epulas cantat, acerrime obiurgari: & si in vitio pstiterit, excōmunicari. xxiij. q. j. clericū. Et qꝫ exiens de auditorio sacerdote verbum faciente in ecclesia, debeat excōmunicari. de consecra. dist. j. sacerdote. quæ si iam seruarentur, pauci nostri timeo euaderent pœnas: quia iam pro h dolor oēs declinauimus, simul inutiles. &c. Et hæc de secundo articulo.

Tertius articulus.

¶ Restat nūc tertio vt veritas magis elucescat, quid in particularibus casibus agendū sit, argumētatiue tāgere: quia in his quę circa operationes sunt sermones vniuersales quidem fiant inaniores, particulares autem veriores. secundo Ethicorum. ¶ Et primo insto contra primam partē corollarij dupliciter. ¶ Primo sic. Consilia possunt prętermitti salua veritate vitę: & tamen nō tenemur ea prętermittere ad vitandū in pximo passiuum scandalum: ergo. Prima pars antecedētis patet, quia quod pręcipitur, est necessitatis: consilium vero voluntatis. Vnde pręcepto domini non obedire, peccatum est. consilio autem si quis vti noluerit, minꝰ boni adipiscet, non mali aliqd perpetrabit. xiiij. q. j. quisquis. Et secunda pars probatur per illud Hieronymi ad Heliodorū. Licet paruulus in collo pendeat nepos, licet sparso crine scissis vestibꝰ ostendat vbera mater, licet in limine pater iaceat: per calcato patre siccis oculis ad vexillū crucis euola. summum genus pietatis est in hac re esse crudelem. Et loquitur de ingressu religionis, q est consilij, & non pręcepti. ergo &c. ¶ Secundo sic. Res temporales non sunt dimittendę propter scandalum: ergo non omne &c. Antecedens patet: quia beatus Thomas Cantuariēsis repetijt res ecclesię cum scandalo regis & principū Anglię.

¶ Ad primū dico ꝙ Hieronymus loquitur (vt exponunt doctores) vbi ſcandalum oritur ex malitia: & hoc cōtemnendum eſt, exemplo Chriſti: cui cum diceretur, Scis quia Phariſȩi ſcandalizati ſunt audito hoc verbo, ait: Oīs plantatio quam non plantauit pater meus cȩleſtis, eradicabiṫ, Sinite eos: cȩci ſunt, & duces cȩcorum &c. Et dicitur oririſ ſcandalū ex malitia, dum quis non propter naturȩ infirmitatem, nec quia ignorat quod agit eſſe malū: ſed tāquam filius tenebrarum odiens opera lucis cōcitatur, vel potius ſeipſum concitat, ex hoc ꝙ videt bona fieri, ad faciendū mala. Sed ſi ſcandalum paſſiuum oriretur ex infirmitate vel ignorantia: opus conſilij propter ipſum vitādum debet et prȩtermitti, vel ad minꝰ differri. Iſtud patet primo vbi ſcādalum oritur ex infirmitate: vt ponamꝰ aliquem bonum prȩlatū, qui ſubditos ſuos verbo doctrinȩ, & cōuerſatione vitȩ vt pane cȩleſti ſuſtentat in via dei: q ſi gregē deſerat, veriſimile eſt ꝙ ſtatim ſubuertenṫ, & more aliorū incipient viciis carnis deſeruire. Iſte nō poterit, ſtāte lege charitatis ſuū gregem deſerere aſſumēdo vitā religionis: cum (iuxta ſententiam Gregorij) qui valet & renuit omnipotentis dei oues paſcere: oſtendit ſe paſtorem ſummū non amare, Nec poteſt quis licite ibi ſecretum ſuū vtilitati pximorū prȩponere. viij. queſtione prima. in ſcripturis. & xvi. q̄ſt. j. vos autem. Quod idem oporteat vbi ſcādalum oritur ex ignorantia, patet per illud Leuitici. xix. Nō maledices ſurdo, nec corā cȩco pones offendiculum: ſed timebis dominum deum tuū. Vbi gloſſa. Surdo maledicere eſt abſenti, & nō audienti derogare. Corā cȩco ponere offendiculum, eſt diſcretam quidē rem agere, ſed ei qui lumen diſcretionis non habet, ſcandali occaſionem prȩbere. Ergo vbi ruina in peccatū oriretur ex infirmitate vel ignorantia, tenemur bona opera nr̄a omittere, vel ſaltē intermittere, vt proximos a morte ſpirituali prȩſeruemus. ¶ Quo ad ſecundū argumentum videtur dicere beatus Tho. ij. ij. queſt. xliij. arti. viij. in corpore q̄ſtionis, ꝙ repetitio taliū bonorum ſicut & depoſitorum eſt in prȩlato de neceſſitate ſalutis. & ergo nō poteſt pretermittere propter quodcunꝙ ſcandalū ſalua veritate vitȩ. Et ſic argumentum nō B

procedit.sec⁹ esset si fuissent bona sua, quæ licite dimisisse potuisset. Sed istud non videt vniuersaliter ꝓcedere, quia ecclesia ipsa propter generale scādalum tenetur bona sua dimittere apud non veros dominos. Et ergo dicunt docto res cōmuniter ꝙ non potest licite petere decimas in locis vbi non est cōsuetū soluere decimas: cum timeatur ex hoc scandalum, & auersio multorum a fide: quomodo Paul⁹ propter scandalum in Corinthijs vitandū noluit ab eis su mere cibum: cum ex hoc offendiculum obuenisset Euange lio Iesu Christi: vt patet. j. ad Corinthios. ix. Etiam nō plus est in prelato repetitio bonorū ecclesiæ de veritate vitę, q̄ in alio restitutio alieni prius iniuste detenti. Sed ad p̄serua dum proximos a scandalo passiuo. licet differre restitutio- nem: vt ex dicendis patebit. ergo etiam licet prelatis eccle- siarum differre repetitionem si verisimiliter timeat emer- C sorum scandalum impediens aliquos a salute. ¶ Ideo pro solutione argumenti p̄mitto ꝙ nihil infelicius est felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala vo luntas velut interior hostis roboratur. xxiij. q̄st. j. paratus. Prosperitas enim stultorum perdet eos. Prouerbiorum. j. Hinc Ecclesiastes. viij. dicit: Quia non cito contra malos ꝓfertur sententia, absq; timore vllo perpetrant mala filij hominū. Et. ij. Macca. vj. Non multo tempore sinere pec- catoribus ex sentētia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium est. Ex quo patet ꝙ pœnæ pluri- mos reuocant a peccato si statim adhiberent pœnæ, & non essent de impunitate securi. In hoc casu, cū videlicet ex re- petitione nostra verisimile est ꝓximos qui nostra detinēt, tandem esse corrigendos, non solū possumus, sed tenemur nostra repetere: imo si hoc tūc dimiserimus vel ꝓpter iu- dicium vulgi, vel propter timorem cruciatus corporis: nō est sine mortali peccato: vt sentit beatus Thomas in mate- ria de correptione fraterna. ij. ij. q̄st. xxxiij. artic. iij. Tunc enim talia ita animę dominātur, vt fraternę charitati prę- ponantur. Et idē sentit Aug. lib. j. de ciuitate dei. pro quo etiam facit illud Aug. Qui ad se confugientē quantū ho- neste potest ad restituendū non compellit, socius est frau- dis & criminis. xiiij. quęst. viij. si res. Nec obstat quod pro

pręsenti ex nostra repetitiõe multa scandala incurret, dũ tamen istud finaliter proficiat eius saluti: quia nõ tenemur proximum a scandalo passiuo praeseruare, vbi non proficit ei⁹ saluti: quomodo dicit beatus Thomas .xix. distinct. iiij. Quãuis sciamus fratrẽ ex nostra correptione pro pręsenti concitandũ ad odiũ, dũ ex hoc speratur finalis correctio fratris: non est desistẽdũ a correptione. Et sic credo fuisse in facto beati Thomę Cantuariensis. Aut forte oriebatur scandalum ex malicia, & hoc (vt in priori solutione dixi) contemnendũ est. Quomodo autẽ liceat sua repetere in casu vbi scandalum oriretur ex infirmitate, & nõ ex malicia, patebit in argumento de restitutione. ¶ Contra secũdam partem conclusionis, ꝙ scilicet aliquid sit faciendũ cõtra veritatẽ vitae ad vitandũ scandalũ in proximo, arguitẽ Primo sic. Vitatio cuiuslibet peccati pertinet ad veritatẽ vitae: sed ad vitandũ scandalum proximi debet homo veniale peccatũ cõmittere: ergo Minorem probo tripliciter. ¶ Primo sic: quia plus debet homo cauere ęternum dãnũ proximi quod incurreret per mortale peccatũ q̃ tẽporale damnũ proprium, quod incurreret per peccatum veniale. ¶ Secundo: quia vt probatur de noui operis nunc. cum ex iniuncto. ab his operibus quae sine peccato mortali committi possũt pariter & dimitti, pro scandalo cessandũ est, aut pro scandalo vitando insistendũ. Vbi autẽ canon non distinguit, nec nos distinguere debemus .xv. q. iij. sane. xxxj. q. j. ꝙ si dormierit. cũ suis similibus, ergo veniale cũ possit sine mortali &c. ¶ Tertio: quia mendaciũ quod ad minus est peccatũ veniale, licite fit pro vita corporali seruãda: ergo a miori etiã licite fit ꝓ salute spũali ꝓximi cõseruãda. Antecedẽs patet exemplo Abrahę: qui vt legitur D Gene. xii. dixit Sarai vxori suę: Noui ꝙ pulchra sis mulier: et cum te viderint Aegyptij, dicturi sunt, Vxor illius est, & interficiẽt me, seruãtes te sibi. dic ergo obsecro ꝙ soror mea sis: vt bene sit mihi ob gratiam tui. & ea occasiõe (vt in fine capituli dicitur) dixit Sarai sororẽ suam esse: & idem dixit Abimelech regi: vt patet Genesis .xx. Quod autem in hoc laudabiliter fecit, patet: quia hoc facere debuit in tutelã corporis sui, ne tentaret deum. xxij. quęst. ij. quae

ritur. Sic etiam in immolatione Isaac videtur mētitus, Genesis.xxii. dicēs seruulis suis, Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsq; properātes cum adorauerimus reuertemur ad vos. Sup quo dicit Ambrosi⁹: Prophetauit quod ignorabat. Ipse sol⁹ disponebat redire immolato filio: captiose autē loquebatur cū seruulo: ne cognito negocio impediret eū, aut gemitu obstreperet aut fletu. xxii. quest. ij. si quelibet culpa. Et si forte in aliquo istorū excusari possit a mendacio, nō videtur excusari posse quin deceperit: & hoc ęque videtur cōtra veritatem vitæ. dicitur eīm Leuitic. xix. Nō mētiemini: neq; decipiet vnusquisq; proximū suū. ¶ Secundo probo idē sic: Restituere alienū est de veritate vitę, imo de iure naturę, Sed istud debet homo prętermittere ad vitandū scandalū proximi: quod probo: quia damnum ad quod per scādalum deueniretur, maius est q̄ damnum consurgēs ex non restitutione. iam e duob⁹ malis minus malum est eligendū. xiii. distin. nerui. Vnde dicit Panor. in. c. officij. post Innocentiū & alios, extra de pœ
E ni. & remis. de illa quę marito ignorāte supposuit sibi partum alienum, & sic defraudauit veros hæredes, q̄ si verisimiler ei crederetur, & nullū sit periculum in reuelando: peccat nisi reuelet: & non est sibi pœnitentia fructuosa durante fraude. Aut nō crederetur ei, nec habet probationes prōptas: cum tunc frustra fieret, non tenetur: argu. c. plerunq;. ij. quęst. vij. Aut habet probationes prōptas, & verisimiliter credetur ei, sed subest periculū mortis in reuelādo: tunc debet potius tacere: quia in non reuelando est periculum rerū: in reuelādo aūt periculum animarū & corporum: inter quæ duo mala debet minus eligere. allegat. c. nerui. xiij. dis. Et ad obiectionē de regula iuris quę dicit, Scandalū vtilius nasci. &c. respōdet post Innocentium q̄ regula illa procedit in iudice vel teste q̄ habet iudicare vel dicere veritatē, quam non debet propter scandalum relinquere: sed sic non est de muliere: adijciens in fine q̄ satis ē mulieri pœnitere si non habet vnde satisfaciat ijs qui marito ab intestato successissent. Et confirmo: depositarius debet retinere gladium deponentis contra eius voluntatem, vbi ex ei⁹ restitutione immineret periculum mortis eius

cui restitueretur, vel etiã aliorũ. xxii. q. ij. ne q̃s arbitret̃. Sic etiam licet detinere hominẽ ne se præcipiter, vel alium feriat: vt pulchre deducit beatus Tho. secunda secundę. q. lxv. art. iij. ¶ Tertio sic. Non fornicari est de veritate vitæ: F
& tamen faciendum est ad vitandũ scandalum: ergo. Secũdam partem probo auctoritate Magistri sententiarũ. dist. xxxviij. Quarti, vbi in fine dicit ꝙ is qui cupit ad primã & veram vxorẽ reuerti, dũ cogitur ecclesiastica disciplina stare cum secunda, incipit excusari per obedientiam & timorem de hoc ꝙ in pręsenti poscenti mulieri debitum reddit, a qua tamen nunquã exigere debet. ergo iuxta Magistri sententiam ob scandalũ vitandũ emersurum ex non obediendo ecclesię, licite fornicatur. Idem sentit Hugo de sancto victore (qui inter doctores ecclesię insignis habet̃) lib. ij. de Sacramẽtis parte. xj. cap. vj. vbi ex intẽtione determinat ꝙ is qui clãdestine contraxit cum vna, & postea in facie ecclesię cũ alia: propter scandalum quod ex eiꝰ inobedientia oriretur, debet obediẽdo ecclesię manere cũ secunda. Et resolutorie vbi dicit: In ijs ergo occultis in quibꝰ tẽporalis institutionis non naturalis præceptionis præuaricatio est: mihi videtur ea quę latent, manifestis, & maxime iis quę sine graui scãdalo mutari non possunt, pręiudicare nõ debere, sed magis expedire vt in manifestis scãdalũ caueat̃, & de occultis ad gratiã & misericordiam dei fugiatur. Et (vt vult) cum homo sua malicia vrgente in necessitatem peccandi venit, vt non possit portare legẽ nisi maledictionẽ præuaricationis incurrat: cõmutat illi deus per misericordiã legem, & donat pœnitenti vt saluus esse possit: qui vtiq; non saluaret̃, si per iustitiam & rigorem legis sine misericordia iudicaretur. Addit, Fortasse nõ tibi &c. ¶ Si forte quis dixerit, plures doctores posteriores tenere oppositum, & illis propter multitudinem esse assentiendũ: videtur authoritas istorũ, aliorũ multitudini præponderare, aut ad minus ęquiparari. Vnde vbi scripturæ aliquę recipiunt̃ a paucioribus maioris authoritatis, alię a pluribꝰ ęqualis authoritatis habẽdę sunt. xix. distinctio. in canonicis scripturis. & sic ad minꝰ opinioni huic adhęrens esset tutꝰ: & habet̃ intentũ, ꝙ talis licite fornicabitur &c.

G (margin, beside "care nõ debere")
H (margin, beside "aliquę recipiunt̃")

¶ Si dixeris per ecclesiam determinatū oppositū, & huic esse standū: de sen. excō. c. inquisitioni. vbi dicitur ꝙ sciēs pro certo impedimentum propter quod alteri coniugū cō misceri non posset sine mortali peccato, debet poti⁹ humiliter excōicatiōis sententiā sustinere a, qua ꝑ carnale cōmerciū peccatū oꝑari mortale: videtur nō sufficienter excludere argumentū: tū quia nullū videtur esse tale impedimentū, nisi sit de lege naturę impediēs, ꝓpter qđ nō possit ad mādatū ecclesię (vt vitet scādalū) cōmisceri nō suę vxori: Tū quia nulli dubiū est quin ꝓpter mādatū nunq̄ debeat peccatū oꝑari. Sed an actus qui alias esset mortalis, excusetur a peccato ꝓpter ecclesię mādatū, & scandalum, sicut ꝓpter ignorantiā: vt. xxxiiij. q. j. in lect. iā textus allegat⁹ solū dicit, si sciat tale impedimētū propter quod sint mortali. &c. tūc poti⁹ debet humiliter &c. Nec facit mentionē de scandalo an tollat effectū obligationis impedimēti quo impeditur matrimoniū per legem mere positiuā, an non. Et ꝙ illud nō deciderit, videtur ex. c. literas. de restitu. spo. qđ est eiusdē Innocentij. iij. vbi de tertia opinione quę dicit aliquādo restitutionē esse faciendā, & aliquādo nō, dicit illi nō incōgrue adaptari vt in gradib⁹ diuina lege ꝓhibitis, restitutiōi aditus ꝑcludatur: sed in cōstitutiōe interdictis humana, locū habeat restitutio cū effectu. Vnde nō peccat qui in hoc articulo ad mādatū ecclesię debitū reddit cōiugale. Et statim ad ꝓpositū subditur. Nos nullā de ꝑdictis sententijs reprobamus, nec cuiquā earū aliquod ꝑiudiciū ex nostra respōsione volumus generari. Ergo videtur indecisū reliquisse an in gradu cōsanguinitatis sola humana lege ītetdicto liceat ad mādatū ecclesię &c. Pro isto facit ꝙ ibidē solū decidit restitutionē nō esse faciēdā cū offerūtur probationes paratę de gradu diuina lege prohibito, & non de alijs, fundās se ī hoc ꝙ tūc nō possit illi sine mortali cōmisceri. Per quod a cōtrario innuere videt̄ ꝙ in gradib⁹ humana lege ꝓhibitis possit. Pro isto etiā facit opinio glo. & Hostieñ. in. c. ꝓposuit. de cōiu. seruo. dicentiū ꝙ tempore litispēdentię potest quis cōmisceri ei cui mouet quęstionem status, ad mandatum ecclesię: sine hoc ꝙ in eā de nouo consentiat vt in vxorē. Et idē videtur posse deduci con

K

trahēm Tho.xxxvj.dist.iiij. & Panor. dicētes, ꝙ nō teneatur talem ꝓpter mandatū ecclesię in vxorē ducere, vbi ꝓbabiliter dubitat, vel vehementer præsumit, aut pro certo cognoscit. Nā vt patet ex.c.inquisitioni.de sent.exc. & ca. quid culpatur.xxiij.q.j. in dubio tenet ei debitum reddere: sed nō tenetur secūdū istos, sicut nec scd̄m alios, maritali & nouo cōsensu in eā consentire. ergo potest eā cognoscere tanquā talē cui q̄stio stat⁹ mouetur. Hoc tñ certū est ꝙ quicūq; in his casibus facit cōtra conscientiā, ędificat ad Gehennā.xxviij.q.j.omnes.§.ex his. ¶ Quarto sic. Mutilare seipsum in aliquo mēbro, est contra veritatem vitę: vt patet ꝑ illud Apostoli ad Galatas.iiij. Testimoniū perhibeo vobis qm̄ si fieri posset, oculos v̄ros eruissetis, & dedissetis mihi. vbi glossa marginalis (& est Augusti.) Fieri poterat per potentiā, sed non ꝑ iustitiā. ergo fieri non potest posse iuris. Quod tñ istud faciēdū sit ad vitandū scandalū, patet per illud Matthęi.v. Si oculus tu⁹ dexter scādalizat te, erue eum, & proijce abs te. expedit eni tibi vt pereat vnū membrorum tuorū, quā totum corpus tuū mittatur in Gehennā. & idem dicitur Matthęi.xviij. ¶ Quinto sic. Vitare excōicatum est de veritate vitę. sed hoc debet prętermitti ad vitandū scandalum, vt patet ex.c.Iulianus.xj q.iij. & glo. ibidem. Cōmunicabant enim ibi Christiani milites Iuliano apostatę & hęretico, ne suscitaret scādalum ecclesię. Et confirmatur: quia Macchabęi ꝓ euitanda morte corporali bellauerūt in sabbato: vt patet.j. Maccabęo.ij. quod erat contra veritatem vitæ. Ergo a minori ad vitandum mortem spiritualem proximi debet homo communicare excommunicato. ¶ Sexto sic: Docere subditum, in prælato est de veritate vitæ. Nam de manu eius requiret dominus sanguinem subditi pereuntis, vt dicitur Ezechielis.iij. Nec potest pastoris esse excusatio si lupus oues comedit & ipse nescit. de regulis iuris, quamuis causæ. Sed hoc debet prætermittere propter scandalum, ex quo peccaret docendo: prout clare deducit Thomas.xix. distinctione Quarti in materia de correptione fraterna, Iam ad peccatum nulla est obligatio.ij. quæstione.j.si peccatum. ¶ Septimo sic. Obseruantia voti est de verita-

L

te vitę. dicit enim Deutero. xxiij. Cum votū voueris deo, non tardabis reddere: quia requiret illud dn̄s deus tuus: & si moratus fueris, imputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri &c. Sed voto contraueniendū est ad vitandū scandalum. Quod probo primo, quia hoc licet ꝓpter corporalem salutem proximi: vt patet de professo cuiꝰ parentes destituti humano auxilio, nisi eis succurrat cōtra volūtatē sui supioris exeūdo, & necessaria vitę eis ꝓcurādo, peribunt. Ad hoc enim tenetur lege diuina: cū pręceptum honorandi parētes extendat se ad administrationē necessariorū vitę: vt patet Matthęi. xv. Et pro isto est illud Gan-
M greñ. consilij. si quid filij. xxx. dist. ¶ Secūdo ꝓbo idem sic. Illud quod votū fiendū impediret si p̄sens esset, etiā voto facto obligationē aufert: vt dicit beatus Tho. dist. xxxviij. Quarti in materia de voto, in solutione ad primū. Et est ratio, quia nullus ꝑ actū ꝓpriū potest seipsum eximere ab obseruātia diuinę legis: ergo ꝓpter quod pręsens teneretur votū nō emittere, idē voto superueniens excludit obligationē voti. Et ꝓpter hoc dicit Tho. votū recipe dispensationē: quia alias subtraheretur pręlato siue supiori ius suū, cū habeat ius pręcipiendi ex iusta & rationabili causa interdū quod nō stat cū voti obseruātia Sed si scandalū de pręsenti esset emersurū ex actu vouendi, teneret̄ ad minꝰ votū differre. Ergo si idē supueniat voto facto, tollit voti obligationem. Et confirmo istud: quia obligatio posterior nō potest pręiudicare priori: vt patet ex. c. veniēs. &. c. intellecto. de iureiurādo. & ijs q̄ ibi dicunt̄ ꝑ doctores. Sed prius ante emissionē voti tenebatur non scandalizare tali
N actu: ergo ꝑ voti emissionē non est deobligatus. ¶ Octauo sic. Non prostituere filiā est de veritate vitę. dicit̄ enim Leuitici. xix. Non ꝓstitues filiam tuam vt cōtaminet̄ terra, & impleatur piaculo. Sed hoc videt̄ faciendū ad vitandū scandalū, exemplo Loth: qui vt dicit̄ Genes. xix. Sodomitis vallātibus domum suā vt possent cognoscere viros qui ad eum erāt nocte illa ingressi, egressus ad eos, & post tergū occludens ostium ait: Nolite quęso fratres mei, nolite quęso malum hoc facere: habeo duas filias quę necdum cognouerūt virum, educam eas ad vos, abutimini eis sicut

placuerit, dummodo viris istis nihil faciatis mali. Quod aūt in hoc imitandus sit, videtur: quia cōmendat eū Ambrosius, eo ꝙ domus sue verecundie, preferebat hospitalē grām. xxxij. q. vij. offerebat sanctus Loth. ¶ Nono sic. Sumere cibum pro refectione corporalis indigētie, est de veritate vite, cū sit de iure nature stricte sumpto. quod natura omnia animalia docuit. & tamen est prætermittēdum ad vitandum scandalum. ergo. Secundam partem antecedentis ꝓbo per illud Apostoli ad Rom. xiiij. Noli tuo cibo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Et illud. j. ad Corin. viij. Si esca scandalizet fratrem meū, nō manducabo carnem in æternū, ne fratrem meū scandalizem. Et iterū, Satius est fame mori, q̄ idolothyto vesci. quod intelligitur, cum scādalo aliorū. xxxij. q. iiij. sicut sanctius. ¶ Ad A hec respōdeo, primo ad primā probationem minoris prime rationis, ꝙ ad vitandū peccatum nō inclinamur principaliter ex dāno proprio: quia vt dicit Tho. hoc esset a peccato desistere timore pœne: & hoc est peccare. si quis enim furtum non facit quia timet ne iudicetur, intus in corde fecit, & reus furti tenetur. de pœni. dist. j. si propterea. Qui enim timore facit præceptum, non facit. de re. iu. qui ex timore. Sed inclinamur ad hoc, ne deum offendamus: cuius offensa etiam est peccatū veniale, quāuis non ita magna vt mortale. Nullus autem debet deū parum offendere, ne alius offendat multū: cum debeat deum in infinitum plus q̄ ꝓximum diligere. Et ergo pulchre dicit Tho. dist. xvij. Quarti, in materia de contritione, ꝙ talis debet esse cōtriti dispositio, ꝙ plus displiceat ei culpa vt est offensa Dei, et ei indigna, q̄ vt est sibi peccanti nociua: sic ꝙ potius vellet sustinere æternam pœnā, separata tamen ab ea ratione offense: q̄ cōmittere offensam etiam si posset impune. Hinc Gen. iij. dicit glossa Gregorij: Superbit qui peccatū nō deserit etsi liceat impune. Dicit tamen Tho. ꝙ de hoc non est tentandus: quia non facile potest homo mēsurare affectus suos: imo quod minus displicet, interdū magis displicere videtur. Dico igitur ꝙ nullus debet veniale cōmittere vt alius vitet mortale: cū secundū Aug. nullus sit ad æternā salutem perducēdus opitulāte mēdacio. xxij. q. ij. primū.

imo implicat ꝙ aliquod peccatū debeat fieri, eoipso enim ꝙ peccatū est, debet non fieri. Nec potest ad peccatum aliqua esse obligatio. xxii. q. j. si peccatum. Alias enim obligaret ad contradictoria, & sic ad impossibile, contra regulā iuris: Nemo potest ad impossibile obligari. lib. vi. Hic tamen dico ꝙ meritorie posset eligere retardari a gloria ꝓpter proximum: quomodo dicit Apostol⁹ ad Philippeñ. i. Coartor e duobus, desiderium habens dissolui, & sic cum Christo multo magis melius: permanere aūt in carne, necessarium propter vos. & hoc cōfidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectū. Et ad Roma. ix. Optabā ego anathema esse a Christo ꝓ fratribus meis &c. Vbi Chryso. dicit. Optabat ꝑ gloriæ priuationem: nō per culpæ cōmissionem. Sic videtur Moyses orasse Exo. xxxij. Obsecro domine: peccauit populus iste peccatū maximū: feceruntq; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hāc noxam: aut si non facis, dele me de libro quē scripsisti. Innuēs se præoptare noxam fratribus dimitti cum gloriæ propriæ
B priuatione, q̄ sine eis ad gloriam perduci. ¶ Ad secūdam probationem dico ꝙ exceptio illa satis habetur ex canone præallegato, si peccatū. xxij. q. j. Si enim ad peccatum nulla potest esse obligatio, nunq̄ peccandum est etiam venialiter ad vitādū in alio mortale. ¶ Ad tertiam probationem de Abraham, dico ꝙ Abraham ibi non est mētitus: sed caute per æquiuocationem veritatem celauit. Nā filia fratris in scriptura etiā dicit soror: vt patet Geñ. xx. sic etiā Loth qui eodē gradu attinebat Abrahæ: dictus est frater Abrahæ Geñ. xiij. Et ex hoc facto Abrahæ sumit glo. doctrinam ꝙ licet hostem caute per æquiuocationē deludere, dicendo de eo qui quærit ad iniuste occidendū, non est hic, ꝓ nō comedit hic. xx j. q. ij. quæritur. & ibidem. c. ne quis arbitretur. ¶ Ad illud autem de deceptiōe, dico ibi ꝓhiberi deceptionem malignitatis, & non pietatis quæ fit ad vtilitatē ꝓximi. Sic domini iuristæ distinguunt duplicem dolū: bonum, & malum. xliij. dist. in mandatis. & xxvij. dist. quod interrogasti. & xxij. quæst. ij. vtilem. Nec videtur mihi contrauenire illi mandato de non decipiendo, dicens latrones non esse vbi sunt: cum præscit interrogantem sibi non cre-

diturum: vt ſic periculum euadat. de quo Auguſtin⁹ in libro de mēdacio, quamuis interrogātem vtiliter decipiat in hoc quod ſcit eum putaturum quod per hoc nitatur ducere ipſum in laqueum latronū. Melius videtur exemplificandum ſi abducat eum a recto itinere eo ignorante, ne in manus latronū incidat: vbi ſi ſciret, vellet per rectum iter incedere, nec crederet ibi eſſe latrones. ¶ De illo quod dixit ſeruulis ſuis Geneſis. xxij. Manete &c. videtur quod quadam pietate motus mentitus ſit, quemadmodum obſtetrices Aegyptiæ: & ſic ſeruit propoſito Gratiani. xxij. queſt. ij. ſi quælibet culpa. vbi illa duo videtur in hoc æquiparare. Nec in hoc imitandus: quia ſacra ſcriptura prohibet pro alterius vita mentiri. de vſur. ſuper eo. Et vt allegaui, nullus ducendus eſt ad æternam ſalutem opitulante mendacio. Mendacium enim eſt per ſe prauum & fugiendum vt dicitur. iiij. Ethicorum. Nec videtur valere opinio abbatis Ioſeph collatione. xvij. ij. libri Collationum patrum, ꝙ mendacio tanquam helleboro vtendum ſit ad cuſtodiam virtutum, vel ſalutem proximi: quia non ſunt faciēda mala vt inde veniant bona. ad Romanos. iij. ¶ Ad ſecundum principale dico quod detinere alienum domino volēte, non eſt contra veritatem vitæ. In propoſito autem vbi quis ſolum ad horam & breue tempus detinet alienum: cum iminet ſcandalum ex reſtitutione: dominus eſt volens vel actu elicito, vel debito: & hoc ſufficit: vt dicit Scotus diſti. xv. Quarti. Debet enim potius velle ad modicum tēporis carere re ſua, quam ſibi cum ſcandalo aliorum importune reſtitui. Et ſic nihil facit contra veritatem vitæ. Nec regula iuris patitur in hoc caſu inſtantiam, quæ dicit. Vtili⁹ ſcādalum &c. pl⁹ quam in iudice vel teſte. Loquitur enim de veritate vitę: quę in nullo caſu licite prętermittitur. Nō tamen videtur verum ꝙ mulier eſſet tuta perpetuo nō faciēdo rem reſtitui ꝓpter periculum ſui corporis: tum quia poterit ſibi ſufficiēter de tutela corporis prouidere. Tū quia nō videtur hoc ſcādalum homicidij oriri ex infirmitate vel ignorantia, ſed ex malitia, ſi pro ſeruatione cōſcientiæ ſuæ ipſa rem alienā reſtituente, alius ex indignatione velit eam occidere. & tale ſcandalum eſt contemnēdum: imo (quod C

D plus est)vsurari⁹ occultus tenetur vsuras restituere,et si verisimilr sciat filias suas penuria & pauptate deuictas se prostituturas:sicut si falsum testimoniũ dixit in innocẽtem occidendũ,tenetur hoc retractando sententiã mortis subire:quamuis verisimiliter præsciat multos de familia sua quibus proprijs manib⁹ solit⁹ est lucrari panẽ, & sua exhortatiõe in bono retinere:auertẽdos a bono. Nec licet furari,intentione donadi pauperib⁹, ne penuria deuicti vitæ veritatem relinquere cogãtur: argu.ca.non est putanda.i.q.i.&.ca.forte aliquis.xiiij.q.v.Nec tenetur domin⁹ velle rem suam perpetuo detineri vt vitent scandala istorum,etiam ex infirmitate &c.tum quia nescit an pl⁹ illaqueabit eos prosperitas q̃ aduersitas. Tum quia potest rẽ velle seruare ad vsum magis pium,puta ꝓ sustentatione doctorũ,qui multos conuertunt ab iniquitate ad bonum, in quo maius lucrũ consistit,q̃ si isti non scandalizentur. Tum quia potest sibi & sue posteritati timere de lapsu ex penuria. Et hæc est ratio quare reus furti tenet, qui furti conscius,quęrente possessore non indicat,de furt. qui cum fure. quãuis ex sua indicatione sciat furẽ plura peccata in-

E cursurũ. ¶ Pro solutione tertij præmitto ꝙ simplices subtilitates diuini iuris ignorãtes, si sufficienter inquirãt a suis prælatis de agẽdo,non peccãt agendo cõformiter opinioni falsæ. Patet primo per illud Iob.i. Boues arabãt,& asinæ pascebant iuxta eos.per quod(iuxta Gregoriũ) mystice intelligitur ꝙ simplices(qui intelligunt per asinos)pasci debeant in fide & cognitione prelatorũ,qui intelligunt per boues. Secundo per illud Saluatoris Mat.xxiij. Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Oia ergo quecunq; dixerint vobis,facite: secundum opera autem eorũ nolite facere. Nisi istud dicatur,quomodo excusabuntur a

F peccato qui prius contracto matrimonio per verba de presenti,postea cũ alia contraxerunt,& matrimonio secundo carnaliter consummato iuxta iudicium sedis apostolicę adhæserunt secundæ? Quod enĩ in hoc summus põtifex errorem pro iure dixerit,tenẽt cõmuniter omnes Theologi qui etiã negant eum in hoc posse dispẽsare. Et videtur patere ptimo ex.c.licet.de spon.duo.vbi papa consultationi

respõdens dicit primũ matrimoniũ esse seruandũ, quanq̃ a quibusdã prædecessoribus suis aliqñ fuerit aliter iudicatum. Iam cũ papa respondet consultationi: non nouũ ius inducit, sed respondet prout de iure: vt vult glo. in. c. consultationi. de tẽpo. ordi. ergo decisio prædecessorũ non fuit ius, sed error. Vnde domin⁹ Anto. notat ibi vltimo q̃ iniusta sentẽtia pape, maxime a successoribus non est pro iure suscipienda. Et domin⁹ Franciscus de Zabarellis ibi quinto notat q̃ sentẽtia papę non semꝑ facit ius. anteq̃ tamen reprobaret̃, ei standũ erat. Allegat de regu. iu. in causis & c. fi. eo. titu. recitat Gasparinũ tenere q̃ nec papa posset cõsuetudinẽ talẽ approbare, qualis desuper erat in Mutinẽsi ecclesia. Et quicquid de isto sit: hoc saltem certum videtur q̃ matrimoniũ consummatũ non dissoluit̃: etiã si alter cõiugũ labatur in hęresim: vt patet. i. ad Corin. vij. & expositione omniũ sanctorũ. Huius tamen contrarium deciderat Celestinus tertius, ponens idẽ iuris inter fideles, quorũ alter labitur ad infidelitatis errorẽ, & duos infideles quorum aler ad fidem conuertitur. Et hoc dictũ Celestini olim habuim⁹ in c. laudabilem. de conuer. infi. vt vult. glo. in. c. quanto. de diuor. Et ibidem Hostieñ. cõmemorãs sub. vij. §. dicẽs in dicto. c. quãto. super verbo, licet. quidã prędecessor. s. Celestinus: qui dixit q̃ si vxor in fide relicta contraheret, non redderetur primo reuertenti ad fidẽ, & reconciliato: vt extra de conuer. infi. laudabilem §. idem siquidẽ. Pro isto etiam facit quod dicit̃. c. quod ꝓposuisti. xxxii. q. vii. de eo cuius vxor in infirmitate debitũ reddere nõ valet, quod ibi dicit Gratian⁹ contrariũ euãgelio. dicitur em̃ ibi: Si non poterit continere: nubat, sed opem subsidii nõ subtrahat &c. Hæc dico non vt more Cham pudenda patris mei detegam: quod in filio eius Chanaan grauiter punitum est: vt patet. Geñ. ix. sed vt temeritatẽ eorum reprehẽdam qui dicũt nullũ per inuincibilem ignorantiã iuris diuini excusari a peccato: quia dicunt talem ignorantiã, scilicet inuincibilẽ, non posse cadere in ius diuinũ: pro quo facere videt̃ illud. i. Ioan. ii. c. Et nõ necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio docet vos, & verũ est de omnibus: vbi videtur q̃ faciens diligentiam sibi possibilem, G

nunq̃ laborabit ignorātia iuris diuini in agendis. Et illud Apoſt.j.ad Corin.xiiij.Si quis ignorauerit, ignorabitur. Quod hæc nō cōuincant,poſtea deducā.Et cōtra eos pręter pri⁹ allegata ē expreſſa ſententia glo.Mat.xxviij.dicētis.Parū diſtat in vitio,fallere, aut falli:ſcandalizare, vel ſcādalizari:ſi ex neglīgētia.ſed ex inuincibili ignorantia diſtat:quia tūc falli p̄ctō non imputatur:imo tali ignorātia videnť excuſari a ſuiipſius nece & interfectione. Machabæi:qui ꝓpter religionē & obſeruātiā Sabbati crediderunt nō licere manu auxiliū ſibi ferre, vt nec lapidē mitterent in aduerſarios,nec ora ſpeluncarū oppilarēt:vt patet.j.Machabæ.ij.&ij.Machabæ.vi.Quod nō conuincāt auctoritates pro eis allegatæ patet.Nā auctoritas Ioānis loquiť de ijs quę teneňť ſcire:vt ꝙ Ieſus ſit Chriſtus,id eſt Meſſias & vnctus in lege promiſſus:de quo ibi pri⁹ loquitur.Iam non quilibet tenetur omnia iuris diuini præcepta ſcire,vt certum eſt.ſed in ijs quæ teneť ſcire,ſi ſufficienter inquirat,ſemꝑ a deo mediate aut immediate doctrinam recipiet.Nec obſtat etiā illud Apoſtoli, Si quis ignorauerit &c.quia premittit ibi, Si quis inter vos videtur ꝓpheta eſſe aut ſpiritualis,cognoſcat hæc,quia dñi ſunt mandata.Si quis aūt ignorauerit:ignorabiť.vbi glo.ſuper verbo cognoſcat.innuit difficilia eſſe verba epiſtolarū:cum a ꝓpheta vel ſpirituali iubet cognoſci:per quod videtur ſolū loqui de ſpiritualib⁹:et ꝓphetis quib⁹ ſcilicet ex officio incūbit alios docere.Verū eſt tamen ꝙ ignorātia iuris naturalis quo ad prima principia legis naturæ, & alia quæ quis pro officio vel ſtatu ſcire tenetur,vnicuique eſt damnabilis,Et ſic credo limitandum illud,Ignorantia iuris naturalis omnibus adultis &c.i. quæſt.iiij. tenebatur.§. notandum.Et iſtud ſentit Tho.i.ij.q. lxxvj. ar.ij.in corpore quæſtionis.Et ibidem art. iij.dicit ꝙ ignorantia quæ eſt omnino inuoluntaria, ſiue quia eſt inuincibilis, ſiue quis

H eſt eius quod quis ſcire non tenetur:omnino excuſat a peccato.¶Ex his credo probabiliter dicendum quod ſyncero affectu ſalutem animæ ſuæ quærēs,ſi cōſilio Magiſtri vel egregij illius doctoris Hugonis de ſancto Victore,propter ſcandalum vitandum non veræ vxori debitū reddi-

derit, excusatur a peccato: etiã si eorũ opinio sit erronea. Vbi autẽ opinio Magistri & Hugonis de sancto victore per ecclesiam reprobata sit, (si reprobata est) maioribus meis discutiendum relinquo. Mihi satis est si dubitãdo inuestigãdi occasionem dederim: vt sub mensa dominorum (si deus largiri dignetur) micas edere possim. Nec videtur sufficiẽter reprobata ex simili de gradibus diuina lege ꝓhibitis: quia ad hoc nunquã propter scandalum potuit obligari. hic vero potuit aliquando obligari propter scãdalum emergens, ad eam ducendum, & debitum reddẽdum. Et circa hoc fortasse simile dabitur. sicut licet verę vxori propter scandalum vitãdum debitum denegare, aut seipsum morti exponere vbi neutrum sine scãdalo posset, sed fieret contra veritatem vitę: ita similiter hoc casu licite permiscetur non suę vxori ad vitandum inobedientiæ scandalum. Dico syncero affectu. quia nisi fecerit qđ in se est, nõ excusabitur: sed locum habebit illud Saluatoris. Si cæcus cæco ducatum præstet &c. Matt. xv. ¶ Ad quartum dico cum I
glo. ibidem ꝙ tunc eruitur oculus, cũ frãgitur malus vsus. Proijcitur, cum ex toto annihilatur, nec intrare ꝑmittitur. Ad literam vero nullũ membrum pręscindi aut erui pręcipitur. Sic Iob sibi videtur eruisse oculũ, cũ diceret: Pepigi fœdus cũ oculis meis vt nec cogitarẽ quidem de virgine. Iob. xxxj. vbi glo. Pepigit fœdus cum oculis ne pri⁹ incaute aspiceret, quod postmodũ inuitus amaret. Hui⁹ omissionem lamentatur ꝓpheta Threno. iij. Oculus meus deprædatus est animã meã in cunctis filiabus vrbis meę. Exponitur etiam passus ille a doctoribus mystice, intelligendo per oculum, manum, & pedem: omnia extrinseca q̃ nobis possunt esse occasio cadendi. Ex quo sumitur hæc communis maxima, quod nullus vere pœnitere potest nisi abiecerit facto vel ꝓposito omnẽ occasionem quæ verisimiliter eum pertrahat ad peccatum. De quo de pœnitẽ. dist. v. ca. falsas pœnitentias. & ca. negociũ. ¶ Si forsan obiecerit aliquis: Salus animę pręferẽda est saluti corporis. sed licet alicui se mutilare realiter pręcidendo membrum ob salutem corporis: ergo idem licet ꝓpter salutem animę conseruandam. ¶ Dico cum Thoma. ij. ij. q̃st. lxv. articu. j. Saluti spi-

rituali potest aliter subueniri: cum peccatū subiaceat volū- tati: Nō sic de corporali. Et vt dicit Chrysostom⁹ Mat. xix. super verbo, Sunt eunuchi qui se castrauerūt: ꝙ cōcupiscen tia non fit ita (scilicet per realē præcisionem) mansuetior, sed molestior. Aliūde enim habet fomitis sperma quod in nobis est: & præcipue a ꝓposito incontinenti, & mēte ne-
K gligenti. Nec ita abscissio membri comprimit tentationes, vt cogitationis frenū. ¶ Ad quintum de vitatione excom municatorū, hoc certum est, ꝙ non tenemur iam aliquem excommunicatū vitare in sacramentorum administratio ne vel receptione, nisi sententia fuerit cōtra eū lata specia- liter & expresse, vt adeo notorie constiterit eum eandem sententiam incidisse, ꝙ nulla tergiuersatione celari possit, aut aliquo iuris suffragio excusari: vt dicit quędā cōstitu- tio concilij Constantieñ. in Basilieñ. confirmata. Verū nō licet eis ministrare sacramenta quādo probari pōt eos esse in peccato, argumēto. c. si sacerdos, de officio iudicis ordi- narij. Et an licite possint specialiter excōmunicato partici- pare oēs de quib⁹ loquitur. c. quoniā multos. xi. q. iij. Vel- lem audire a peritis: vbi dicitur: Apostolica authoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet vxorē, fi- lios, seruos, ancillas seu mācipia, necnō rusticos & seruien- tes. addit, Necnon & oēs alios qui non adeo curiales sunt, vt eorū consilio scelera perpetrētur. Quod autem loqua- tur de subtractione ab excōicatione minori, videtur ex ca. inter alia, de sen. excōmu. ¶ Sed pro proposito meo vide- re habeo an pro scandalo vitando liceat cōmunicare excōi cato cui alias cessante scandalo non liceret cōicare. Et dico ꝙ sic: quia vt dicit beatus Tho. xvii. dist. iiij. præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quę est finis pręcepti: & hęc est charitas, secundū Aposto- lū. j. ad Timo. j. Sed contra charitatem esset si ꝓ inutili vi- tatione excommunicati graue scādalum ꝓximorum quis generet. Vnde (vt dicit Aug.) consilia, separationis inania sunt & perniciosa, atꝗ sacrilega, impia & superba, cū con tagio peccandi multitudinē inuaserit: & plus ꝑturbāt in- firmos bonos, q̄ corrigant animosos malos. xxiij. q. iiij. nō
L potest. ¶ Quod autē satis sit ꝑcepta iuris positiui seruare

ad intentionem præcipientis, & non secundum corticẽ litere: patet. xj. q. iij. quod prædecessor. vbi declarat Bonifacius martyr non deliquisse coram deo in eo ꝙ exigente ecclesiarum necessitate communicauerat malis sacerdotibꝰ non consentiendo eorũ iniquitati: de quibus iurauerat Gregorio, ꝙ eorũ consortia declinaret, aut corrigeret. vbi glo. Sufficit ergo mentaliter aliqd adimpleri, & non corporaliter. xxxiij. q. iiij. recedite. & ꝓ illo faciũt notata doctorũ in. c. plerique. de immunitate ecclesiarum, de agẽdis in foro conscientię. Nec obstat ca. sacris. de ijs quæ vi metus ve causa fi. vbi dicit: Licet metus culpam attenuet, quia tamen eam non prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat qs peccatum operari mortale, excommunicationis labe credimꝰ inquinari: scilicet eum qui propter metum excõmunicato cõmunicat. Nam vt dicit Tho. dis. xviij. Quarti, & Ockã prima parte Decalogi. q. xvj. ca, illud loqtur de participatione in diuinis. & multi alij exponunt textum de cõmunione in crimine: quia fundat se super commissiõe peccati mortalis. Aliter tamẽ soluo textũ, ꝙ loquitur vbi directe per metum agitur ad hoc vt quis cõmunicet excommunicato: vt vult Panor. post multa assignans hanc differentiã quare per metum gladij non licet communicare excõmunicato, & bene ꝓpter metum famis. xj. q. iij. quoniã multos. quia metu gladij agitur directe ad iniquitatem: nõ sic in necessitate famis. Maleficia autem ꝓposito ac voluntate distinguuntur. de senten. excommuni. cum volũtate. ergo vbi per metũ non agitur ad hoc vt cõmunicem excommunicato, sed tertius nititur me inuadere inermem: si ope excõmunicati possim iniuriam repellere, & me à morte defendere, non pecco si hoc facio. Et ne dedignentur domini mei ꝙ sic audeam textum iuris positiui limitare: probo hoc ex iure diuino de Macchabæis: q vbi directe agebatur ad transgressionem legis per esum carnis porcinę: potius mortem elegerunt, q̃ patrias dei leges transgredi: vt patet ij. Macchabę. vij. Vbi aũt sabbato ab inimicis oppugnati sunt tanq̃ inermes, qbus nõ liceret bellare sabbato, laudabiliter sabbati obseruationẽ omiserũt. In proposito autem per scandalũ non agitur directe ad hoc vt &c. ¶ Ad sextũ M

dico ꝙ prelatus nec licite docet populum, cum suo peccato scandalizaret: nec licite omittit, ꝓpter necessitatem sui officij: non tñ est perplexus quia (vt dicit beatus Tho. xix. dist. Quarti) potest officium suum resignãdo euadere peccati laqueũ. Et si petatur quale scandalum generaretur in populo ex hoc ꝙ prelatus episcopus in peccato publico doceret populũ (non enim potest dici ꝙ hoc fit quia populus tunc existimat eum peccare mortaliter, quia hoc licite opinatur, cũ sit manifestum peccatũ, si hoc sit peccare, in peccato publico docere. & non videtur quomodo aliter scandalizatur) dico ꝙ scandalũ illud interdum est quia subditi ex contrarietate vite ad doctrinam, sepe mouentur ad credendum falsa esse que docet, & sic in peccata ruunt. Nã vt dicit in principio decimi Ethi. sermones de morib⁹ quãdo discordant ab ijs que secundũ sensum videntur, spreti atq; reiecti habentur, & veritatem interimũt, cũ sermones minorem habeant fidem, q̃ opera, sed sermones consentanei operibus, fidem habent, & prouocant intelligentes viuere secundũ ipsos. Idem videtur velle Gregorius cũ dicit, Cuius vita despicitur, cõsequens est vt eius prædicatio contẽnatur. Etiã in exemplũ vehementer culpa extendit, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. lxxxiij. dis. nemo. Et capite languescẽte, facilius reliqua corporis mẽbra inficiuntur. vj. q. j. sunt plurimi. Idem pretẽdere Apostol⁹ ad Rom. ij. Qui in lege gloriaris: per preuaricationẽ legis deum inhonoras. Nomẽ enim dei blasphematur per vos inter gentes: sicut scriptũ est. Et licet non semper tale vel simile scandalũ passiuũ sequatur: actus tamẽ de se est ad tale scandalum inductiuus. & sic semper est scãdalum

N actiuũ, licet interdum sine passiuo. ¶ Pro solutiõe septimi premitto ꝙ sepe obligatione manẽte, eius effectus suspenditur: quomodo dicunt iuriste actionem nõ tolli, sed exceptione elidi. Patet illud in obligatione iuramẽti in vasallo ad dominũ: que suspenditur per excommunicationem domini: vt vult glo. in. c. Iulianus. xj. q. iij. Pro illo est titu. xv. q. vj. nos sanctorum. & c. iuratos. Vnde dño absoluto statim obligatur iterum cũ effectu. Similiter vult Tho. quod votũ filiifamilias ante annos pubertatis irritatione parẽ-

tum suspenditur usq; ad annos pubertatis: & tunc tenetur votum implere. Idem tenet Palude post eũ distin.xxxviij. Quarti, & Innocen.in.c.scripturæ.de voto, & vo. redẽp. Hoc tamen non videtur verũ, propter ea quæ dicuntur in ca.placet. &.c.quidam intrauit.de conuer.coniug, vbi post irritationẽ voti solẽnis eius qui sine cõsensu coniugis monasteriũ ingressus est: declaratur coniuge mortuo non debere ingredi monasteriũ ratione voti. Et propter hoc tenet Panor.contrariũ in dicto.c.quidã intrauit.&c.scripturæ. Concedo tñ ꝙ etiã ante annos pubertatis, si sit doli capax, quo ad deum obligatur ex voto: vt patet Nume.xxx. vbi dicitur de existente in ętate puellari, si aliquid vouerit: nisi pater irritauerit, voti rea erit. si autẽ statim vt audierit pater, contradixerit, vota & iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebit̃ sponsioni, eo ꝙ contradixerit pater. Quidam tamẽ senserunt oppositum, arg.c. postulasti, de regu. & trans.ad religi. Nam vt ibi patet ex glo. olim habebatur in illa decretali ꝙ ingressus tenuit si malitia supplebat ętatem. Et licet subtractio illius clausulę hodie aliquid operetur quo ad forum iudiciale, ita ꝙ non debeant iudicialiter cogi ad voti obseruãtiam: nihil tamen videtur operari quo ad obligationem in foro conscientiæ. Nec ex textu omissa illa clausula plus habetur. Item qui de consensu vxoris religionem profitetur ea remanente in seculo, nec perpetuam cõtinentiam vouente: debet per episcopũ reuocari ad thorum vxoris: vt dicitur.c.j.de cõuer.coniuga. & sic tenetur debitum reddere verus monachus existens. Nã si ea mortua iterum contrahat, non tenet matrimonium: vt dicitur eo.titu.ca. ex parte.j. Et idem expresse dicit Thomas. dist. xxvij. Quarti. Et idem videtur de seruo retracto per dominum de monasterio. Sic in proposito dico ꝙ in casib⁹ vbi aliquid est faciendum contra verba voti, obligatio voti suspenditur, & sic non fit aliquid contra veritatẽ vitæ, nec contra votum nisi verbaliter. Et sic credo procedere qđ in argu.tactũ est de necessitate parentũ, quã opinionẽ fouet Henric⁹ de Gãdauo Quodlibe.xij. Imo per ingressum religionis non plus videt̃ liberatus a pręcepto subueniẽdi necessitati parentum, q̃ a præcepto leuandi extra puteũ mi-

re, quod licitũ videtur. dicit enim Augusti. Si facturus est quod non licet, iã faciat adulterium: non faciat homicidiũ. xxxiij. q. ij. si quod verius. Imo videt ex charitate procedere, si volenti rapinã facere, suadeam vt potius a diuite q̃ a paupere & parũ habente rapiat. Nec videtur voluisse plstituere filias cõtra mandatũ domini allegatũ: cũ prostituere sit inducere vt volens fornicetur. Loth vero solũ voluit vt Sodomitæ potius per vim corrumperent suas filias, quã maius nefas tolerare t in hospites: sciens eas nõ perdituras pudicitiam si in apprehensa vel oppressa sua carne explea turlibido non sua. xxxij. q. v. ita ne. Nec potest corpus corrumpi, nisi prius corruptus fuerit animus. ea. cau. et. q. nõ potest. ¶ Ad nonum. Quo ad materiã huius sentit beat⁹ Tho. xxxviij. dist. iiij. ꝙ nõ licet homini (vt verbis ei⁹ vtar) dimittere mori fame poti⁹ q̃ idolothytum comedat: quia sic sibi manus inijceret: & sic malo pœnę iungeretur malũ culpæ. Ipsem sentit domin⁹ Altis. q. xvj. Quarti addens ꝙ tamen debet facere quantum in se est ne scandalizet: ꝑtestando in publico ꝙ nisi comedat, morietur famæ: & tũc non scandalizat: licet forte alij scandalizentur. Contrariæ opinionis fuit Cãcellarius Parisieñ. in tractatulo de abstinentia Cartusieñ. a carnibus, dicens ꝙ licet eis in necessitate etiam extrema non vesci carnibus ad vitandum scandalum: ne ab alijs trahatur in exemplum, & rigor ordinis ex toto dissoluatur & depereat. Vnde dicit: Existimo plane neminem sane intelligẽtium dubitaturum quin hoc possit: & plures spero dicturos fore ꝙ ad hoc pro scãdali vitatione obligetur, siquidẽ plus est anima proximi, quam corp⁹ proprium aut esca. Allegat pro se: Si esca scãdalizat fratrẽ meum &c. ad Chorin. viij. Ex quo ibidem concludit ꝙ qui nullo vesci permittitur nisi idolothyto: si ex hoc verisimile seu probabile scandalum immineat fratribus, debet ab esca abstinere. Hic fortasse facile respõdebitur. Sumptio cibi est de veritate vitæ: & ideo non est propter quodcunq; scãdalum prętermittenda. Adduco igitur rationem aliam: quã (& si nisus sum) soluere nõ potui. ij. Macchab. vj. de Eleazaro, qui (vt ibi dicitur) vnus erat de primoribus id est excellentioribus scribarum: vir ętate prouectus, & vul-

tu decorus, qui dum cōpelleretur carnē porcinā comedere, gloriosam mortē magis q̄ odibilem vitam cōplectens, voluntarie præibat ad suppliciū, animo destinans non admittere illicita propter vitæ amorē. Astantes iniqua commiseratione cōmoti, propter antiquam viri amicitiam, secreto fecerūt afferri carnes quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, vt rex imperauerat, de sacrificij carnibus: & hoc ficto a morte liberaretur. Ille secundū sanctę & a deo conditæ legis constituta respondit, præmitti se velle in infernum. Non enī ætatem nostram (inquit) dignū est fingere: vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum. xc. annorū transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicū corporalis vitæ tempus decipiātur, & propter hoc maculam atq; execrationem meæ senectuti conquiram. Nam etsi in pręsenti tempore supplicijs hominum eripiar: sed manū omnipotentis neq; viuus neq; defunctus effugiam. Cumq; plagis opprimeretur, ingemuit, & dixit: Domine qui habes sanctam sciētiā, tu scis quia cū possem a morte liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animā vero propter timorem tuum libēter hęc patior. Et hoc modo vita decedens, vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplū virtutis & fortitudinis reliquit. Si iste (vt textus ibi dicit) secundum diuinæ legis constituta respondit, & propter timorem dei (cuius manus nec viuus nec defunctus effugere posset) hæc pati debuit: certū mihi videtur ꝙ cū scandalo proximorū non liceat propriam vitam saluare idolothytū comedendo. Nam sine scandalo fuisset ei licitum vti illa simulatione in tutelam sui corporis, exemplo Dauid: q̄ corā Achis rege simulabat se furere, vt sic manꝰ eius euaderet .i. Regū. xxj. & exemplo Iehu: de quo, xxij. q. ij. vtilem simulationem. Istud probo ratione sic. Quicūq; præfert salutem sui corporis saluti spirituali proximi, inuertit ordinem diligendi: cum teneatur plus animam proximi quam proprium corpꝰ diligere. Hinc. j. Ioan. iij. dicitur, In hoc cognouimus charitatē dei, q̄a ille pro nobis animā suam posuit. & nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ animas nostras ponere. ergo. Propter hæc dico ꝙ vbi nō posset vesci idolothyto sine


verisimili scandalo pximi: debet potius mori, q̄ cum scan dalo vitā sibi seruare. Quod aūt hoc liceat, pbo ex simili quia existēs in acie belli etsi possit sibi vitā saluare fugiendo, licite tñ prçeligit pprijs periculis vniuersorū tranqllitatē seruare. ergo similiter &c. Et si liceat, tenet: iuxta primā partē corollarij. Istud sub ambiguo tetigit Tho. ij. ij. q. lxix. art. iiij. vbi dicit. Iniuste condēnatus, licite potest p violenciā malis principibus resistere: nisi forte pp̄ter scandalum vitandum, cū ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur. Cū igitur infertur in ratione, quod ergo aliquid faciendum est contra veritatem vitæ &c. nego consequentiam: & ratio est: quia hoc casu pp̄ter scandalū emergens tollitur effectus obligationis præcepti necessitatem corporalem reficiendi. Pro quo noto hanc regulam quam effectualiter a quodā p̄ceptore quondam accepi. Quādocūq; S duo prçcepta contraria circa idem factū concurrunt: illud sequendū est, quod plus ligat. tunc enim obligatio alteri⁹ suspenditur quo ad illud factū, pp̄ter æquitatem maiorē alterius. Patet hoc de prçcepto reddendi depositū, & præcepto præseruandi alium a morte cum possumus: quç concurrunt dum quis reposcit gladiū depositū ad interficiendum seipsum vel aliū: quia quod est minoris çquitatis, puta reddendi depositū, cedit alteri. xxij. q. ij. ne quis arbitretur. Itē sit seruus qui contra voluntatem domini contraxerit: a quo dn̄s petat sibi impēdi seruitiū, & simul vxor petit sibi reddi debitum: si sit periculum fornicationis, debet prius vxori debitū reddere: vt dicit glo. in. ca. j. de coniug. ser. & ibidem doc. Idem videtur sentire Tho. distī. xxxvj. Quarti, dicens q̄ regulariter talis seruus debet poti⁹ obedire dn̄o. Sed tamen in his multa particularia considerari debent: sicut in omnibus humanis actibus. s. periculum castitatis immīnēs vxori: & impedimentū qđ ex redditione debiti seruitio imperato generaret: & alia hmōi. qbus oībus rite pensatis, iudicare poterit cui poti⁹ obedire teneat, dn̄o, an vxori. Et iterum si dn̄o in tali casu immineret periculum mortis nisi sine redditione debiti seruus domino subueniat, tenetur domino &c. Idem videtur sentire concilium Toletanū dicens. Si periculi necessitas vnum ex ma-

lis perpetrare compulerit, illud debemus resoluere quod minori nexu noscitur obligare. Quid autē leuius, quidve grauius sit: purę ratiōis acumine inuestigemus. xiij. dist. duo mala. Nec videtur valere expositio glo. ꝙ ꝓcedit quo ad stultam opinionem, quia sic potius dixisset neutrū faciendum, & errorem esse deponendum. Nec esset recursus habendus ad acumen rationis vt discerneretur quid leui⁹, quidve grauius. sed videtur loqui vbi duo pręcepta vocaliter contraria, circa idem factum concurrūt. Istud declaro exemplo. Sit aliquis qui post consecrationem in missa, recolit se simoniacum. Iste cōteritur, trepidat an debeat corpus domini sumere, vt vitet scandalum astantium: an sumere, propter suspensionem, & præceptum ecclesiæ. Iste (vt dicit Altis. in iiij. q. xvj.) non peccat sumens tunc cum contritione corpus domini: vbi sine concursu talium contrariorum pręceptorum damnabiliter sumeret. Nec oportet admittere ꝙ talis demerito peccati præcedentis sit factus perplexus, ita ꝙ quicquid fecerit peccat: tum quia sic obligaretur in casu ad impossibile: tū quia Genesis. iiij. de Caim existente in mortali peccato dicitur: Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim peccatum tuum in foribus aderit? Sed sub te erit appetit⁹ eius, & tu dominaberis illius. scilicet peccati. Præterea nullus agendo quod recta ratio dictat sibi agendum, pro tunc peccat: ergo &c. ¶ Et hęc sunt venerande dñe Quodlibetarie, q̄ ꝑ ingenij mei tenuitate de q̄stione ꝓposita intelligere valui, offerēs ea vestrę reuerētię humillime impugnanda. ¶ Arguitur cōtra cōclusionē. Si teneremur ex debito ꝓximū pręseruare a morte corporali, sequeret̄ ꝙ teneretur homo quęrere eū quē posset a morte præseruare: qđ falsum videtur, & inconueniens: cum sic monachi deberent de suis claustris egredi ad pręseruandum &c. Sequela probatur: quia si q̄s debet alteri debitum aliquod corporale, puta pecuniā vel huiusmodi: debet eū quęrere cui debet, vt debitum soluat. Et confirmo: quia oīa pręcepta diuina ad quę obligamur, reducunt̄ ad aliquod p̄ceptū Decalogi. sed nullo pręcepto Decalogi pręcipitur &c. ergo. ¶ Contra secundā partem corollarij sic. Aug. in libro contra epistolam Parmeniani,

docet vbi schismatis periculum timetur, a punitione peccatorum esse cessandum. sed ipsa punitio peccatorū est de veritate vitæ: ergo aliquid omittēdum est contra veritatē vitę ad vitandum scandalū. ¶ Ad primum dico ꝙ aliquid T
debetur certę & determinatæ personę siue sit bonum corporale, siue spirituale: & ad illud soluendū oportet debitā solicitudinem adhibere vt inquiram⁹ eum cui debetur: & nō est spectādum donec occurrat. Alia sunt beneficia quæ vnicuiq; indifferenter debentur, & nō certę & determinatæ personæ: & quo ad illa sufficit ꝙ impendamus his quæ nobis occurrunt: & occursus eorum quasi pro quadā sorte habēdus est: vt dicit Aug. j. de doctrina christiana. ¶ Ad V.
confirmationem dico ꝙ omnia pręcepta quæ pertinent ad impēdendum proximo aliquod beneficium, reducunt ad mandatum decalogi de honore parentū: vt concorditer dicunt doctores omnes. ¶ Ad secundum respondeo ꝙ punitio malorum est de veritate vitę, vt est actus virtutis, & medicina quædā ad cohibendū peccata. & ergo intantum habet rationem boni & iustitię, inquantū per eam peccata cohibētur. Vnde plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hoim corrigatur. xxiij q. prodest. Si autē manifestum sit per inflictionem pœnarū plura & maiora peccata sequi, punitio vel pœnarum inflictio non continebit sub iustitia, nec erit actus virtutis ad quem obligamur. X
Vnde dicit Aug. Cum contagio peccandi multitudinē inuaserit: consilia separationis .i. excōicationis inania sunt & perniciosa, atq; sacrilega: & plus perturbāt infirmos bonos, quā corrigūt animosos malos. xxiij. q. iiij. nō potest. ¶ Contra. Pręcepti negatiui est punire maleficos: iuxta illud Exo. xxij. Non patieris maleficos viuere. sed præcepta negatiua ligant semper, & ad semper: ergo pro semp obligamur &c. ¶ Respondeo. Licet hoc præceptum Exodi sit vocaliter negatiuum, virtualiter tamen est affirmatiuum: sicut & istud. Non permittes proximum fame interire. quod solum ligat aliquando, & non ad semper.

¶ Prima quęstio sine argumentis.

¶ Propter quid dicit Apostol⁹. Omnia mihi licent, sed nō omnia expediunt: cum nihil licere videatur quin bonū sit



A & expediēs? ¶ Pro huius solutione videndū est an aliquid sit iustū, ęquum ac licitū, quod non sit utile ad salutē: ut prima facie prætendere videntur verba Apostoli: & idem insinuari videtur in.c.magnę deuotionis.de vo. & vo. redemp. vbi colligit in omni agendo tria esse attēdenda: quid liceat secundū æquitatem, quid deceat secundū honestatē: et quid expediat secūdum vtilitatem: quasi aliquod æquū ac honestum possit esse inutile. de quo. ij. lib. Officiorum Tullius disceptans dicit in hoc verbo vtile, consuetudinem deflexisse de via, & sensim eo deductā, vt ab honesto vtile secerneret, & constitueret honestum aliquod quod non esset vtile, & vtile quod non honestum: qua nulla pernicies maior vitæ hominū potuit afferri. Addens hæc tria, iustum honestū, & vtile, re semper coincidere, & iuxta grauem philosophorum auctoritatē, confusa solū cogitatione distingui. Idem effectualiter dicit Ambrosius. ij. lib. Officiorum, distinguens pro illo aliam vtilitatem corporalem & pecuniariam lucri, & aliam vtilitatem pietatis: iuxta verbum Apostoli: Corporalis quidē exercitatio ad modicū vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est, promissionē habens vitæ & quæ nunc est, & futurę. i. ad Timotheū. iiij. Et subdens de vtilitate pietatis, ait. Est igitur non solū familiare contubernium vtilitatis & honestatis, sed eadē vtilitas que honestas. Et secundū Philosophū. vij. Ethicorum, bona corporalia non sunt bona, nisi vt cōmensurata sunt mensura virtutis. Et ergo qui plus vel min⁹ appetit in bo-

B nis corporis quam decet, vituperatur. Ex quib⁹ infero hoc solum vere vtile esse, id est vtile ad salutem, quod honestū, iustum, ac æquum est, & nihil esse iustum ac honestum, quod non sit vere vtile. Primam partem probo: quia sola virtus valet ad fructum vitæ beatę. Et secunda pars patet, quia omnis actus virtutis vtilis est ad finem virtutis, qui est felicitas, seu æterna beatitudo. Ad videndū autem in proposito quomodo aliquid possit licere siue æquum esse quod non sit vtile ad salutem: dico quod aliquid est licitum ac æquū ex genere, cū scilicet actus non est simpliciter prohibit⁹, quod tamen ex certa circunstātia loci vel tēporis fit illicitum, iniustum & malum. verbi gratia ædi-

ficare, & alia mechanica exercere, sunt licita ex genere act⁹. & tamen ex circunstantia tẽporis reddũtur illicita, puta in sabbato. Iam dico quod omnia de quibus loquitur Aposto lus, licebant ei quantum erat ex genere actuum, scilicet sua repetere, idolothyta comedere, & sumptus ab his quibus prædicabat accipere, sed non licebant ei propter circunstã-tiam loci aut tẽporis, propter imminens scandalũ fratrum: et sic non expediebat. Quod hoc intendat, patet ex decur-su textus. j. ad Corinthios. x. vbi postquam dixit, Non po-testis calicem domini bibere. & dęmoniorũ, Non potestis mensę domini participes esse, & dęmoniorum, addit, An emulamur dominum? Nunquid fortiores sumus illo? Om-nia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi li-cent, sed non omnia ędificant. Vbi aperte videtur velle ꝙ idolothytum comedere sibi licebat, sed non expediebat: q̃a fratres non ędificasset: sed in ruinam præcipitasset. Vnde glossa super verbo An ęmulamur &c. Aemulari vidẽtur et inuidere domino, cuius regnum diminuunt. qui cũ scan-dalo fratrum comedunt. vnde male cedet eis, quia nõ for-tiores sunt illo. Vnde subiungit ibi Apostolus, Si quis voca C tus ad mensam infidelium velit ire, omne quod apponitur comedat, nihil interrogando propter conscientiam. Si vero ei indicatum fuerit quod immolatum sit idolis, abstineat propter conscientiam fratris, qui scilicet facto illo scandali-zaretur. Idem sentit dominus Altissiodoren. quęstione xvi. Quarti, dicens quod licitum in dicta auctoritate A-postoli respicit materiam siue genus rei, expediens vero a-ctum siue casum, vt sensus sit, Omnia mihi licent in se, sed non omnia expediunt in casu, scilicet cum scandalo fratris. Idem dicit beatus Augustinus exponens illud. j. ad Corin-thios. vij. Si quis frater vxorem habet infidelem &c. dicẽs quod licitum tunc non expedit, quando per iustitiam quæ coram deo est, non prohibetur, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentum salutis: vt est dimissio coniu-gis infidelis volentis cohabitare, quæ dimissa pernicio-sissime scandalizatur, offensa, & in adulteria ruens, cum alium ducere non possit, propter matrimonium non esse solutum. Et ergo infert, quod licet & non

expedit,non poteſt dici bonū:ſicut de bono minori & maiori:vt tradere nuptui,& non tradere:quorū vtrunq; expedit:ſed alterum magis,& alterum minus. xxviij.q.j.ſic eni.Cum igitur nullus actus deliberate factus ſecundum indiuiduum poſſit eſſe indifferens, vt bene deducit Tho.j.ij.q.xix.articulo.ix.ſequitur ꝙ talis actus licitus ex genere cum non expedit eſt malus:& hoc ex circunſtātia, propter ſcandalū:& habet intentum.¶Ex quibus omnibus cōcludo ſępe homini non licere quod ius habet faciendi: puta,cū vſus illius poteſtatis ſiue iuris alijs afferret impedimentū ſalutis.tunc eni iure ſuo vtēs,proferret vſum ſui iuris ſpirituali ſaluti proximi:& ſic ordinē diligendi interuertens, contra charitatem delinqueret:iuxta illud ad Roma.xiiij. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur: iam non ſecundum charitatem ambulas.

¶Quęſtio ſecunda ſine argumentis.

¶Propter quid dicit Chryſo. Qui primatū deſiderauerit in terris,confuſionē inueniet in celis? quū puſillanimitatis ſit ſi qs magnis dignus exiſtēs,his ſeipſum nō dignificet:vt dicitur.iiij.Ethico.¶Hic dico ꝙ aliud eſt primatū appetere vt quis pręſit:aliud vt proſit.Primū videt dānabile:ſecundū autem bonum meritorium & laudabile. De A primo dicit Chryſoſtomus:Qui primatum deſiderat &c. nec inter ſeruos Chriſti cōputabitur,qui de primatu tractauerit.xl.diſtin.multi ſacerdotes.hoc Saluator Matthęi xxiij.in Phariſęis reprehendit cum ait: Amant primos recubitus in cœnis:& primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro:& vocari ab hominib⁹ Rabbi.Vnde appetere primatū vt pręſit:eſt ſuum quęrere, non quę Ieſu chriſti.de quo ad Philippēſes.ij.quęritur Apoſtol⁹ dicens, Omnes quę ſua ſunt quęrunt,non quę Ieſu Chriſti. quod Hieronymus exponēs ait.Quid eſt,quę ſua ſunt quęrētes?Reſpondet.Non Chriſtū gratis diligentes: deum non propter deū quęrentes:temporalia cōmoda ſequentes:lucris inhiantes:honorē ab hominibus appetentes.Hęc quādo amantur a prępoſito,& propter hæc ſeruitur deo:quiſquis talis eſt,mercenarius eſt:inter ſeruos dei ſe non cōputet,viii.q.j.ſunt in eccleſia, Hinc per prophetā ait domi

nus: Quis est in vobis qui claudat ostia mea, aut incēdat altare meū gratuito? Non est mihi voluntas in vobis: dicit dominus exercituū. Malachię. j. Quod vero talis mercenario amore, & non amore amicitiæ deū diligat: patet ex verbo Philoso. ix. Ethicorum: vbi tractans de beneuolētia ait: Qui vult aliquē ꝓsperitatem habere spe alicuius cōmodi ab illo consequendi, nō videtur erga illum esse beneuolus: sed magis erga seipsum. & subdens ad propositum ait: Quemadmodū nec amicus si illum obseruet propter quandā vtilitatem. Sed seruiēs Christo vt pręsit, obseruat ipsum ob quandam vtilitatē: nec arat in spe fructus percipiendi, quū arare debet qui arat. j. ad Corinth. ix. vbi glo. interlinearis, In spe, non pro spe. Nec paralogizemus nosmetipsos, licitum reputantes appetere primatū quandocunqꝫ minus principaliter appetimus, non finem principalem in eo statuentes, quasi hoc amorem amicitiæ non excludat, & sic non arguat etiam amorem esse mercenariū, quia si primatum statuamꝰ finem diuini seruitij sine quo non, puta nollemꝰ deo seruire nisi ob primatum quem ab eo speramꝰ, absqꝫ dubio mercenario amore deū diligimꝰ. Propriū enim est amicitiæ quæ habetur vtilitatis gratia, simul cum vtilitate mutari. viij. Ethicorum. Cuius simile est ꝙ preces ꝓ ordinando effusę, carnales dicunť, & simoniam inducunt, quę nō spirituali, sed carnali porrectę sunt affectu, cū alias pro dignitate personæ non effunderentur non occurrente sanguinis ratione. j. q. j. c. filiū. Consimiliter qui non admitterent aliquē in canonicum nisi essent tēporalia emolumenta (quāuis sine pacto) recepturi, apud districtum iudicē culpabiles iudicātur. c. tua nos. de simo. Ergo mercenario & carnali affectu seruit deo qui eiꝰ animi est, ꝙ solum pro ipso primatu vult deo seruire, & non alias. Non enim tam deo ꝙ̄ primatui submittit affectum, quod est carnaliter sapere. Sapientia autem carnis inimica est deo. legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. ad Roma. viij. Et hoc casu sinistra principaliter operari videtur, nec solum commiscetur dextræ in diuino opere seu seruitio, quia terreni lucri cupiditas in tantum dn̄atur, ꝙ nolit sine illo perficere spirituale opus. Sed si quis primatum

appetit solũ vt prosit, non offendit, nec tunc sinistra in operatione miscetur dextrę, quia mercedem temporalem non propter se meditatur, sed ꝓpter regnũ dei: vt sit læua sub capite, & dextra in amplexu, vt vult Magister distinctiōe xxxviij. Secũdi sententiarũ. Quod autem licitum sit hoc modo appetere primatum, bonũ, charitatiuum, & laudabile, patet ex verbo Apostoli. Qui episcopatũ desiderat, bonum op⁹ desiderat. Hoc enim est solum quęrere aliorũ salutē ex nostra cura, solicitudine & labore: quod sine dubio laudabile est, & magni meriti apud deum. Hinc dominus ait Petro, Ioan. vlti. Petre amas me? pasce oues meas. Ex quo scdm Gregoriũ colligitur ꝙ si is qui valet, omnipotentis dei oues renuit pascere: ostēdit se pastorem summum non amare. Si enim vnigenitus patris ꝑ explenda vtilitate omnium, de secreto patris ad publicum nostrum egressus est, nos quid dicturi sumus qui secretum nostrũ pręponimus vtilitati proximorum? viij. quęstiōe. j. in scripturis. Et August. Qui electus ab ecclesia, ministeriũ euãgelizandi & baptizandi renuit, merito digneꝙ ab ecclesia contēnitur. Qui enim sibi prodest, & ecclesię, bene intelligitur vtroꝙ pede calciatus. Qui vero lucrandorũ curam refugit aliorũ, discalciati illius nō figuratum significabit, sed impletum in se portabit opprobriũ. c. cau. &. q. olim. Et loquitur de eo ꝗ nolens suscitare semen fratri suo prę mortuo, iuxta veteris legis morē, vno pede discalciatus in D faciem conspui solebat. Vnde istud est talentum a domino commissum abscondere, & non vt oportet nummularijs committere, vt possit dominus capitale suum recipere cũ vsura. Matthęi. xxv. qui (vt ibi dicitur) vt seru⁹ inutilis mittitur in tenebras exteriores, vbi erit flet⁹ & stridor dentiũ: Omni enim habēti dabitur: & ei qui non habet, auferetur ab eo quod habet. Quod intelligitur, habenti talentũ suũ multiplicatũ, dabitur gloria ęterna, & ei qui nō habet talētũ suũ multiplicatũ, auferetur ab eo quod habet, scilicet talentum a deo sibi commissum, cum habebit ad pœnam, quod est inutiliter habere, & sic non habere, quomō dicitur auaro deesse tam quod habet, quã quod non habet. Et dabitur alteri habenti, quia cedet ad gloriã beatorum pu-

nitio malorum pro omissione operum misericordię iuxta mensuram talenti a domino sibi commissi: iuxta illud. Lętabitur iustus cum viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. ¶ Hic tamen aduertēdum est quod is qui sacerdotij aut alium dignitatis gradum, non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quod subiturus est onere metiri debet: vt si est impar, abstineat: & ad id cū metu etiam cui se sufficere existimat accedat. j. quęst. j. non est putanda. ne forte dum loco delectatur gloriæ: subditis fiat auctor ruinæ. xlix. dist. in princ. ¶ Hęc sub correctione & benigna interpretatione omnium dicta sint. Nec tædeat dominos meos ex iuuene audisse puerilia: cum a pede nunquam opera expetenda sint oculi, sed ab vnoquoque membro proprium opus. j. ad Corinthios. xij. E

Dicta anno Domini. 1488. sub magistro Ioanne Bryart de Ath.

Quodlibetica quæstio Secunda eiusdem, anno a salute humana. 1491. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



ER VENERABILEM virum dn̄m Quodlibetariū sunt mihi nuper tres q̄stiones ꝓposite: vna cū argumentis: reliq̄ sine argumētis. Quæstio cū argumētis est, Vtrum tenemur ad mādatū superioris contra ꝓpriā sententiā agere, dū scimus ꝓpositum apud maiores verti in dubiū? ¶ De hac q̄stiōe cū tanta tāq ꝯplexa sit ei⁹ difficultas, vt q dubietatis suę ansam soluere tētauerit, nodū nō imerito iudicabit ligauisse: & vno ꝯplexitatis capite p̄ciso, septē videant exoriri ꝓ vno: mallē ꝓculdubio peritorū in hac ma-

teria,disertas audire sententias, q̃ tam doctissimorũ virorũ iudicio (quib⁹ ego & iudicor & lõge sum impar) iuuenile sentimentum librandum committere: apud quos nonnun quã (vt sub venia dixerim) iniqua statera est, & iiusta sunt pondera: vt dum propria magis placet sentẽtia, aut quod consueuerat audiri, alteri partium librandarũ iniusti ponderis non parum adijcit affectio: cũq; tractu suo animã vni vehementer applicat, alterius examen debitum nõ admittit: & quemadmodum nigrum interpositum facit album videri rubrũ: sic nos miseros deludit affectio: vt & si euidentissima adducatur pro non placente demonstratio, quã soluere nec presumimus nec valem⁹, vix sophistica iudicetur a nobis ratio: quia tamen magistrorum preces (quorũ ego factura sum & indignus discipulus) respõdere me cogunt, que beneuolo armate fauore recusantem ferirẽt ingratitudinis iaculo, ac proborum gratia euidentissime iudicarent indignũ: consultius iudicaui vt respondẽdo ardua tentem de regimine conscientie. Siquidem vt nusquã erratur periculosius, cum abducat a fine primo & optimo: sic nec fructuosius eruit in quacũq; materia de palea errorum veritas. Vt igitur materie nostræ veritas (vndecunq; in lucẽ prodeat; omne quod mente teneo, in mediũ libere producã: vt si sanum est, doceam: aut de errato correptus (quod gratissimũ foret) veritatem ex alio discam: submittens omnia correctioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, & omnium quorũ interest deuiantes ad viam veritatis reducere. ¶ Et sunt pro decisione questionis tria ingrenda. Primum, cum apud doctores vertitur in dubiũ an prelati auctoritas se extendat ad certum actum precipiendũ qui indubitanter est licitus: an in tali dubio tenemur obedire. Secundum, an etiam in probabili dubio an act⁹ qui præcipitur est peccatum mortale &c. Tertio an contra propriam opinionem liceat obedire. Et primo circa quodlibet adducãm contraria motiua, vt ex eis iuxta se positis, magis clarescat decisa veritas. Et rñdebo obiectis. ¶ Quo ad primũ

A ad partem negatiuã arguo sic. primo. Precipiens in ꝓbabili dubio an ius habeat vt hoc ꝓpter ipsum fieri debeat, vel nõ, peccat in eo ꝙ tale precipit. ergo, in hoc licite negamus

el obedientiam. Conſequentia tenet: quia ſicut non teneor rem a me poſſeſſam donare ei qui ex dubia cauſa eã petit tanquã ſuã: vnde dicit gloſſa cap. fi. de preſcriptio. Si quis ex rationabili cauſa dubitet an res ſit ſua, adhuc manet bonę fidei poſſeſſor, nec habet conſcientiam leſam. ergo præſcribit. ſed debet inquirere ab alijs, vt perueniat ad notitiã veritatis, argu. xxxvij. diſ. §. vltimo. xxiij. queſt. vltima. oc cidit. quod cõtra dominum Anto. Panor. dicit apertiſſime ꝓbari in. c. ſi virgo. xxxiiij. queſt. ij. vbi dicitur: Bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime q̃ſq; dicitur quãdiu poſſidere ſe ignorat alienum. Cum vero ſciuerit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit: tunc malæ fidei perhibetur: & tunc iuſte iniuſtus vocabit̃. Et antecedens patet: quia ſicut dubi⁹ de mr̃imonio, exigendo debitum cõiugale, peccat, iuxta. c. dominus. de ſecũdis nuptijs. ſic qui dubitat eſſe ſuũ quod petit: cum actum coniugalem & poſſeſſionem ęquiparet Auguſt. in dicto cap. ſi virgo. Ex quo ſequi videtur, ſi coniunx ſciat exigentem dubium de matrimonio, quãquã ſciat cauſam ex qua dubitat, non impedire: verbi gratia q̃a viſa eſt ſola cum conſanguineo mariti loco & hora ſuſpectis: nõ tenetur marito debitũ reddere: quemadmodum nec ſi ſciat eũ votũ ſimplex emiſiſſe: quod dicit Tho. xxvij. diſtinctione Quarti. Nullus enim videtur teneri obedire quãdo alius tenetur non pręcipere, & pręceptũ non exequi. ſecus forte: vbi pręcipere eſſet ei peccatũ, ſed nõ exequi: vt quidam opinantur ex fine. xxx. c. Nume. vbi de viro q̃ prius audito voto abſtinentię vxoris tacuit: & poſtquã reſciuit, contradixit: dicitur ꝙ portabit iniquitatẽ eius. ex quo videtur Auguſt. concludere virũ peccare in ꝓhibendo quod prius conceſſit: mulierẽ tamen debere obedire. xxxiij. q. v. manifeſtũ. Quod tamen textus (ſi bene inſpiciatur) nõ prętẽdit. Dicit enim ꝙ ſi vir audiẽs tale votum vxoris tacuerit, & in diem alterũ diſtulerit ſententiam: quicquid vouerat atq; ꝓmiſerat, reddat: quia ſtatim vt audiuit tacuit. Si aũt contradixit poſtquã reſciuit, portabit ipſe iniquitatẽ eius. Non enim minus licet marito in diem alterũ differre ſententiã, quã parentibus reſpectu voti ſuę prolis: quibus hoc licet ad annũ. xxix. q. ij. puella. Quod autẽ dicit portabit

iniquitatem eius, intelligendū est ereptiue, vel potius prę seruatiue: quomodo dispensans dicitur portare iniquitatē dispensati, ne contrauenīēdo ei ad quod prius tenebať, peccet Hoc genere locutionis sacerdos dicit portare iniquitatē populi Leuitici.x.& hircus emissari⁹ oēs iniquitates populi Israelitici Leuitici.xix.& Esa.liij.de Christo dicitur ꝙ dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrū. Quod ergo dicit Aug.nā cum ad peccatum viri pertinere voluerit lex si prius permisit, & post ꝓhibuerit: intelligendū est non de culpa viri, sed de peccato portando per virū ex permissione taciturnitatis: quia nihil aliud intēdit text⁹. Similiter exponunt doctores illud verbū Aug. si abnuat quod prius cōcessit: de cōsensu dissimulationis. Vnde dicit Tho. xxxij.dist.Quarti, si expſſe cōsensisset, non posset vetum reuocare. Vel potius intelligit de cōsensu ad tempus: vt in cap.charissimus.de cōuer.coniu. Et iterū aliud est irritare, aliud pręcipere. Non eñ debet aut potest fieri pręceptum de contrario prius quā votū irritatū fuerit. Et similiter in dispensatione. Argumentū autē procedit de dispensatione.

¶ Secundo sic. Si in dubio tenemur obedire: cū certum est licere quod pręcipitur, nullū potest esse ꝓbabile dubiū an in tali teneremur obedire. qđ falsum est. falsitas patet de isto. cognita per violenciam a ꝓprio marito vt reddat debitū, & non ingrediatur religionē: tenet Palude ꝙ non tenetur: ne pl⁹ habeat luxuria ꝗ castitas, & oppſſio ꝗ innocētia. iiij. sen. d. xxvii. q. iij. Idē tenet Bartholome⁹ Brixieñ. in conditionib⁹: vt refert Ioan. Andreę in regula Qui cōtra. dominus Altissiodoren. tenet contrarium ꝓpter generale verbum Saluatoris: Quos deus cōiunxit, homo non separet. quia quod dominus in euangelio dicit. Viro nō licet vxorē dimittere nisi ob fornicationem, hoc intelligitur de consummato. extra de conuer. coniug. ex publico. & asserit hoc etiam de illa quę post votū simplex contrahens, post negligens in non ingrediendo religionem &c. ꝑ ipso facit cap. si. lv. distinctione. Itē ducta sub conditione castitatis seruandę, sine nouo consensu cognita an exacta teneatur reddere: de quo inter Palude & Tho. est dissentio, & plures alios. Item de corrupta cum qua contractū est sub

conditione si inueniatur virgo: de qua inter Hostien. & alios. Sequela patet, quia sequitur apud aduersarium, dubium est an hoc cadat sub obedientia, ergo certum est ipsum cadere sub obedientia: cum pro certo habeat quod in dubio tenemur obedire. & sic ex affirmatione dubij sequitur eiusdem negatio: ad quod euidentissime sequerentur duo contradictoria esse simul vera, si ponatur de aliquo tali dubium esse an cadit sub obedientia, de qualicunque dubio aduersarius loquatur. ¶ Tertio sic: Qui dubitat de seruitute vxoris: non tenetur ei in dubio &c. ad mandatum ecclesię debitum reddere, ergo nō tenetur in dubio obedire etiam cum certum est &c. Antecedens probatur, quia vel teneretur eam cognoscere ad mandatum ecclesiæ maritali affectu: & sic pręiudicaret sibijpsi, ex quo propter nouum consensum non obstante seruitute iam fieret matrimonium. Aut fornicario, & hoc non, quia nemo potest obligari ad peccatum. xxij. quęstione. i. si peccatum. etiam sic obligaretur ad impossibile, contra regulam, Nemo potest ad impossibile &c. Ligatur enim non peccare & hic ligaretur peccare. Hinc Tho. xxxvi. distinctione Quarti in fine dicit. Si ex causa probabili dubitet: vel vehementer pręsumat vel certe cognoscat, non debet ei debitum reddere ecclesia pręcipiēte: quia vel sibi pręiudicium faceret si eam vxorio affectu cognosceret: aut alias fornicaretur. Idem dicit Ricardus eadem distinctione. & ergo ecclesia rationabiliter statuit pręsumēdum esse pro matrimonio, si postquam audiuit eam ancillam esse, carnaliter cognouit. & idem est siue cum audierit, credidit, vel dubitauerit, quāquam glossa irrationabiliter limitet ad casum cum etiam crediderit, quia si dubitet & cognoscat, vel cognoscendo peccaret mortaliter, vt patet ex. c. dominus. de secundis nuptijs. & maxima doctorum est, Qui amat periculū: peribit ī illo. Aut maritali affectu cōsentiret in eam, qualiscunque sit. Nec potest dici ꝙ in dubio potest ei debitū reddere maxime ad mandatum ecclesię, tanquā illi cuiꝰ mouetur quæstio statꝰ, vt dicit glo. fi. in. c. proposuit. de cōiu. ser. & hoc solum quasi ex primo consensu. & Hostiensis in summa amplexatur opinionem dicentem ꝙ hoc sibi liceat lite pendente etiā cū certus

est de seruitute vxoris.ar.c.laudabilē.vt lite pendēte nihil innouetur.&c.inquisitioni.de sententia excōmunicatiōis. Tum quia cum certus est,hoc esset fornicari.Non etiam in dubio:quia vt dicit cōmunis omnium doctorum maxima, submittens se discrimini peccati mortalis,peccat mortaliter.Iste esset huiusmodi:quia in eius potestate est amouere periculum.& ita pro cōmodo suo censeretur se exponere &c.Secus forte vbi impedimētum amouere non posset: vt in capitu.inquisitioni.Ergo oportet dicere quod dubitās de seruitute vxoris,teneatur eā ducere:& non potest ab ea iuridice absolui muliere tempore medio exigere volente debitum:quod est contra omnium doctorum opinionem: vel quod in dubio non teneretur reddere,& hoc est propositum.Idē currit in alijs vbi dubitatur an matrimoniū etiā tenet contractū inter personas legitimas sub cōditione castitatis seruandæ,aut contra consuetudinē (quæ scandalū generat)nondū approbatā per papā:de quo per Panor.de cog.spiri.c.super eo.si forte ponas vxorē non velle de nouo consentire:sed solum debitum quasi ex primo consensu requirere.& sic non potest marit⁹ impedimentū amouere. De hoc idē iudicium quod de dubio impedimenti propter quod si sit in re,impeditur matrimoniū. ¶ Ad oppositum arguo primo sic.Aeger tenet medico corporis obedire in his quæ medici iudicio necessaria sunt ad sanitatē cōsequēdam,vt etiā in his quę apud doctores sub dubio cadunt an sunt necessaria,dum tamen constet ea non posse nocere. ergo similiter obediendum est superiori non solum in his quæ scimus necessaria ad regimen ciuile politicum.vel spirituale communitatis:sed etiā in dubijs. Consequentia tenet:quia non magis tenetur ęger obseruare debitum regimen sanitatis,quā quicunque alius debitum regimen politię ciuilis vel spiritualis.Antecedēs patet,quia iure naturę tenet velle efficaciter sanitatē sibi procurare, aut vitam conseruare:quod quidē efficax velle non stat sine amplexu omnium quæ scit aut dubitat esse necessaria.Ille enim non vult efficaciter intra quatuor horas perambulare viam a Louanio ad Mechliniam,qui cū potest fortius ambulare, tam lente procedit, vt probabiliter dubitet an posset qua-

tuor horis viam perficere: Secundo sic: Subuenire necessitati proximi: similiter seruare legem vitatiõis quo ad excommunicatum, non solum cadunt sub obligatione cum certum est proximum necessitatem pati: vel aliquem excõmunicatum esse, sed etiam dum cadunt sub dubio. ergo similiter in alijs preceptis dum dubium est an actus cadat sub precepto de facto, ratione dubij est in obligatione, Antecedẽs primo patet quo ad primum, quia si obligaremur solum ad eleemosynam quando sciremus eam proximo esse necessariam, rarissime vel nũquam obligaremur ad eleemosynam. Idem autẽ est si sit corporalis aut spiritualis, vt in correptione fraterna. De secundo, puta de vitando excõmunicatum: patet primo quo ad seipsum nam dubitans se excommunicatum, tenetur alios vitare, & se diuinis nõ ingerere, vt in cap. illud dominus. de clerico excommunicato ministrante. Quo ad alium si dubitetur excommunicatus patet etiam ꝙ in dubio debet vitari si constet eum semel fuisse excommunicatum: quia (vt dicitur de sententia excommunicationis: capit. sicut nobis) talis debet vitari donec per literas aut alias docuerit legitime sese esse absolutum. Ergo etiam in dubio ꝙ etiam antequam constet eum aliquando fuisse excommunicatum, in dubio sit vitandus: videtur ex hoc, quia si publica fama est aliquem clericum verberasse, nec episcopus nec alius debet sibi communicare donec ad arbitrium episcopi se purgauerit, aut ad cautelam absolutus fuerit de sententia excommunicat. cum desideres. vbi Panormitanus determinat quod ĩcontinenti est vitandus conformiter ad verba textus. Iam certum est quod fama nõ facit plenam probationem. Et ita in dubio tenemur excommunicatum vitare, quod intelligo sine eius preiudicio Vbi autem excommunicato fieret ex vitatione præiudicium: non tenemur ipsum vitare: & in hoc casu procedit opinio Innocentij: quod fama tali existente nõ tenemur ipsum vitare nisi in mora purgandi fuerit: aut in purgando defecerit, pro quo facit cap. nonne. viij. questione. iiij. & capitu. multi. ij. questione. i. Et licet ius antiquum allegatũ hodie nihil probet quo ad excommunicatũ a iure vel homine generaliter propter statutum concilij Constantiensis: nihilo-

minus currit de fama nunciante aliquem specialiter excommunicatum ab homine denunciatum. Tertio sic, Quicunque exponit se discrimini seu probabili dubio peccati mortalis, peccat mortaliter, vt est communis sentētia omnium doctorum. Hinc concorditer asserunt, qui dubitat de peccato suo an sit mortale vel veniale, tenetur ipsum confiteri propter dubium an cadat sub lege confessionis: quæ tamen solum respicit mortalia, secundum Tho. xxi. distinctione Quarti, Palude, Bonauenturā: Bernardum &c. Et fundatur in illo Ecclesiastici tertio, Qui amat periculum, peribit in illo. Ille autem amat periculum, qui cum possit secure agere, eligit illud de quo dubium est an &c. Sed in proposito cum dubitatur probabiliter de aliquo an in illo teneamur obedire, & certum est licere vt in illo obediatur, quis obediendo est securus, & non obediendo exponit se dubio peccati, ergo peccat, & per consequens in tali dubio

A tenetur obedire: quod est propositum. ¶Pro decisione præmittendum est quod aliud est dubitare, & aliud est moueri scrupulo. Vñ regula magistralis est. Quicūq; agit id de quo dubitat an sit mortale, peccat mortaliter, discrimini se exponens. Sed contra scrupulos non solum licet: imo expedit (iuxta doctorum sententiā) frequenter contra agere, vt in via dei fiat homo robustus, solidus, & tranquillus, nō trepidans timore vbi non est timor, ne forte timore inani cadat, vbi alias ambularet secur⁹. Sed magna difficultas videtur, & doctorum varia sententia, quid scrupulus censeri debeat, contra quem agere liceat timorato. Gerson timoratorum consolator, Cancellari⁹ Parisiensis, & sacræ Theologiæ proffessor eximius sentit omnem hæsitationem, formidinem seu dubitationem, esse scrupulum cuius oppositum magis creditur aut existimatur a dubitante. Vnde in tractatu de pœnitentia inquirens quæ dubia peccati mortalis homo teneatur confiteri, dinstinguit triplicia dubia, hoc modo. Aut quis credit magis quod peccauerit mortaliter in hoc facto, & sic tenetur confiteri, vel conscientiam deponere. Aut dubitat ex æquo, & etiā tenetur. Aut credit magis quod non peccauerit, cum dubio tamen de opposito; & hoc dicitur scrupulus; & pro-

pter hoc dubiū non tenetur, nisi aliunde teneatur. Quandoq; tamen expedit dicere, sed sępius contemnere, & contra agere, pręsertim habito consilio peritorū. Et tractatu de pręparatiōe ad missam, cō sideratione tertia, dicit: Certitudo mortalis sufficiens ad celebrandū, compatitur secū vacillationem quandā, aut hæsitationem aut suspitionē, seu scrupulos quod homo ad hoc non sit sufficiēter dispositus, aut aliquo impedimēto ligat⁹ sit. Et si quis opposuerit. Dubitans de aliquo an sit licitum, & stāte dubio id agens, peccat: quia se discrimini scienter obijcit: Respondeo (inquit) cum domino Guillelmo Altissiodorēsi, regulam hanc magistralem intelligendā esse de tali dubio quod est vehemens, & magis vel saltē æque inducit mentem credere quod est mortaliter illicitū, sicut quod est licitū. Secus vbi mens inclinatur plus & iudicat quod est licitum, quam illicitum: quāquam non habeat vsquequaque certitudinem euidētem aut fixā: quia nec hoc requiritur. Ex quibus euidenter patet apud hunc scrupulum dici quamcūque hęsitationem aut dubitationem quę stat in aliquo magis existimante vel opinante quod oppositum sit verum. ¶ Oppositum sentit beatus Thomas. Quodlibeto viij. quęstione. xiij. cuius sentētia tāto credibilior videtur, quo pro responsione Quodlibetica ad quam omnes confluunt, veritati exarandę attentius inuigilasse credit. Vnde tractans ibidem vtrum habens plures præbendas peccat eo ipso quod opiniones magistrorum sunt in contrarium: inter cętera dicit. Si illa opinio non est vera, sed magis cōtraria quam ipse sequitur: tunc distinguendum est: quia vel habet conscientiam de contrario: & peccat contra conscientiam, quamuis non contra legem. Aut non habet conscientiam de contrario, sed certitudinem, & tamen in quandam dubitationē inducitur ex contrarietate opinionum: & sic si manente tali dubitatione plures præbendas habeat, periculo se committit: & sic pculdubio peccat magis amans beneficium temporale quam ppriam salutē. Si vero ex opinionibus contrarijs in nullam dubitationē inducitur, sic non cōmittit se discrimini, nec peccat. Ex quo manifeste videtur quod iuxta beati Tho. sentētiā, quāuis B.

magis credat vel existimet partem quam sequitur esse veram, si nihilominus propter contrariã opinionẽ aliqua dubitatione moueatur, non licet ei ꝑpter discrimen hoc operari, supposito etiam ꝙ nullum ibi sit discrimen ex parte rei, sed veritas. ¶Cõfirmo hoc. Ponamus gratia exempli, medicus magis existimat patienti suo vinum mortẽ inferre non posse, de quo tamen propter aliorum contrariã opinionem dubitat: nihilominus vt experiatur, concedit ęgro vinum, & interficit. nullus dubitat apud districtũ iudicem hunc reum teneri, & non alia de causa quam quod ęgrum periculo mortis exposuit. Etsi ẽm mors secuta nõ fuisset, ipse nihilominꝰ ęque reus fuisset. ergo nõ licet agere partem dubiam quę magis existimatur vera. Quod si hoc periculum minus verisimile reprobamus in medico quo ad mortem corporis, longe magis repudiandũ est consimile periculum mortis animæ. Quod si alicui videatur medicum non deliquisse, & tamen talis medici manibꝰ nollet suam sanitatem committere: nihil aliud videtur quã probare circa aliũ quod damnaret erga seipsum. Item qui scit aut scire debuit ex suo facto iniuriã aut iacturam verisimiliter posse euenire, censetur culpa sua damnum dedisse. de iniuri. & dam. dat. cap. fi. sed huic medico per casum verisimile erat mortem esse secuturam, licet minus verisimile quam oppositũ: cum in probabilibus dubijs quęlibet pars sit verisimilis, sicut & probabilis: licet altera pars sit ꝓbabilior & verisimilior. ergo non debet dici scrupulus contra quem liceat agere, omnis formido vel hæsitatio qua homo minus mouetur ad credendũ, vt voluisse videtur Gerson. Sed est scrupulus contra quem licet agere, apparentia vel potius causa apparẽtię ex qua scilicet apparẽt quæ sępe timorẽ pariter & pauorem incutiunt: quę stat cũ credulitate, vel fide aut scientia oppositi, quæ tñ fides vel scientia excludit omnẽ dubitationem & formidinem oppositi. Exemplũ. Credo mathematicis asserentibus demonstratum esse ꝙ triangulus habet tres angulos &c. cõtra quod etsi adduceretur ratio quam soluere non possem, non propterea hoc minꝰ crederẽ. ¶Sic in ꝓposito si credo doctoribus asserentibus mihi aliquid licere, etsi emergat in me

C

ratio probans nõ licere, quam ſoluere neſcio: ſi dictis eorũ contra rationem fidem habeo, licite ago contra illã apparentiam vt contra ſcrupulũ. Et hoc exiſtimo principaliter intendiſſe Gerſon: quãq̃ ſecundum verba extenſius locutꝰ eſt. Sed ſi vento talium apparentiarũ cœperimus dubitare, incipiemus proculdubio cõtra agẽdo cum Petro demergi: q̃ vt habetur Mat. xiiij. iuſſu dñi ambulãs ſuper aquas, vt vidit ventũ validum venientem, timuit: & cœpit mergi. cui dñs cauſam cur mergeretur explanãs, ait: Modicæ fidei, quare dubitaſti? quaſi diceret. Dubitatio tua eſt cauſa deficiendi in opere. Sic patimur multas apparẽtias contra fidei articulos nobis ſæpe inſolubiles: ex qbus tñ nequaq̃ reuocamus in dubium quę credimꝰ. Dubius enim in fide, infidelis eſt, de hęreti. c. i. Si ergo ꝓpter apparẽtiam dubitaremus, nõ eſſemꝰ in actu fideles. ¶ Dices fortaſſe Multi ꝓpter apparẽtias dubitant in fide ſine peccato. dicit eñ doctor ſubtilis diſt. xxiij. Tertij ſententiarũ. Fides non excludit omnem dubitationem, ſed dubitationẽ vincẽtem & trahentem in oppoſitum credibilis. Et per idem dicit diſt. xxiiij. ibidem notitiã ꝓphetarum certiorẽ fuiſſe fide: quia fides admittit aliquam dubitationẽ: non illa. Idem videtur ſentire Ioan. Andr. & poſt ipm̃ Panor. c. j. de hæreti. limitando illud ad dubitationẽ quæ habet in ſe firmitatem, & ad pertinaciã. Ex quo ſequitur, ſi dubitatio ſtat cũ actuali fide: multo magis bona opatio, & dubitatio aliqua an ipſa ſit licita, ſtabunt ſimul. ¶ Dico breuiter, indubitanter: verũ eſt ꝙ fides actualis, ſeu ipſum credere, nõ admittit ſecum formidinẽ vel dubitationẽ aliquã de oppoſito: alioqui nihil aliud foret fides noſtra q̃ opinio. Eſt enim opinio cõceptio alterius partis cũ formidine de oppoſito: vt dicit Linconien. in fine primi Poſteriorũ, & Auicenna ſexto Naturalium. Hinc Hugo de ſancto Victore libro primo de Sacramentis, parte. x. q. ij oſtendit fidẽ eſſe certitudinem animi de rebus abſentibꝰ, ſupra opinionẽ, & infra ſcientiã conſtitutã. Certitudo eſt: quoniã vbi adhuc dubitatio, ibi fides non eſt. Et ibidẽ: Plus eſt fide ſtare, q̃ mutari exiſtimatiõe. Et Aug. viij. de Tri. cap. v. vult ꝙ in ijs quæ ſunt fidei, nõ licet dicere forte: quia dubitationẽ importat. Vñ ait. Sal- D

ua fide licet dicere. Forte virgo Maria talẽ faciẽ habebat. Forte autẽ de virgine Maria natus est Christus, nemo salua fide christiana dixerit. ¶ De dictis Scoti sæpe miratus fui, cũ talẽ dubitationẽ etiã excludat opinio. Tandem ex causis suis dicendi intelligentiã dicti reperi, ꝙ scilicet fides non excludit dubitationem de modo verificationis crediti, pro quo scilicet fiat verificatio: vt patet de multis creditis quę non intelligimus, & de quorum intellectu doctores fideles contrarie opinant: cuiusmodi sunt multi passus scripturę, qui ꝓprijssime sunt de fide: sicut dicit Ambro. illud Marię ad angelum. Quomodo fiet istud: nõ fuisse verbũ dubitantis, sed modum inquirentis eius quod credidit. Sed reuelatio intellectualis scripturæ non admisit in ꝓphetis talem dubitationẽ significationis, in qua scilicet verba capienda essent. & hoc vult Scot⁹. Dubitatio autem de veritate dicti siue magis siue minus appareat verũ q̃ non verum, excludit credere respectu eiusdẽ. Et sic apud ipsum dubitantẽ cẽsetur vincens, & trahere in oppositum credibilis, supple actũ. ¶ Pro intentione Ioãn. Andr. & Panor. sufficit ꝙ subitus motus dubitationis circa articulum fidei quem explicite tenemur credere, sicut & subitus mot⁹ infidelitatis, solũ est peccatum veniale: & ita stat cũ fide habitu: repugnat nihilominus actuali credere. & de illo est ad

E ꝓpositum. ¶ Hac differentia scrupuli & dubitatiõis pręmissa, ꝓ solutione quęsiti pono hanc conclusionem. Nulli licet agere de quo dubitat an sit mortale peccatũ, sic cert⁹ sit ꝙ oppositum agendo non peccabit. Quod addo, quia si dubitet de vtroꝗ contradictoriorũ an liceat, iam currit casus articuli sequentis. Et extẽdo hic agere ad omissionem, quæ etiam actus peccati dicitur. Hanc conclusionem probo primo sic: Qui adhuc existimat sibi dubitandũ de vita prioris coniugis, nullatenus potest exigere debitum: vt dicitur in cap. dominus. de secun. nup. sed hoc solũ est quia adhuc dubitat an hoc exigere sibi liceat: ergo &c. Secundo sic. Nulli licet magis velle seruare amorem creaturæ, quã dei: vt patet ex pręcepto diligendi deum super omnia. Sed qui ꝓpter amicũ agit illud de quo dubitat an sit mortale, vult magis seruare amorẽ illius quã dei, ex quo expo-

nit se periculo displicendi mortaliter deo vt amico placeat, aut sibijpsi: quod exēplariter deduci potest: Si quis velit operari vt complaceat Petro, de quo dubitat an displicebit Ioanni: cū cessando ab operatione posset in vtriusq; gratia permanere indubie diligit Petrum supra Ioannem. Confirmatur. Si medicus propter delectationē velit sumere cibum de quo dubitet an sibi mortē inferet, indubie peccat, præferens delectationē sanitati propriæ. ergo similiter in proposito cū exponit charitatem dei discrimini interitus agendo de quo dubitat an deum constituet sibi inimicum. Vnde. Augu. Amor meus, pondus meū: eo feror quocūq; feror, Ergo censebitur amor creaturæ dominari, vbi fortius impellit q̄ amor dei. ¶ Obijcies fortasse: dubitans ex causa leui & temeraria, potest licite cōtra agere: cū vnicuiq; liceat suæ temeritati resistere, ne magis inualescens ipsum absorbeat: iuxta illud Psal. c.xxxvj. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrā. Ergo male dicitur indistincte q̄ dubitans an factū sit mortale, non potest hoc agere. Confirmatur tum primo: quia de senten. excō. cap. inquisitioni. dicitur q̄ conscientia temerariæ crudelitatis explosa potest quis reddere & etiā exigere debitū coniugale. sed illa expellitur dum quis incipit dubitare: ergo &c. Tū secūdo: quia dictum est prius q̄ licet agere contra fortes apparētias homini insolubiles: ergo a minori etiā licet cōtra dubitationē non probabilem. ¶ Respondeo. Nihil interest ad effectū mortis spiritualis inferēdę, ex qua causa q̄s dubitet temeraria vel discreta: sed qualiter dubitet: sicut nec ex qua causa quis sit ęger si incurabiliter ęger sit: sicut nec ex qua causa irascit, sed qualiter. Vt em̄ (iuxta sententiā philosophi primo de anima) ex facili causa quis grauissime irasci vno tempore: qui tempore alio ex magis ardua nequaquā moueretur aut dejjceretur a mansuetudine: sic nonnunquā ex leuissima & maxime temeraria causa quis grauissime dubitat aut suspicatur: sed ad effectum remedij consequendi plurimum refert. facilius nanque soluitur cæteris paribus temeraria dubitatio per contrariam fidem, quam probabilis & discreta. Cum igitur dicitur in argumento, Vnicuiq; licet suæ temeritati obsistere & reniti &c. vtiq;

verum est,sed prudenter,non temere.hic autẽ contra agẽdo,temere renititur,quemadmodum si agat cõtra temerariam conscientiam.Laborandum est igitur ad temere dubitationis vel conscientię depositionem propria inuestigatione,aut aliorum consilio.Et pro ijs qui sacras literas nõ norunt,saluberrimum consilium est vt facile credant peritorũ consilio,maxime quorum vita doctrinam non reprobat,ne eis merito improperetur illud Esa.v.Ve qui sapiẽtes estis in oculis vestris,& coram vobismetipsis prudẽtes.An aũt possit esse tam exilis & remissa dubitatio de aliquo an sit mortale,ꝙ deliberate liceret cõtra agẽre,& an i hoc sit differentia aliqua dubitationis a conscientia,an hęc pari passu ambulāt,inquirat studiosus,pro quo seruit ꝙ vsus rationis potest esse tam debilis:ꝙ consensus in mortale non est mortalis,vt in imperfecta vigilia contingit.¶ Ad primã cõfirmationem ex.c.inquisitioni:dico intelligẽdum esse de depositione per actum contrarium:non per disparatum:cuiusmodi est act⁹ dubitãdi.alias se exponeret existimato periculo:seu periculo quo ad animũ agẽtis.¶ Ad secundã dico ꝙ nõ arguitur a minori:sed potius a maiori affirmatiue quia ex apparentia occurrẽte etiam quam quis nescit soluere,non habetur periculum rei,cum illa ex nostra opinione non mutetur,nec periculũ existimatũ:seu ad animũ agentis,vt sit in dubitatione,siue sit temeraria,siue ꝓbabilis & discreta.Ex hac conclusione infero pro responsione hoc corollarium.In dubio cum certum est licere quod pręcipitur tenemur obedire. quod intelligo de dubio apud animum illius cui aliquid præcipitur:nõ quia doctores alij de illo dubitãt.si enim habeat existimationem rectam seu veram & non mouetur ex contraria doctorum opinione ad dubitandum:non obligatur quouis modo odedire. & in hoc sensu credo corollarium satis probatum esse ex cõclusione.¶ Ad rationes ante oppositũ.Primo ad primam:cuius vis stat in hoc:si pręlatus peccat præcipiendo & exequendo in casu probabilis dubij:alius nõ tenetur obedire.Nego assumptũ quia etsi sciam Principem idicere bellum sola libidine vlciscendi se:aut dominandi:aut diuitias augendi,si alias iusta causa subsit bellum gerẽdi,quæ eũ nõ mouet:teneor obe-

dire: vt sentire videtur Aug. libro cõtra Manichęos. Si humana cupiditate bellum geritur, non nocet sanctis: In quos nõ habet quisq̃ potestatem, nisi desuper datam. xxxij. q. i. quid culpatur. Fallor si non ita p̃cipit Apostolus: Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tãtum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. i. Pet. ij. Nec hoc est dyscolum fouere, aut in casu illicito furioso gladium reddere, aut cõsensu cooperationis in peccatum consentire, sed actum debitũ (ne proximum deteri⁹ illaqueet) libẽter exsoluere: sicut si quis legitima debita soluat ei quem scit pecuniam mẽsę fœnebri applicaturũ aut cum scortis consumpturum, imo (vt bene dicit Tho. xxxij. dist. Q uarti) liceret furioso reddere gladium quando maius periculũ timeretur non reddendo & in hoc forte fundatur. c. debitores. de iureiurã. Et ad probationem cum primo ponitur per simile de dubio rei possessę, dico primo ꝙ talis nõ est in bona fide, quia non credit rẽ suam esse, sed ex iusta causa (vt ponitur) dubitat, nec probat oppositum ca. si virgo. quia loquitur de ignorantia prauæ dispositionis, quæ est error quo creditur esse verum quod falsum est. Q ui aũt de iure dubitat, nõ errat hoc mõ. Q ꝺ ꝙ sic loquitur: patet per illud quod ibi parificat ignorãtiã possessoris, & virginis nubẽtis alieno viro, quod virgini nequaq̃ licet quum dubitat, vt patet ex sępe dicto. cap. dominus. Credo tamen non solum dubitationẽm, sed etiã malã fidem tempore medio simul stare cum prescriptiõe, etiam de iure canonico, & in terris etiam ecclesie subiectis, puta si tẽpore quo scit aut dubitat rẽ suã nõ esse, est animi restituendi cõstito quis fit ver⁹ dñs rei, & interim subito impeditus negocijs celerrimis bellorũ aut alijs non restituit: & post credit suam esse. ibi enim nõ est peccatum mortale. Et ca. quoniam omne, non derogat legibus aut cõsuetudinib⁹ locorũ. nisi quaten⁹ absq̧ mortali peccato seruari non possunt: vt patet ex textu. & idẽ est siue sit fides subita & nõ permanens rei alienæ, siue dubitatio: de qua glo. ¶ Secũdo dico ꝙ in tali dubio licite potest retinere rem possessam donec constare poterit quis sit verus dominus, cũ idem liceat si habeat certam fidem vel scientiã ꝙ res sit aliena, & ignoret cuius sit propter discrimen prẹiudicandi vero domino, H

quod imminet ex celeri restitutione: puta si alius cõsumet bona, aut si aliter non est solucndo, si nihilominus constare non possit cuius sit, tenetur se exonerare, erogãdo pauperibus vel ecclesiæ cũ protestatione, si inueniatur verus dominus, ꝙ illi teneantur tantundẽ restituere. Sed in casu nostro de obedientia, vt nunc ipsum tractamus, nullius alterius præiudiciũ imminet, & ita non licet ibi obedientiam differre aut denegare. Et cum vlterius assumitur. Quandocunqꝫ ipsum præcipere est alicui peccatũ, ita ꝙ nõ licet ei præcipere, aut pręceptum exequi, non tenemur obedire. Pro quo adducitur illud Tho. de voto simplici vnius coniugis, cui alter nõ tenet debitum reddere, Dico ꝙ veritatẽ habet cũ ratio illiciti prouenit ex pte actus, puta quia ille in se iniustus est, & hoc casu pcedit glo. Augu. ad Roma. xiij, Qui potestati resistit &c. si iubet quod nõ licet. & allegatur. xj. q. iij. non semper. & ca. si dominus. Sed si ratio illiciti proueniat solũ ex conditione agentis, puta quia cõtra conscientiam suam, dubitationẽ, vel votum: aut iuramentum, hoc non oportet, vt solet fundari in cap. manifestum. xxxiij. q. v. Quod autẽ dicit Tho. nõ teneri reddere postq̃ alius votũ simplex emisit, existimo magis ꝙ hoc dixerit aliorũ opinionẽ referendo, q̃ iuxta propriã sententiã determinando, sicut quod in eadem solutione dicitur de professione ante finẽ anni probationis in ordine mendicantiũ. quia sic contracto matrimonio & consummato p eos quorũ vterqꝫ voto simplici ligatur, neuter posset licite debitũ reddere, quia tenet etiã cõtracto matrimonio quantũ licite possunt votũ seruare. Si ergo neuter alteri tenet, sequitur ꝙ nullus eorũ licite poterit alteri debitum reddere. Dico igitur ꝙ matrimonio cõsummato vterqꝫ tenet alteri debitũ reddere, siue vterqꝫ fuerit voto simplici ligatus. siue alter, puta exegẽs tantũ. Quam opinionẽ sustinere videt glo. xxvij. q. j. si quis. & hoc nisi votũ vnius processerit de cõsensu alterius: quia tunc nõ solũ illicitũ exigeret, verũ requireret nõ debitũ. Hoc pbo expssa intẽtione Aug. in epistola ad Ediciã, & ponit. xxxiij. q. v. quod deo. vbi hortatur eã vt instantissime perseueret in voto quod vno cũ marito iam lapso emisit, addẽs, Ad qđ te nõ exhortarer, nisi quia

tibi ad hoc ipse consenserit. nam si nunq̃ tenuisses ei⁹ assen sum, nullus te defenderet numer⁹ annorũ. Ergo nõ obstã te voto mariti, si ipsum sine ipsi⁹ cõsensu vouisset, nõ posset licite denegare debitum. Et quo ad hoc idẽ iuris est de vtroq, viro.s.respectu fœminæ, & ecõtra: cũ sint in potestate corporũ pares; vt dicit Gratia.eo.c. & ca. manifestũ. & glo. Nũc.xxx.quę sumpta est ex Aug. ¶ Ex hoc videri põt, habita iusta causa debellãdi, si Priceps deo vouerit nũq̃ de hoc sumere vindictã: nisi aliter quo ad hoc pplm suũ absoluerit ab obediẽtia: an subditus possit & teneatur sibi opem ferre in bello. ¶ Ad secundũ cum dicitur sic, Nullũ esset pbabile dubium an certo præcepto teneamur obedire: nego sequelã. Et ad probationem respondeo q non est certum quemlibet in tali dubio debere obedire, ratione dubietatis: sed solũ dubitantem. & ergo si quis non dubitet, & agit partem licitã quã credit licere, non peccat. secus si sit in errore: quia tunc ponitur agere cõtra legẽ: & peccabit, nisi ignorantia eũ excuset. si negans obedientiã, cũ recte existimat sibi licere, audiat doctos asserere q teneat, tales in quã qbus merito deberet credere, vel ad minus de facto suo dubitare non poterit: sine magna temeritate in sua fide & existimatiõe remanere, oportet em̃ boues arare, & asinas iuxta eos pabulũ q̃rere, nõ seorsum & segregatim a bob⁹. ¶ Ad tertiã dico, sicut detẽtio alieni est licita dño volẽte actu elicito vel debito, vt pulchre dicit Scot⁹ dist.xv. Quarti: ita in pposito denegatio obediẽtię quã alteri tenet qs p̃stare in dubio, fit licita si supiori placeat vel placere debeat vt nõ obediatur. Cũ ergo in dubio seruitutis ex obedientia tantũ pręiudiciũ immineat ei cui præceptum sit, vt puta fornicandi, vel eã ppetuo p vxore tenendi, vt superior debeat stare contẽtus si non obediatur: dico cũ beato Tho. & alijs q non tenet obedire. Idẽ est de eo q cõtraxit sub cõditione castitatis seruãdę postq̃ incepit dubitare an consensus talis efficeret m̃rimoniũ, & alias non vult remanere cum illa. Quod autem superior sit cõtentus actu debito, patet: quia alias non pateret talis via recedendi iuridice sine peccato medio ab vxore: vt pbat argumentũ: & hoc vxore sibi volente adhęrere, & debitũ exi-

gere. ¶ Secundũ punctum. An actus qui dubitatur ꝓbabiliter esse peccatũ mortale, cadit sub obedientia vel obligatione? ¶ Et arguo ad partem affirmatiuã. Primo auctoritate Aug. libro contra Manichęos: vbi dicit: Iust⁹ si forte etiã sub rege homine sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinẽ seruãs quod sibi iubetur, vel non esse contra dei præceptum certũ est, vel vtrum sit certũ nõ est. xxiij. q. j. quid culpatur. Ergo in probabili dubio peccati mortalis licet obedire. Quod si licet, indubie tenemur: cum tota causa releuans nos ab obligatiõe obediendi, esset dubium vtrũ talis actus sit mortalis vel non. Tenet consequẽtia: quia cum dubitatur, certũ non est esse contra dei præceptũ. Iam iuxta allegata verba Augustini tunc licite obedit, cum quod pręcipitur &c. ¶ Secũdo sic: Cõiunx dubitans de matrimonio an teneat vel nõ, ꝓpter dubium de vita prioris cõiugis: tenetur debitum reddere. ergo in dubio peccati mortalis tenetur quis obedire. Cõsequentia tenet: quia nõ teneretur ad hoc coniunx ad exactionem coniugis, si non etiam subditus ad præceptũ superioris. Antecedens ꝓbatur expressa determinatione ecclesiæ de secundis nuptijs. c. dñs. vbi dicit: Qui de morte prioris cõiugis adhuc sibi existimat ad dubitandũ: ei q̃ sibi nupsit, debitum non deneget postulanti: quod a se tamen nouerit nullatenus exigendũ. ¶ Tertio sic: Quædã videtur apud doctores dubia neutra de contradictorijs ad quod ipsorũ sumus obligati: seu quod liceat. ergo saltem si accedat ibi pręceptũ ꝓ altera parte, necesse erit in tali dubio obedire. Consequentia tenet: quia ibi priusq̃ pręciperetur, pars illa erat ęque dubia. ergo postq̃ pręcepta fuerit: nisi quis obediat, exponit se periculis plurib⁹: puta periculo peccati ex dubio de contradictorijs quod eorũ liceat: & periculo inobedientię. Antecedens ꝓbatur exemplariter de consensu metu mortis extorto, an sufficit ad matrimoniũ: vt patet per doctores. xxix. distin. Quarti. Et licet cõior sit opinio partis negatiuę, alia tamen non videtur minus probabilis: & defensatur per doctores iuris canonici in. ca. cum locũ. de spon. in ca. inter cętera. xxij. q. iiij. Si igitur post hoc con trahat cũ alia in facie ecclesiæ, quam cognoscat, dubiũ est

an secundum teneat. Si ergo ibi accedat præceptū, videtur obligari adhęrere secundę. Item problema neutrum videatur an matrimoniū contractum contra consuetudinem loci (que scandalum generat) nondum approbatam a papa, tenet vel nō. de q̄ p̄ Panor. & alios in. c. sup eo. de cogna. spirituali. ¶ Ad oppositū arguo. Primo sic: Votum aut iuramentū non ligat ad actū in probabili dubio peccati mortalis: ergo nec quodcūq̄ superioris præceptum. Tenet cōsequentia: q̄a fortius & efficacius obligant illa q̄ pręceptū superioris. Antecedens patet. si quis iuret p̄ bono patriæ (ne maneat sine certo successore) quolibet mēse semel exigere debitum coniugale donec vxor imprægnata fuerit: si tali ęgritudine laboret, q̄ sine p̄babili discrimine vitę hoc non possit, non teneretur iuramentū seruare. Itē si interea oriatur probabile dubium de impedimento affinitatis aut consanguinitatis inter ipsum & vxorem, certum est q̄ non tenetur cognoscere, aut saltē exigere: quod tamē iurauit: quia ad hoc non potuit iuramento obligari. Et si constante dubio voueat, aut iuret: iuramentū est temerariū, & periurium carēs iustitia. Iam quod pręsens impediret votum aut iuramentū: hoc in voto vel iuramento prius facto intelligitur exceptū. ¶ Secūdo sic: Ad cuius præceptum non licet se scienter morti exponere, ad eiusdē præceptum nō licet se p̄babili dubio seu periculo mortis exponere. Ergo ad nullius pręceptum licet se periculo seu dubio mortalis peccati exponere. Consequentia tenet: quia ad nulli⁹ pręceptum posset se scienter peccato mortali seu morti animę exponere. & pari passu currunt certa mors, & periculum seu dubium probabile mortis animę: sicut in morte corporis assumit argumentum: Antecedēs p̄batur: quia illa est causa quare vxor non tenetur furioso debitum reddere cū corporis periculo: secus si sine eo: vt dicit Ricar. xxxv. dist. Quarti art. iiij. Item tradit doctor subtilis p̄ regula. xxxij dist. Quarti vbi est p̄babile periculum de extinctione fœtus, vel q̄ fiat abortus, aut nascatur proles leprosa: cū aliter posset suscitari sana, non tenetur vxor debitū reddere. quod euidēter fundatur in illo Leuitici. xx. Qui coierit cū muliere in fluxu mēstruo, & reuelauerit turpitudinē eius:

ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui: interficiℓtur ambo in medio populi sui. Idē antecedens videtur fundari. ij. Regū. xxxij. vbi Dauid qui prius aquā concupierat, allatam cū periculo corporis respuit, ita inquiens, Num sanguinē hominū istorū bibam, qui pfecti sunt? & animarum periculū bibā? libans eam domino, quasi diceret: Non licuisset mihi hoc casu periculum corporis sicut nec mortē precipere. ideo ne temeritatē tanq̄ virtutem pbem, recuso bibere. Irrationabile autem videtur q̄ ad exactionē teneatur coniugale debitū soluere, cum pbabiliter dubiteℓ an act⁹ ipse coniugalis erit fornicatio, & non teneretur cū pbabiliter dubitatur an actus ipse erit sui ipsi⁹ aut fœtus extinctio, cū ibi sit etiam solum dubium impedimenti, & nō certa scientia. ¶Tertio, Si illđ pręcipiat operari propheta quod eius pręcepto nō interueniente esset peccatū mortale, nō tenemur ei obedire donec certissime ostendat se missum a deo, & esse domini pphetā, & non in dubio pbabili ergo similiter non tenemur ad exactionem cōiugis de qua pbabiliter dubitamus an coniunx sit: actum exercere qui sine eius exactione esset nobis mortalis: ppter dubium fornicatiōis & idē iuris videtur respectu superioris in subdito. Antecedens patet per illud. iij. Regū. xiij. vbi Gad ppheta q̄a cito credidit pseudoprophetę fingenti se a dño mādatum habere quatenus Gad reductū pasceret in Bethel, & sic expirasse præceptū prius Gad de cōtrario factum: a leone percussus interijt, vt inter prandendū idem ppheta qui eum reduxerat, sibi pnunciauit in sermone domini. Hic dominus Altis. tractans illud. iij. Reg. xx. cū dixit Micheas in sermone dñi: Percute me, & nolēti pœnā prænūciauit, Quia (inquit) noluisti audire vocē dñi, ecce recedes a me, & percutiet te leo, dicit generaliter verū q̄ in ijs q̄ sunt contra dei mādata, debeat expectari donec habeaℓ certum signum de pphetia vel discretione spirituū. j. Io. iiij. Probate spirit⁹ si ex deo sint: qm̄ multi pseudoprophetę exierūt in mundū. & ideo dicunt docto. Abrahā nequaq̄ tentasset immolare filiū suū, si nō certissimus fuisset de dei reuelatione. Altis. ibi. & Tho. ij. ij. q. xvij. ar. v. Idē patet ex verbo Salua. Io. xv, Si opa nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit, pctm̄ non

haberent, ita q sola certitudo attestationis miraculorū & non probabilis dubietas arguit iudęos infidelitatis. ergo similiter de pphetā quocūq alio. Tū etiā qa nisi sic, necesse esset obedire diabolo pcipienti immolationē filij, aut depdationē iniusti hominis, quādo subtilibus signis appareret vt pbabiliter dubitaret esse Christus: aut tunc ipsum adorare, cū probabiliter dubitatur an sit ille cui latria debetur. quod nō licet, etiam si portentū prędixerit & euenerit: vt fundat Aug. in illo Deut. xiij. Si surrexerit ī medio tui propheta &c. vt patet. xxvj. q. v. c. nec mirū. Ergo similiter cū probabiliter dubitat aliquis esse maritus aut pręlatus, non debet sibi act[9] qui soli vero marito aut plato ratione coniugij aut prelationis debet, ppter dubium pbabile de actu.

¶ Pro solutione primo videdū est quid liceat hoi agere per se, aut ad pręceptū pręlati cū probabile dubiū est de cōtradictorijs quod eorū liceat. Secūdo quid ad præceptū prælati cū alterū tm̄ ante præceptionē est dubium an liceat, & oppositū certū est licere. Quo ad primū dico q iusta state ra librandæ sunt rationes vtriusq partis, vt quæ puræ rationis acumine cōpertæ fuerint validiores, cęteris paribus vincant etiā affectū: vt ei sobediatur. Addo notāter cęteris paribus: quia si alterū efficatius pbetur veniale, & cōtradictoriū minus efficaciter mortale; existimo q licet subire verisimilius periculū minoris peccati, vt vitet minus verisimilę periculū grauioris. cui[9] simile est in periculis amittēdi facultates aut mēbra min[9] aut maius. Assignare autē in singulis quo gradu grauitas pcti præpōderare debeat verisimiliori piculo minoris pcti, aut ecōtra, nō cadit sub arte: sed de his docet prudētię cōsiliū, & vnctio, quō docti dicūt de honesto necessario & debito attēdēdis ī eleemosynis faciēdis, vel exhibēdis bñficijs, qn̄ vnū alteri debet pferri: qd sumptū videt ex philosopho, iiij. Ethi. Principale probatur, quia stāte æqualitate pcti vtriusq, si pro altera fuerint efficatiores ratiōes, ibi est maius periculū & ita partem illā agēdo submitteret se maiori periculo. verbigratia maior. xiiij. annis intra annum probationis professus ordinem mendicātiū, & statim post exiens, contrahit matrimoniū & cōsūmat. hic pœnitēs facti dubitat an possit vxori postu

lanti debitum reddere.consulit beatum Tho.quem reperit quarto senten.dist.xxvij.in solu.ad vlt.dicentem ꝙ talis ꝓ fessio non soluit matrimonium non consummatum,quemadmodum nec votum simplex,sed(vt dicit)habetur ꝓ nulla,iuxta decretalem nouā.Ex quo euidēter sequitur eam etiam non posse dirimere matrimonium post contractum, quod reperit de facto cōsoluisse doctores Bōnonien. vt refert dominus Antoni.c.rursus.qui cle.vel vo.quos etiā sequitur dominus Angelus in summa q̄ vulgo Angelica nominatur & ita horum opinio est quod licite potest debitū reddere.Pro opposito reperit dominum Petrum de palu. distin.xviij.Quarti dicentem quod professio tenuit:& obligat religioni in genere,ita ꝙ sit monachus.Exquirit fundamenta vtriusꝗ opinionis,& tandem reperit fundamentum prime esse quia talis professio nō obligat religiōi cui primo facta est.sit gratia exempli ordinis minorū.iam votum non dirimit matrimonium post contractum,nisi sit solenizatum per sacri ordinis susceptionē,vel promissionē tacitam vel expressam factam alicui de religionibus approbatis,vt dicitur.c.vnico de vo.libro sexto.& sic nō videtur esse in proposito,cū non ligetur alicui certæ religioni,quod fundamētum videtur non esse efficax. Non enim sequitur Ex professione facta non ligatur religioni quam professus est,ergo non fecit professionē alicui de religionibus approbatis etiam solennizando sufficiēter votum ad effectum dirimendi matrimonium post contractum.Nam qui in religione non mendicantium intra annum suscipit habitū professorum,tacite professus est:vt in.c.constitutionē.de regularibus,libro sexto.ex qua tamen(vt ibi dicitur)nō obligatur illi religioni,sed religioni in genere.de quo tamen dicit Ioānes Andre.si cōtrahat,nihil facit,& post ipsum panor. in.c.consulti.extra de regularibus.quāquā reprobet ibi,& forte male,communem opinionem Innocentij,Hostiensis, Ioannis Andreę:& generaliter omnium pręter Dominū Cardinalem quē in hoc sequitur.De eo qui absolute vult mutare vitam,& sumit habitum nouitiorum,existimo ꝙ talis secure non obstāte sua dubitatione posset negare debitum,sequendo opinionem palude,quod possēt exemplifica

ri testator disposuit in testamento vt satisfactis omnib⁹ legitimis debitis, remanẽs distribuatur pauperibus. Constat legitime executori ꝙ non de omnibus soluerit decimas. ibi propter dubiũ de decimis &c. ¶ Item episcopus præcepit B
detegi personã quæ deliquit, quæ dũ confiteretur, nõ pœnituit. Dubitat sacerdos an teneatur propter opinionẽ Iuristarũ in capitulo omnis vtriusq; sex⁹. de pœnit. et remis. & aliorum contrariã. ¶ Si vero post debitum examen rationes appareant æque efficaces: respiciendũ est ad grauitatem vtriusq; partis, vt quod esset grauius peccatũ declinemus, minori nos subdendo, vt vult conciliũ Toletanum xiij. distin. duo mala. & Grego. eadẽ distin. c. nerui. Si vero rationes fuerint pares, & peccatorũ æqua grauitas, in omnino paribus loc⁹ videtur gratificationi. Si tñ ex affectu se sentiat ad alterum magis inclinatũ, tutius videtur vt illi se submittat ad quod minus inclinat, eo ꝙ affectio semꝑ facit plus apparere quæ pro se faciunt, & ita rectũ iudicium impedit. Hoc vltimo casu obediendũ ẽ indifferenter in ea parte q̃ præcipit. Si rationes pro vna ꝑte sint efficatiores in æqualibus peccatis, aut pares in inæqualibus, eiusdẽ tñ generis, puta mortalis vel venialis: si præcipiatur pars periculosior, id est grauior in qualitate peccati, aut min⁹ probabilis, non tenetur obedire, quia contra legẽ naturę præcipit qua iubemur in periculis peccatorũ semper minima sumere. nisi superior talis fuerit, vt ei⁹ præceptio vim auctoritatis habeat, faciens alterã partem plus vel æque apparere: vt potest esse ratiõe doctrinę & sanctitatis insimul concurrentium, vel ratione indefectibilitatis, vt tenetur de consilio generali. nec quis isto modo agẽs dubiũ, amat periculum, quia non cẽsetur amare n̄ si cũ liberũ esset ei tale periculũ euitare sine incursu alterius maioris vel æqualis. ¶ Quoad secũdũ: videlicet cũ alterũ contradictoriorũ tm̄ cadit sub dubio an licet, & hoc ꝓcipit, vel tanq̃ debitũ exigitur, aliqñ credidi distinguendũ, puta vel est dubiũ licere ꝓpter dubietatẽ circunstantiarũ q̃ labefaciũt vel iustificant actũ vt in actu debellãdi, q̃a dubitat an subsit iusta causa, vt in matrimonio, q̃a dubitat an subsit impedimentũ, et ꝙ in illis tenemur obedire, iuxta Aug. sentẽtiã in dicto. c. q̃d

culpatur.& determinationē ecclesię in dicto. c.dñs: ꝑ quō etiā allegari solet.c.inquisitioni.de sentē,excō. Aut est dubium iuris cognitis rei natura & omnibus circūstantijs, vt in problematib⁹ doctorū est de hoc an aliquid liceat an nō: & ꝙ in tali dubio licet negare obedientiam,tanq̄ in illicito
C non cadēte sub obediētia.¶Sed diligētius examinās nō reperi in hoc esse differentiā: quia dubietas iuris nō arguit periculum rei,sed solū quo ad animum dubitātis. Nam si rationes alterius opinionis non inducāt eum in aliquam dubitationem & vacillationē mētis nō peccat ratione dubij. Exemplū de solutione integrę decimę prędialis & ꝑsonalis de qua cōiter iuristę&c. vide Panor.in.c.j.in aliquibus. de decimis.sicut si causa ꝓbabilis ex qua videt̄ impedimētū matrimonij fuisse nō moueat maritū ad dubitādū puta quia confidit ꝓbitati vxoris: quāuis iam sciat vxorē fuisse illam quam ante matrimoniū vidit cū consanguineo solā cum solo,nudam cū nudo,non peccat ratione dubij etiam exigendo debitum: licet posset vtrobiq; accidere ꝙ peccet contra legē,ignorātia ipsum nō excusante: vt cum talis est qui tenetur ex illis causis credere vel ad minus ꝓbabiliter dubitare: sicut si opinio medicorum nō faciat ægrū imperitum medicinæ dubitare ꝙ hoc sit ei mortiferū quod maxi
D me appetit,nō propter hoc excusatur a sui ipsi⁹ nece & interfectione si contra præceptū eorum comedat.¶Dico igitur non faciēdo aliquā differentiā dubij iuris a dubio propter circūstantiarū dubietatē,pro cōclusione responsiua, ꝙ nullus dubitans de actu an sit mortalis an non,licite obedit ipso sic dubitante. probo sic,quia nullū superioris p̄ceptum liberat seu eximit hominē ab obseruatione iuris diuini vel naturalis. Sed agere cōtra dubitationem peccati mortalis, est iure naturæ ꝓhibitū: sicut agere contra conscientiā peccati mortalis: ergo nulli licet sic obedire. Minor patet quia circumscripta omni lege positiua dei & hominum, adhuc quodlibet talium est mortale peccatū, Cōsequentia tenet: quia hoc esset obedire cōtra præceptū negatiuum iuris naturæ: & pręcepta negatiua obligāt semper, & ad semper. Pręterea qui ꝓbabiliter dubitat de seruitute vxoris: non tenetur ei etiam mādante ecclesia reddere debitum: vt dixit

Tho.simil'r Ricar.disti.xxxvj. Quarti. & est meo iudicio necessario sic dicendū: vt patet ex allegatis in.iij.ar.j.arg. ergo a minori non tenetur cū ꝓbabiliter dubitat an actus erit fornicatio. Consequentia tenet: quia ad primum secundum doc.nō tenetur: quia sic vel fornicaretur, vel sibi prȩiudicaret quo ad temporalē obligationem si eam maritali affectu cognosceret. Cum ergo propter periculum animæ tenetur multo maiora prȩiudicia subire, vt scilicet periculū animȩ euadat, seq̄tur ꝑpter tale periculū ipsum nō teneri, iuxta regulā. Si vinco vincentē te, multo fortius vinco te.l.de accessionibus.ff.de diuer. & tēporali. ꝑscrip. Et quid stultius q̄ in dubio seruitutis si vxor velit vxorio affectu ipsum cognoscere, & non solū quasi ex primo consensu: ꝙ tunc reddere non teneatur, & tenetur vxore volente & petente debitum quasi ex primo consensu solō, ex quo sic solum esset periculū fornicationis, & non p̄iudicij temporalis? Et ne solus existimet hoc calle nō trito incedere, & rationibus nouiter emergentib⁹ doctorū sententiā ꝓ meo affectu trahere repugnantē: allego ꝓbatissimum illū theologum dn̄m Guillelmū Altissido. qui tertia parte summȩ suȩ agens de ꝑplexitate operationū, quærit quid si dubitet an sit sua, ea petente debitū si reddat, peccat mortaliter: quia dubitat eā esse suam: & si non reddat, similiter. Respondetur, recurrendū est ad episcopū: dum tn̄ dubitauerit, reddere nō debet. Hȩc ille. ¶ Obijcies fortasse. Etsi forte posses negare ꝙ ecclesia determinauit in dubio peccati mortalis esse obediēdū: nequaq̄ tn̄ inficiari poteris ꝓbabilē doct. opinionem hoc tenere. Vn̄ btūs Tho.xxxviij.dist. Quarti in fine dicit ꝙ si causa facit certitudinē de vita prioris viri nec debet reddere, nec exigere. Si ꝓbabilem dubitationē, debet reddere: sed non exigere. Si aūt sit leuis suspicio, pōt vtrūq̄ licite facere: q̄a debet illā causam poti⁹ abijcere, q̄ scd̄m hoc conscientiā formare. Idē vult dn̄s Petrus de tarētasia eadem dist. Palude dist. xxxvj. dicit sic præceptum esse per papā in.c.inquisitioni.de sen.excō. & circū scripto prȩcepto papæ nihilomin⁹ sic esse agendum & dicendū: quia de non reddendo neutra pars est certa. Si enim est matrimoniū, reddere est iustitia. Si non, est luxuria: sed

quia prẽsumptio est pro matrimonio, non est ęquale dubium hincinde. imo si ęquale esset dubium, puta vna sentẽtia lata est pro matrimonio, alia cõtra, & neutra transiuit in rem iudicatã: adhuc quia nullus est spoliãdus possessione, &c. Et idẽ cõcorditer videtur dicere omnes doctores, & glossa iuris cano. in ca. dominus. de secũdis nuptijs. & in. c. inquisitioni. de senten. excõ. Sed in dubijs pars min9 periculosa est eligenda. ergo licet obedire, vel debitum reddere in dubio peccati mortalis. ❡Et videtur efficacius confirmari ex hoc: qa sicut occidere hominẽ legitimę seu publicę auctoritatis potestate, non est contra prohibitionem homicidij: sed occidere hominem talis potestatis auctoritate non interueniẽte: ita similiter videtur ꝙ agere dubium peccati mortalis ad mandatum superioris: aut alterius exactionẽ qui probabiliter dubitatur ius habere: non videtur cadere sub prohibitione iuris naturæ quo prohibemur dubium tale agere: sed solum propria sponte seu libere tale quid agere. Asserere igitur ꝙ in tali dubio obedire nõ licet, videtẽ dare pedem inobedientiæ, & declinare corda simpliciũ in verba malitię ad excusandas excusatiões in peccatis: vt effrenate audeant negare obediẽtiam propter dubium peccati

F affirmãtes sibi hoc licere ex pcepto iuris naturę. ❡Respondeo ad primũ, quo ad hoc doctores vidẽtur loqui secundũ metas fori exterioris, ad quod scilicet ibi quis cogẽdus sit. & quia aliud prendẽtes contradicunt sibiipsis ex illo quod dicunt aut dicere habent de dubio seruitutis, non credo ex

G dictis eorũ in ea parte posse argui pbabile dubium. ❡Ad secundũ dico ꝙ sicut a lege naturę non agendi cõtra conscientiam mali non excipitur quis mandato superioris, vel exactione eius qui dubitatur ius habere: ita nec a lege non agendi quod dubitamus esse mortale. Propter quorũ paritatẽ videtur Hostiensis in illũ errorẽ incidisse, vt tandẽ in summa amplexaretur opinionẽ ꝙ cũ certitudine seruitutis vxoris tẽpore litis pendẽtię posset ad mandatũ ecclesię vxori petẽti debitũ reddere, tanꝗ illi cui moueretẽ quęstio status, quasi ex primo consensu, & sine nouo: cum tñ sciat tunc ibi nõ esse mrimoniũ, ad qđ seqtur actũ esse fornicariũ, Ergo si hoc exciperetẽ, maxime foret ideo qa sup-

ueniēte in dubio pcepto supioris, tenemur obedire: vt etiā volūt aduersarij: cui⁹ contrariū euidēter deduci pōt ex his q dixi de redditiōe debiti cum dubitat de seruitute vxoris: ex quo sic nō pateret viro via recedendi licite & sine pctō medio ab vxore quā dubitat seruam esse: vt supra patuit. Nec est simile de occidendo hominem legitimę potestatis auctoritate interueniēte, cū hoc manifeste doceat excipiē-dum a prohibitione occidendi scriptura sacra & ratio. sec⁹ hic. sed simile foret si ad mādatū publicę potestatis liceret occidere eum qui nondum conuictus est maleficus, sed pbabiliter dubitatur ꝙ certum est non licere. Propter quod in lege pręceptum erat neminem debere mori vno tātum contra eū dicente testimonium: vt patet Deutero. xix. vbi expresse prohibetur ante debitam veritatis inquisitionē in quēquam damnationis sententiam proferri. & idē si constet principem ex dubia causa velle mouere bellum, maxime de quo dubiū est an sit verus princeps. Quare eñ in dubio obligabimur ei quem dubitamus principē esse, obedire: & non pphetæ aut alicui apparenti in effigie Christi qui pbabiliter dubitatur esse Christus? ¶Cum additur ꝙ do pedem inobedientię, respondeo ꝙ multo synceri⁹ eam seruandam commendo, cum post apostolos doceo: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Actuum quinto. Nec eget obedientia meo mendacio, vt loquar p ea dolū: Non tamen dico omnem dubitantem liberum ab obedientia. Quidā enim irrationabiliter dubitant, aut sine ratiōe credulitatem seu conscientiam sibi formant: quos sua dubitatio aut etiā conscientia nequaquā a lege obedientiæ liberat, sed merito peccatorum suorum tale quid incidūt, vt in eis cōpleatur illud Apoc. xxij. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vnde (quod magis est) dicit Ricardus: iiij. sententiarum, & post eū Astensis & plures alij: Si vxor credat marito asserēti se dolo cōtraxisse matrimonium, puta mentitum fuisse contrahendo (quod tamen credere non tenetur, iuxta cap. per tuas. de probatio.) si post asserenti viro ꝙ tunc mentitus sit, & primo vere contraxit: si adhuc credat primū, est perplexa ipso petente debitum. Siue enim reddat, siue non reddat,

peccati reddendo contra conscientiã, & non reddendo contra legem coniugij: quia licet primo sibi prçiudicauerit, tamen per reuocationẽ (credo) expirat hoc prçiuditiũ, quia concordat verbis q̄bus in contractu expressit suum cõsensum de p̄senti. Et doctor subtilis dist. xxx. Quarti admittit illam perplexitatem stãte credulitate. quod limitandũ credo quando tales circũstantię occurrunt in viro vt merito sit ei credendũ cum se dicit dolo mentitũ fuisse: & mulier posset credere, sed ex animi ptinacia aut cõsimili causa iniqua non vult: alias (existimo) durat prçiudicium viri: quemadmodũ si vxori ęgritudinem intulerit propter quã debitum reddere non valet, quãdiu illa ęgritudo durat sine culpa mulieris. secus vbi vellet taliter ęgrotare, vt vindictam sumat de viro, eidem debitum non reddendo. Ad rationes ante oppositũ. Ad primum dico primo. quia verba consequentis non possunt extendi ad sensum cuius oppositum non repugnat antecedenti, cum hoc impediat bonitatem consequentię: & Aug. ex isto antecedẽte p̄misso. Ordo ille naturalis mortaliũ paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiẽdi belli auctoritas atq; consiliũ penes principes sit. sed si humana cupiditate bellum geritur: non nocet sanctis, in quos non habet quisquã potestatẽ nisi desuper datam (non enim est potestas nisi a deo siue iubẽte siue sinente) infert immediate hoc consequẽs; ergo vir iust⁹ si forte etiã sub rege homine sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare si vice pacis ordinem seruãs quod sibi iubetur, vel non esse cõtra dei prçceptũ certum est, vel vtrum sit certum non est. Hoc antecedens loquitur solum de eo quod est contra dei prçceptũ ex animo indicentis seu mouentis bellũ, puta si ex cupiditate: de quo alijs cõstare non potest: cũ affectus animi soli deo pateant. ergo consequẽs non potest extendi ad dubium essendi contra dei prçceptũ quo ad rem ipsam iussam seu prçceptam; vt est quum pbabiliter dubitať an iusta causa subsit quę allegatur: vel an causa quę subest, sit sufficiens & legitima ad indicendum bellum. Imo ego in hoc casu amplius dico quod etsi constaret & certum esset prçcipientem contra dei prçceptum agere in mouendo bellũ, & pracipiendo subditis inuasio-

nem: si alias subsit iusta causa bellandi, non solũ recte pos- sunt, sed & teneantur obedire, vt patenter potest apparere ex his quæ dixi in solutione primi argumenti in primo ar- ticulo. Sed quia forte diceretur, Augustinus nõ infert ex il- la parte. Sed si humana cupiditate &c. sed ex illa, Ordo ille naturalis mortalium paci &c. ideo aliter respondeo dictũ August. complendum seu supplendum: si quod sibi iube- tur, non esse contra dei pręceptnm certũ est, vel vtrum sit certum nõ est: supple, dum tamen ab eo credatur actu vel virtute non esse cõtra dei pręceptum. Et quod sit intelligẽ dum est, probo ex verbo Apostoli ad Romanos. xiiij. Om- ne quod non ex fide peccatum est. Quod licet communi- ter exponatur, non ex fide, id est contra fidem seu conscien tiam: videtur tamen ꝙ Apostolus amplius voluerit dicere cum vigilanter dixerit non ex fide, & non contra fidem: quod æque facile dixisset: aperte insinuãs omne quod agi mus, peccatum esse nisi credamus nobis licere, & hoc vel actu, vel virtute. Virtute inquã vel virtualiter, vt si de hoc cogitaret, existimaret sibi licere. Itaque verbo Apostoli nõ solum declaratur agere contra dictamen conscientiæ, pec- catum esse, sed etiam contra dubitationem. Et per hoc vt omnes exciperent, nisi credat contra dei præceptum esse: quamuis certus non est. Et præter hoc etiam excipio, vel si non dubitet. Nec propter hoc omne dubium vel consciẽ- tia eum excusat vt licite non obediat, sed solum illa in quã scilicet dubietatem vel conscientiam rationabiliter ductus est: vt dixi prius &c. Nec oportet omnia dicta sanctorum vniuersaliter intelligere, quasi forent verba legis, cum plu ries de industria sermonem tẽperãs indefinite loquentes, ne ex vniuersalitate i errorem incidant. ¶ Ad secundum de capitu. dominus. de secundis nuptijs, dico quod loquitur se cundũ metas fori exterioris, vbi pręsumitur pro matrimo nio donec & quousque oppositũ probetur: vbi non solum cogeretur dubitans coniugi existenti bonæ fidei debitum reddere, verumetiam econtra bonæ fidei ei quæ se propo- nit dubitare: arg. c. laudabilem. vt lite pendente nihil inno- uetur. Secus i foro animę: vbi ex credulitate sua vel dubio

sibi præiudicat vt non teneaẽ alter sibi debitũ reddere. Simile est de eo qui dolo se contraxisse dicit: cui in foro animæ non tenetur debitũ reddere vxor. in foro autẽ exteriori illo non obstante debitũ ei cogeretur reddere: ex quo hoc sibi præiudicare ibi non possit. Vel extendendo ad forũ pœnitentiale, dico ad vtrũq; simul ꝙ limitanda sunt ad dubium quod amoueri potest ex pręsuppositione habita pro pręcipiente vel exigente. Nisi sic: cogeremur dicere ꝙ si sciam principem ex causa dubia bellũ mouere, & totum, eiusdem consiliũ, tenebor obedire submittendo me probabili periculo occidendi innocentes. Nec hoc valet si dicas. certũ est ibi esse contra dei præceptum: cũ constet eos peccare & indicendo bellũ: & exequẽdo, quia licet sit certum eo casu illos peccare: hoc tamen non releuat scientes causam esse sufficientem (quãquam ipsi dubitent) quin teneantur obedire: aut ad minus possint obedire. Ergo textus non loquiẽ de esse contra dei pręceptũ ipsi iubente seu quo ad iubentem; sed quo ad obedientiã: si debeat cum pręcisione intelligi: vt scilicet tunc solũ, & alias non licet obedire: & de hoc magis patuit in prioribus. Pro dicta restrictiõe ca. quid culpatur, & cap. dominus, multum facit ca. pastoralis. de fi instru.

❡Tertium punctũ. An in probabili dubio doctorum licet obedire contra propriam sententiam seu opinionẽ? Et arguo primo ꝙ sic: quia hoc efficacissime probari videtur ex determinatione ecclesiæ de sen. excõ. ca. inquisitioni. dicẽtis: Verum cum consciẽtia pulsat animũ ex causa probabili & discreta, quanuis non euidenti & manifesta, debitũ quidem reddere potest; sed postulare non debet. Vbi manifeste haberi videtur ꝙ licet debitum reddere contra cõscientiam ex probabili et discreta causa ortã: quod est intẽtum. Nec valet dicere ꝙ debet intelligi conscientia deposita (vt ibi præmittitur de conscientia leuis & temerarię credulitatis ꝙ ea ad pastoris consiliũ explosa potest debitum coniugale reddere & exigere) quia deposita conscientia nõ ageret contra conscientiã debitũ exigẽdo. Iã text⁹ causam dicti assignans subdit, Ne in alterutro vel cõtra legẽ cõiugij, vel contra iudiciũ conscientię cõmittat offensam. ❡Secũdo sic In ꝓbabili dubio licet iudici habẽti specialẽ opinionẽ de iu-

stitia negocij, iuxta doctiorum & plurium opinionem con tra proprium sentimentum pronunciare ergo licet ad man datum superioris &c. probatur antecedēs tum primo quia qui in dubijs sequitur quod probabili⁹ & verisimilius est, non peccat. Naturalissimū enim videtur, & innatę prudē tię, vt in incertis sequamur qđ certitudi videtur proximi⁹ Hinc de spon. cap. iuuenis. dicitur, In his quæ dubia sunt: qđ certius existimamus: sequi debemus. sed verisimilius & probabilius est iudicem vnum falli in opinione quam plu res, maxime doctiores eo, & maioris industrię. Dicitur enī iij. politi. ꝙ turba melius iudicet, quam vnus homo, quod facit pro pluralitate. Et. vi. Ethicorū. Non minus inhiandū est expertorum & seniorum sententijs sine demonstratio ne, quā demonstrationibus ipsis. Veluti enim per experien tiam visum habentes, principia discernunt. quod facit pro doctioribus & magis expertis. Tum secundo quia non pos set rex temporalis rectum ordinem bellādi instituere: nisi cęteris pręceptis supra ordinet vt in dubio apđ capitaneos seu duces exercitus pręualeat opinio plurimorū & magis expertorū. Alioqui si quisq; aut inuadendo aut defenden do teneretur iuxta propriam opinionem agere: statim exer citus diuisus, & inter se contrarius ad nihilum decidet, & deuincetur, Sed quod apud hominem est probitatis & ne cessariæ ꝓuidentiæ, non videtur a rege celesti (cuius sapien tię & bonitatis non est numerus) quouis modo prętermis sum. ergo saltē in definiendo communicata manu & consi lio licet contra propriam opinionem cum alijs sententiare, & sententiata exequi. Tum tertio, quia nisi sic, quisq; tene retur inniti proprię prudentię, quod est contra illud ꝓuer biorum. iij. Nō innitaris ꝓrudētię tue. Ibi Hieronymus, pru dentiæ suæ innititur, qui quod sibi dicendum vel agendum videtur, patrum decretis anteponit. intelligens per patres non solum Romanos pōtifices aut alios potestatem haben tes legis condendæ, sed generaliter omnes seniores q̄ expe rientia & ratione præeminent. Ergo si quisq; deberet iuxta propriam opinionem pronunciare, semper deberet inniti propriæ prudentiæ Huius etiam contrariū videntur senti re omnes doctores iuris canonici, notantes. quod in iudicio

seu iudicando sequēda est cōmunis opinio,nisi euidēter fal sa fuerit,vel cōuinci possit probabilib⁹ rationib⁹:quod iudex acutissimi ingenij arbitrabitur.Vide per Ioan. Andreę in.c.j.de cōstitutionib⁹, & Panor.in ca.j.de sent.& re iudica.¶Tertio sic.Quis licite potest alteri cōsulere vt agat quod secūdū suā opinionē est illicitum.Ergo propter aliorum opinionem potest contra propriā agere opinionem. Consequētia tenet:quia consiliū est causa eorū quæ fiunt propter ipsum.Iam nulli licet in alio efficere quod non in seipso:iuxta illud ad Romanos.j. Non solū qui faciunt:sed & qui consentiunt &c.Antecedens probatur:quia hoc videtur summę humilitatis:de se parua sentire,iuxta illud ad Philippeñ.ij.Nihil per cōtentionem vel inanem gloriā: sed in humilitate superiores seinuicem arbitrantes. Attendens igitur propriam fragilitatē:&q̄ incertę sint suæ prudentiæ:non audet contra maiorum opinionem alteri forte laqueum inijcere.Et ideo refert ei opinionē beati Thomę, & Bonauenturæ & aliorū de his quæ per simoniam mentalem tantum acquisita sunt,petēs vt secure quod ipsi sentiunt agat.Et certe nisi hoc liceret,non posset bona consciētia consulentem ad doctiores remittere,quos scit cōtrariā sententiam fouere.¶Dices fortasse,Scit etiam alios(vt seipsum)posse falli.ergo lege charitatis tenet proximo suadere vt incertum dimittat, & prosequatur quod certum est.Sed contra hoc nihil releuat in dubijs vtriusq̄ partis cōtradictionis,quia ibi quamcunq̄ partem egerit,semper dubium prosequitur,vt patet ex dictis. ergo saltem ibi licebit ei contra propriam opinionem suadere. Exemplū:qui sponsam cognouerat sine consensu de præsenti,superduxit aliam:& tandem cogitur per ecclesiam ad primam redire.Hic consultus tenet secundam opinionem Hostiensis, q̄ scilicet secundum matrimonium sit nullum,iuxta cap. is qui.de spon.An ne posset suadere consulenti se,vt in hoc casu ecclesiæ non obediat,nec teneatur:vt dicit communis theologorum & iuristarum opinio.Item professus de nudo consensu vxoris,reuocatur per diœcesanum ad thorum suę vxoris,iuxta ca.j.de conuer.coniugato. Opinatur ipse nullo modo licere monacho alteri carnaliter commisce-

ri: & cap. illud intelligendum esse de licẽtia extorta, iuxta quorũdam opinionem, an ne ad præceptum ecclesiæ licite possit ei debitum reddere. ¶ Quarto, quia nisi sic, nõ licere canonico fouere causam capituli quam ipse existimat iniustam esse: & scit ab oĩbus alijs etiam doctioribus opinari æquam, iustam & bonam: sed deberet omnia potius mala pati, quam malo consentire. xxxij. q̃st. v. ita ne. Similiter conclusionem de bello mouẽdo captam a pluralitate, non liceret exequi ei contra cuius deliberationẽ & opinionem de iniustitia belli mouendi, cõclusio capta est. Itẽ nec medicus vna cum alijs practicãs posset conclusionẽ phlebotomię cũ alijs exequi, quam ipse sentit ęgro mortiferã: Et quod hoc liceat medico, patet: q̃a si ipsemet ęgrotaret, posset ꝓ tutiore aliorum consiliũ sequi, quos reputat magis expertos & doctiores se, ac vidit pluries ꝓficere ægris vbi ipse opinabatur ægro mortem inferendam. ¶ Quinto sic. iudex licite dãnat eum quem scit esse innocentem propter dicta testiũ in contrarium: vt vult beatus Tho. secunda secundę q̃stione. lxvij. arti. ij. & ibidem. lxiiij. quæstiõe arti. ix. vbi dicit de ministro ꝙ sibi etiam liceat, nisi sententia contineat intolerabilem errorem, ad excludendum carnifices martyrum. Idem tenet Alexander de Ales, & dominus Altissiodoren. iij. parte summæ tractans quibꝰ sit obediendum: vbi latius examinat istum artic. Hostieñ. dominus Cardinalis & plus alij: vt videre poteris per Panor. in. c. pastoralis. de offi. de leg. Ergo licet ꝓpter opinionem aliorũ contra propriam agere. ¶ Ad oppositum arguo sic. Nulli vnquam licet agere contra conscientiã: ergo non licet alicui agere contra propriam sententiã ad mandatum superioris quãuis sciat probabile dubium esse an liceat quod pręcipitur. Antecedens patet primo auctoritate iuris humani. Omne quod fit contra conscientiã, ędificat ad gehennam. xxviij. quæst. j. omnes. item ca. ꝑ tuas: ij. de simo. vbi textus loquitur de erronea conscientia: de qua tamen minus videtur quod non licet contra eam agere. Secũdo auctoritate iuris fontalis, puta diuini. ad Rom. xiiij. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatꝰ est: quia non ex fide &c. Omne autẽ q̃d non est ex fide, pecca-

tum est. Vbi manifestissime est de intentione Apostoli qd discernens aliquos esse cibos immundos, id est illicitos ad vescendũ: si manducauerit, damnat⁹ est, id est mortaliter peccat: & tamen illa est conscientia erronea. Et istud videtur indispẽsabile iuris naturalis prȩceptũ, adeo ꝙ nec de⁹ ipse contra ipsum possit indulgere. Implicat enim illũ bene agere q id agit deliberate, qd credit vel existimat malum esse. ℂIdeo pro responsione breuiter pono hanc cõclu
A sionem. Nulli vnquam licet contra propriam sententiam seu opinionem agere, nec iudici contra opinionẽ pronunciare. Probatur prim: ꝑ illud Exodi. xxiij. iuxta hebraicã veritatem: Non declinabis post Rabbim ad malum: & nõ respondebis in iudicio post Rabbim ad peccatum. In cuius prima parte Rabbim significat multitudinẽ: in secũda magistros siue doctores: vt dicũt Lyra, & oẽs Hebrȩi: quod confirmat nr̃a translatio, quæ vltimȩ partis loco habet: Et in iudicio non acquiesces plurimorum sententiȩ vt a vero deuies. Propter quod lex erat apud Hebrȩos, in deliberationib⁹ ꝓ sententiãdo vel definiendo, ab his debere incipi, qui sunt minoris auctoritatis: ne forte formidarẽt recedere a sententia maiorũ. Et idem (vt dicit Lyra) obseruant Theologi Parisius. sed agendo contra ꝓpriam sentẽtiam vel opinionẽ, recedit a vero, vt ipse existimat: ergo cõtrauenit mãdato legis, & illi verbo Ecclesiastici. iiij. Pro aĩa tua nõ confundaris dicere verũ. Et ibidẽ: Non contradicas verbo veritatis vllo mõ: & de mendacio ineruditionis tuȩ confundere. Ratione sic. Null⁹ potest licite agere id de quo non potest iudicare dum agit, ꝙ ipsum licet. sed impossibile est aliquem iudicare ꝙ sibi licet agere contra suam opinionem vel sententiam de bono vel malo: ergo &c. Minor patet: quia sic simul haberet contraria iudicia: verbi gratia iudicaret ꝙ operari a, sit malũ: & ꝙ operari a, non sit malum, ex quo ponitur iudicare quod sibi licet. Item si iudex habens opinionem ꝙ de iure pronunciandum est pro a, simul iudicet propter opinionem aliorum pronunciandum esse de iure contra a: habet contraria iudicia, puta, Pronunciandũ est de iure pro a, & de iure non est pronunciãdum pro a. ℂConfirmo hoc sic. Qui efficaciter vult nõ mẽtiri

In certa materia cōtradictionis, puta vtrum hāc rem fecerit vel non: si ipse opinatur se fecisse, alijs multis pro certo asserentibus ꝙ non fecerit: non stat ꝙ ille nolit mentiri, & tamen dicat cōformiter alijs, nisi opinionē mutet, credendo alijs: quod nō stat cum sua opinione priori. ergo similiter nō stat in iudice ꝙ nolit iniuste pronūciare, & tamen propter aliorū opinionē ꝓnūciet eo modo quo ipse existimat illicitū ꝓnunciare. Et generaliter impossibile est aliquē agere rem quā putat seu opinatur illicitā, & efficaciter nolle agere illicitū: sicut de pronūciare iniuste seu contra ius. ¶ Ad ratiões ante oppositum. Ad primum de ea. inquisitioni, dico ꝙ conscientia deposita potest reddere: & alias nō. Et cū obijcitur ꝙ sic ea deposita exigendo nō cōmitteret cōtra iudiciū cōscientię offensam: Pro solutione prę mitto ꝙ consciētia potest deponi tripliciter. Primo modo per volūtariā auersionem intellectus a ꝓpositi vel causę cōsideratione: vt est in volētibus actu ignorare per non cōsiderationē: de quib9 Iob. xxj. Dixerūt deo. Recede a nobis: sciētiam viarū tuarū nolumus. Et Esaię. iij. Qui dicūt aspiciētib9. Nolite aspicere nobis ea quæ sunt recta: loquimini nobis placētia. Et qui sic deponit, adhuc cēsetur agere cōtra iudiciū cōscientię: quod etsi nō actu, virtute tamē adhuc existit. & ergo nō tā dicit cōsciētię depositio, q̄ cōsciētię cōtēpt9, & superba prę sumptio. Alio mō pōt deponi ꝑ nō volūtariā distractionē vel obliuionē: quomō cōfitentibus accidere solet vt prius apud se recollectis singulis peccatis dū cōfitētur, interdū tertię partis obliti sunt, & talis depositio cōsciētię erroneę simpliciter liberat a peccato cōtraueniēdi: imo & sępe depositio verę seu rectę cōsciētię: vt si prius ex causa ꝓbabili existimabat nō esse matrimoniū, & postea bona fide cognoscat: vbi tamē in veritate nō est mr̄imoniū. Tertio potest deponi per ratiōes inducētes seu motiua inducentia ad cōtrariū: & hoc duppliciter. Primo si ꝑ cōtraria motiua, vel attendēdo insufficiētiā causarū ex quib9 credidit, incipiat dubitare, & neutrū iudicet nec primū nec cōtradictoriū. Secūdo modo cū inducit in cōtrariū iudiciū siue assensum: & cū sic deposita fuerit cōsciētia circa nullitatē matrimonij, potest reddere &

exigere: dū tamen ex rationabilibus motiuis & nō leuib⁹ aut temerarijs ad hoc inducatur. Iā dico ad improbationē ꝙ textus loquitur in casu quo cōiunx habens conscientiā, solū potest eā per contrariū actum deponere ex præsumptione bonitatis quā habet de altero, firmiter scilicet tenēs ꝙ nollet peccare mortaliter. Et ergo si exigat cū p̄sumit eū non exacturū nisi cert⁹ esset causas ex quibus hæc conscientiā format, falsas esse: iā credit esse matrimoniū. Hic si prius exigeret antequā ab ea exigeret, certū est ꝙ ageret contra cōscientiā vel actu vel virtute. Et dum exactus vel exacta reddit: non ideo tūc reddere potest & debet, ne peccet in legē cōiugij: sed exigere nō debet, supple nō ante: quia sic ageret contra iudiciū conscientię. Et potest hoc exemplariter declarari, si credat non esse m̄rimoniū: quia iam recolit se maritū vidisse cū consanguinea in l. co & tēpore suspectis, nudū cū nuda, solū cū sola. sed post quā hoc mō cōscientiā deposuerit, pōt libere exigere, sicut & reddere. Nō enim vult negare text⁹ quin cōsciētia ex probabili causa adgenita, si post ꝑ ꝓbabiles causas vel rationes deposita fuerit, liceat contrariū agere eius quod dictatum est. Alias quæ credidisset subesse impedimentū, quia vidit consanguineā &c. & post testimonio fide dignorum intelligat ipsum ante hoc fuisse castratū: nō posset debitū licite exigere. Quod autē in depositione cōscientiæ ex ꝓbabili causa nō sufficiat depositio, nisi ꝑ subtractionē actus, siue positione cōtrarij: patet, quia hoc requiritur in depositione conscientiæ temerarię ad hoc vt licite cōtrariū agatur: ergo multo fortius in cōscientia ex causa ꝓbabili & discreta. Antecedēs patet: quia sic maneret dubius: & in dubio non potest contra agere: vt patet ex his q̄ dicta sunt in secundo articulo.

C ¶ Ad secundum. Ad primam probationē antecedentis dico ꝙ in dubio quisq̄ sequi debet quod certius existimat, & magis credit esse verum. iam in ꝓposito suum opinatū videtur sibi magis verū, et si forte aliud sciat cōmunitati hominū esse probabilius & verisimilius. Nec stant simul ꝙ in opinione sua adhuc maneat, & magis sibi appareat ꝙ ipse decipiatur q̄ omnes alij contrarium opinantes; quia null⁹ opinatur nisi qd sibi apparet verū siue

magis probabile, alioqui neutraliter dubitās propter apparentiā rationū ad cōtraria, posset dici opinar. Si ergo videtur sibi magis alios verum sentire, auctoritate aliorū deuictus nō existimaret contrariū magis esse verum, & ita hoc nō opinaretur. ¶ Si forte dicas, Potest credere se in sua opinione decipi, & propterea velle sequi opinionē aliorū, Respōdeo implicat aliquē in particulari credere se decipi ī hoc qđ demōstratū opinatur, quia si crederet se in hoc decipi, crederet hoc esse falsum, & sic simul opinaret illud esse verum qđ tunc existimat esse falsum. Sed hæc bene simul concurrunt, ꝙ ex causis sibi apparentibus opinaretur aliquid esse verū, ꝙ propter aliorū existimationē contrariā habet pro falso, sicut cū video aliquid a remotis, & ex colore & figura quæ mihi apparēt, iudicarē esse Ioannē, sed quia video alios ei ꝓpinquiores & meliꝰ vidētes q̄ ego existimare vel scire nō esse Ioannē, credo eis, sed tunc nō habeo actualem opinionē contrariā. ¶ Ad secundā probationē eiusdē antecedentis dico primo ꝙ illo simili probaretur licere homini ꝓpter aliorum opinionē agere quod sciret indubitāter illicitum. Nō em̄ posset rex tēporalis militibus debita præcepta bellādi instituere, nisi supraordinet vt pluriū & magis expertorū opinio præualeat, etiā si alij non dubitant esse contrariū alicui ex regis mandatis. nā alias vnanimitatē & cōcordiā non seruabit, sine qua euanescit statim & perit om̄e robur exercitus. Et hoc ideo expedit regi tēporali supraordinare: quia præcepta bellādi tradit ad finem cōmoda, consequēdi, & damna euitandi, cuius oppositū induceret obseruatio certi mandati cum plurimorū opinio est in contrariū Celestis aūt regis mandata, quę omnia sunt equitas (Psal. cxviij.) & ad finē quē deus intēdit, maxime accōmoda, nō quā adducere possunt a fine quē deus intēdit, cum ab ipso dependeat cuius voluntatē nihil impedire potest, vnde nullus excusatur ab obseruatiōe oīm quę scit esse dei mādata. Et quanuis fortasse alij oppositum opinātes, per errorem inuincibilē aut alias forte non culpabilem: cum fuerit eius quod scire nō tenētur, excusarētur a peccato: ipse nihilominus eos sequens cōtra sententiam aut contra ꝓpriā opinionem: proculdubio se labefaceret iniquitate seu peccato. Et

ideo celestis regis preceptũ habemus, vt nõ sequamur turbam ad faciendum malum, aut in iudicio acquiescam⁹ plurimorum sententiæ vt deuiemus a vero. Exodi.xxiij. Etiã argumentum procedit cum dux aut miles propter aliorũ contrariam opinionem scit regem nolle ꝙ astringatur alio mandato: & ita non habet opinionem quod hoc sibi tũc nõ liceat. propositum aũt nostrũ est cum quis opinatur sibi aliquid illicitum, ꝙ tũc stante sua opinione, precipienti contrariũ obedire nõ potest. ¶ Ad tertiã probationem dico ꝙ etsi nullus debeat inniti propriæ prudentiæ: non tamẽ propterea licet agere cõtra propriam opinionem vel conscientiã. Vnde ille ꝓprie prudẽtie innititur, qui cũ lactis sit particeps, & expers sermonis iustitie: nõ stat auctoritati maiorũ, sed ex his que sibi apparẽt, concludit ita fore. quemadmodũ proprio sensui inniterer, si qui visu sum debilior ceteris, cum magis dicto, magis teneo hominẽ visum a remotis esse Ioannem, ꝗ iuxta aliorum iudiciũ qui situ propinquiores fuerint, credam eum esse Petrum. supposito tamẽ ꝙ temere aliorũ doctrine nõ assentiã, non propter hoc licet contra propriã opinionẽ agere: quia scio alios oppositum sentire: & ita nisi apparentia seu probabilitas auctoritatis

E in eo vincat motiua alia, non est tutus. ¶ Ad tertium dico si quis existimat verisimile periculũ mortis imminere proximo nisi ei medicinã corporalẽ dederit: tenetur sine dubio medicinam illam sibi exhibere. Nam mortẽ languentibus probatur infligere: qui hãc, cũ posset, non excludit. lxxxiij. dist. prouidendũ, & ibidẽ ad lõgum per glo. & lxxxvj. di. pasce. Quãto magis tenemur ad medicinã verbi dei proximo exhibendã: cũ sine ea existimamus ei verisimile periculũ imminere. Hinc actuũ. xx. dixit Ephesijs Apostolus: Cõtestor vos hodierna die quoniam mũdus sum a sanguine omniũ vestrũ. nõ eñ preterfugi quominus annunciarẽ omne cõsilium dei vobis. pro certo nos instruẽs (vt vult Grego.) ꝙ si nõ annunciamus proximo medicinã verbi celestis: mundi a sanguine mortis spiritualis nõ erim⁹. xliij. dist. Ephesijs. Sed si presciamus verisimiliter per admonitionem periculi homines non retrahẽdos a parte periculosa quo minus hoc operentur quod ex alijs actibus eorum

coniecturare possumus, vtiliter possumus eis periculū nō intimare, sed ad alios remittere quos noscimus oppositum tenere, vt dū peccaturi sint cōtra legē, minus saltem offendant, ignorāter agendo contra legem, & ex aliorū opinione videātur sibi in animo tuti. Nec hoc est errorē pctī fouere, sed potius dolorē uulneris mitigare: vt quod mortē illaturum est, inferat min⁹ acerbā, & ita licet: nisi periculum fidei, aut prelationis officiū aut simile requirat expressam veritatis eloquutionē. Sed nunquā possum⁹ licite eos absolute hortari cōtra propriā opinionem vel dubitationē probabilē vt agāt iuxta aliorū sententiā, propter dubium & verisimile periculū peccati sicut nec medic⁹ posset hortari ægrum vt sumat iuxta aliorū sententiā illa quæ credit ęgro fore mortifera, aut ad min⁹ dubitat. Dico notāter absolute, quia si hoc omittendo essent acturi deterius, liceret suadere vt saltē maius vitēt, xxxiij.q.ij.si quod veri⁹. Tales sunt multi, quos veritas scādalizat, qui dum minora audiunt sibi nō licere, de salute desperātes sine spe venię maiora committunt. ❡ Ad quartū principale dico primo de canonico ꝙ est aliud spōte fouere causam iniquā: aliud coactū auctoritate publica ꝑmittere sua auferri, vel etiam dare, ne maius rerū suarum dispēdiū patiatur alteri non proficiēdo. Nō em̄ necesse est vt pro fratre damna subeamus, cum scimus non profuturum finaliter, nisi ad inuidiā, lites & rācores suscitādos, iuxta illud Hiero. Frustra niti, & nihil aliud laborādo quā odium quærere: extremę dementiæ est. Pro illo facit quod dicit Gratian⁹. xvij. q, vlt. in fi. de eūte in apostasiā, Ne ecclesia scandalū patiatur: ne discedens in deteriora pręcipitetur, ne in perniciē monachorum aut monasterij incendiū inardescat, laudabilius sibi sua non dico reddūtur, sed auferri sinuntur, quā ab illo ista inferātur. quod intelligēdum puto de sponte reddere. Si enim metu istorū reddāt, potius censentur ablationē sinere, quā ipsi reddere, quomodo dicūt docto. de parere iiustę sętētię & idē est de milite, De medico etiam dico ꝙ nisi propter aliorum opinionem sibijpsi discredat ꝙ nō stat cum actu opinendi hoc fore ęgro mortiferum, non poterit commun cata manu hoc ęgro suadere, quia non stat in medico cū velle effica F

citer sanare, sed solũ cũ velle experiri an etiam illo sumpto
A poterit mortem euadere. ¶ Ad quintum dico, quãuis Hostiẽsi. & dominus Cardi. metu illius arg. inducti fuerint dicere ꝙ licet iudici agere cõtra conscientiã, & iura dicentia. Qui agit contra conscientiã, ædificat ad gehennã: procedere in priuato, non in iudice, qui fungitur publico officio: qñ videtur heresis tãto nocentior, quo pręter errorem inducit etiam in aliud opus malũ, eo ꝙ fit cõtra cõscientiã. Argumẽtũ hoc nõ cõuĩcit: quia vel iudex opinatur sibi licere vt sic iudicet: & sic certum est ꝙ nõ agit cõtra cõscientiã, sed secundũ eã, licet forte agat contra dei legẽ, si opinio illa falsa sit quæ dicit hoc licere. si vera, tũc ĩ nullo delinquit quẽadmodum nec si ex causa puniat innocentem, sine tamen illi⁹ culpa, ꝓ quo est regula iuris, Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniẽdus, & ca. si quis cum militibus. vi. q. i. Aut credit sibi non licere: & sic indubie peccat contra cõscientiã, quanuis nõ contra legẽ, supposita veritate opinionis ꝙ licet condemnare innocentẽ propter dicta testiũ in contrarium. Nec releuat ꝙ fungitur officio publico, quia grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantũ, xxv. q. j. nulli fas sit. Si vero ponatur nec credere ꝙ licet, nec ꝙ non licet, iam ponitur circa hoc agendum non formare cõscientiam, contra quam ageret. vel secundam quam &c.
B ¶ Pro materia tamen argumenti dico ꝙ propter dicta testium non licere condemnare innocentem, quemadmodũ nec propter dicta quorũcunq; testium, sententiam & præceptum iudicis, liceret alicui cognoscere eam inter quã & seipsum scit esse impedimentum consanguinitatis, de cui⁹ contrario testes deponũt: quia iudex pronũciat &c. vt clare habetur ex ca. inquisitioni. de senten. excõmunicatio. Et videtur istud aperte haberi Exodi. xxiij. Insontem & iustũ non occides, vbi per insontem intelligitur vere innocens ꝑ iustum vero ille qui testimonio hominum non potest ꝓbari nocens, qualis saltem publice non potest interfici ꝓpter scandalum. Nec obstat si ius præcipit omnem conuictum condemnandum, quia pręceptum tale (vt certum est) fundatur super pręsumptione veritatis deposite per testes de falsitate inconuincibiles. Iam pręcepto super falsa pręsum

ptione fundato, quãquam etiam de iure contra eã non admittatur ꝓbatio: non ligat in foro animę. Item non videtur caſus dabilis quin per ſubſtitutionem, remiſſionem ad ſuperiorem, reſignationem officij, vel cõſimilem modum poſſet ſe ab hoc onere liberare. Sed de his exactior cõſideratio facienda eſt cum principaliter tractatur an iudex licite poſſit ſecundum allegata & probata iudicare.

Prima queſtio ſine argumentis.



ROPTER quid domin⁹ pręcepit ſeruare & facere quęcũq; dixerint ſedentes in cathedra Moyſi: cum alio in loco aperte teſtetur eos duces cæcos fuiſſe: quos populus ſequens, in peccati foueam ductus eſt? C

¶ Pręceptum de quo in queſtione fit mentio: ponit Mathęi. xxiij. vbi domin⁹ turbis Iudęorum & diſcipulis ſuis ſic loquitur. Supra cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſęi: omnia quecunq; dixerint vobis, facite & ſeruate: ſecundum vero opera eorum &c. Secunda pars habetur Mar. vij. vbi interrogãtib⁹ Scribis & Phariſęis quare diſcipuli eius non ambularent iuxta traditionem ſeniorum, ſed communibus manibus manducabant panem: clauum clauo retundens ait: Bene prophetauit de vobis hypocritis Eſaias propheta: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me, in vanum autẽ colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum, derelinquentes mandata dei Quod eis deducens in honore dubito paren tibus ex dei mandato: (vbi in verbo honor, includitur neceſſariorum adminiſtratio: quomodo etiam ſumitur ab Apoſto. j. ad Timotheum quinto. Qui bene pręſunt preſ byteri, duplici honore digni habeantur) dixit eis. Vos autem dicitis. Si dixerit homo patri aut matri, corban, quod eſt, donum quodcunq; ex me tibi ꝓderit, & vltra non dimittis eum quicquã facere patri ſuo aut matri, reſcindentes verbum dei propter traditionẽ quam vos tradidiſtis. In quo (vt dicit glo.) impietatẽ ſub nomine pietatis inducunt, docentes ꝙ oblatio dñi qui verus eſt pater, obſequijs

parentũ pręferatur: itaq; iuxta doctrinã eorũ liceret voue re deo quibus parentũ necessitates erant reuelandę. Cõtrarium vult dñs, parificans oblationem & votũ tale illi quæ fit de rapina, quã vt iniustam & illicitã abominatur dñs.

D Sed difficultas videtur, si votum emisit prius quã parẽtes necessitatem paterentur, an ne votum sit seruandũ parentum penuria nõ obstante. Lyra Matthęi.xv. dicit, si filius deo bona sua vouisset, vel deo consecrasset prius quam parentes in necessitate essent, non licere de ipsis parentibus prouidere. Mouetur ex hoc, quia votũ factũ de immolatitio, non poterant immutare. votũ aũt factũ de nõ immolatitio, poterant immutare, scilicet per redẽptionẽ: vt patet Leuitici vltimo. Sed meo iudicio, sicut votũ cũ parentes necessitatẽ patiuntur, non ligat vouentem vt teneatur offerre si sit immolatitiũ, vel redimere si sit nõ immolatitiũ, vt manifeste vult saluator: ita prius votum post factũ ad hunc casum se non extendit: cum ea non veniãt in obligationẽ voti vel iuramenti, quæ si occurrerint, necessario exciperẽtur. c. ad nostrã. ij. & c. Quintauallis. de iureiur. Hinc pro maxima dicit btũs Tho. xxxviij. dis. iiij. Quicquid votum fiendum impediret si præsens esset, hoc voto facto superueniens, obligationẽ aufert. Propter quod dñs Henricus de Gandauo tenet professum, contra voluntatẽ superioris teneri egredi monasterium vt parentibus prouideat de necessarijs. In hoc iure poli seu diuino videt Aug. fundasse quod dicit, si quis donet ecclesię omnia bona sua, retento sibi vsufructu, cui post donationẽ pręter spem generantur filij, in potestate habet episcop⁹ non reddere quę donauerat, sed iure fori, non poli. xvij. q̃stione vlti. cap. fina. Et ita verior videtur opinio dicentiũ quod ibi episcop⁹ alienũ reddidit, non ecclesię bona alienauit: quãquã archidiaconus hoc reprobet. Alias pręter & contra rationẽ limitanda esset particula illa, non iure poli, illo quo omnia sunt cõmunia; quomodo ibidem limitat Archidiaco. & sic non plus potuisset Aug. dicere quod nõ habuisset illo iure in potestate non reddere, quam cuicunq; alteri non dimittere vel donare: cum illud non disponat super diuisione & ppriet atib⁹ rerum. Etiam in effectu admittitur Aug. ne-

gasse superius, vt debuisset negasse vnicum eius inferius. si enim lex humana qua retinere potuit, sit iusta: tūc iure po li retinere licuit. sed quicquid sit de hoc, nihil ad pręsens: cū apertissime constet decreta Scribarū & Pharisęorum con traria fuisse diuino mandato. ¶ Dico igitur ad quæsitū cū pręcipit dn̄s facere & seruare quęcūq; dixerint &c. intel- A ligit hoc de ijs quæ ad cathedram pertinēt: vt dicit glo. in- terlinearis: cuiusmodi sunt ea quæ secundū legem docent, non errores quos de capite suo cōfingūt, aut pro legib⁹ in- stituunt, contra illud Esa. x. Ve q̄ cōdūt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt: vt in iudicio opprimerent pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei. In quibus & similibus dicit dn̄s eos fuisse duces cæcos, ducē- tes alios in foueam peccati qui legibus illis vtebantur & sequebātur. ¶ Dices fortasse, simplices tenebātur seruare decreta & leges maiorū in quibuscūq; causis, ergo seruā- do eorū decreta aut mandata nō peccabant. consequentia tenet: quia vt dicit Augu. Qui peccat legis auctoritate, non peccat. xxiij. q. iiij. q peccat. Antecedēs patet Deute. xvij. vbi dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudiciū esse perspexeris inter sanguinē & sanguinē, causam & cau sam, lepram & nō leprā: & iudicum inter portas tuas vi- deris verba variari: surge & ascende ad locū quem elege- rit dn̄s deus tuus: veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tēpore: quæresq; ab eis. q indi- cabunt tibi iudicij veritatē: & facies quęcunq; dixerint qui præsunt loco quem elegerit dn̄s, & docuerint te iuxta le- gem eius: sequerisq; sententiam eorum: non declinabis ad dexterā neq; ad sinistrā. & subditur pœna mortis qua pu- niēdus est supbus q noluerit obedire sacerdotis imperio. in quo se fundat apostolicus ca. per venerabilē. qui fil. sunt legiti. Ex quo quidam canonistæ demonstratum putāt q̄ in dubijs definiendis magis standū est sententię papę, quā quorūcunq; sanctorum, etiam quo ad expositionē scriptu ræ sacræ, ex quo pontificibus non sanctis data est potestas iudicandi & interp̄tandi in verbis allegatis Deute. xvij. de hoc Panor. in ca. aliquib⁹. de decimis. & ca. ne innitaris. de pręscrip. cuius contrariū determinauit Gratianus. xx. dist.

In principio. Preterea ignorãtia inuincibilis excusat a peccato: alias teneremur ad impossibile, cõtra illud Hieroñ. in explanatione fidei. Execramus eorũ blasphemiam qui dicunt aliquod impossibile a deo homini esse præceptum, & mandata dei non a singulis, sed ab oĩbus in cõmuni posse seruari. Sed qui in dubijs sequitur decreta & sententias maiorum, videtur inuincibiliter errare, cum nõ possit per se veritatẽ deprehendere ex lege quam nõ noscit, aut certe non intelligit. ergo. Et ita rationabilis videtur opinio Landulphi. xv. dist. Quarti, si quis sit illi⁹ animi & ꝓpositi, ꝙ nullo mõ vellet operari contra legem dei si sciret, & sequatur in dubio contractuũ opinionem alicui⁹ doctoris: dato quod illud quod facit sit malum, & contrariũ bonũ, creditur ꝙ non peccat

B ¶ Dico ad primum ꝙ textus soluit seipsum: quia dicit. Et facies &c. additur. Et docuerint te iuxta legẽ eius. Error non docetur iuxta legẽ dei, sed contra vel preter. vnde glo. Nõ dicit tibi vt obedias nisi iuxta legem docuerint. Nec obstat quod dicitur. Non declinabis ad dextram &c. quasi ad veritatem ambulare contra eorum decretũ non liceret: quia loquitur de dextro & sinistro extra viam rectã: sicut cum idem præcepit de præceptis dei non declinare ab eis &c. Deute. v. & plurib⁹ alijs locis. Et hoc notat verbũ declinare, quod est in via morũ a bono & recto recedere.

C ¶ Ad secundum dicitur ꝙ nullus errat inuincibiliter, nisi faciat quod in se est vt ministerio hominũ vel interna dei inspiratione doceatur de veritate. Non eñ est error inuincibilis quẽ faciendo qđ in se est potest quis vincere. Qui ergo in dubijs inquirit veritatẽ ab homine etiã docto, non est tutus, nisi simul talem se exhibeat orationib⁹ & lachrymis, qui merito a deo instrui debeat de agendis, vbi defuerit humanũ ministeriũ: quod fit dum sufficienter se disponit ad charitatem. j. Ioan. ij. Non necesse habetis vt aliqs doceat vos, sed sicut vnctio docet vos, & verum est de omnibus, & non est mendacium. nõ enim sinit charitas hebetudinem pati in ijs quæ necessaria sunt ad salutem, sed vel humano ministerio vel diuino instruitur de agendis. Quod si forte charitatem habens, negligat in ijs quę dubia sunt, a doctioribus inquirere, repu-

tans sibi satis esse vt per orationem a deo requirat de veritate edoceri, sine dubio charitate se priuat deum tentans, vbi humanit⁹ patet ei via actionē suam dirigēdi, Tenemur enim pro salute tam corporis quam animę primum facere quicquid humanit⁹ possumus, deinde orationibus & gemitibus nos deo committere. Ipse enim dat metuētibus se significationem vt fugiant a facie arcus. Psalm. lix. dum tamen nihil prætermiserint eorum quæ humanitus agenda sunt, quomodo etiam intelligendum est illud Ioan. Nō necesse habetis &c. Et ne leuiter deo relicto l cōmittam⁹ nos doctrinis hominum, audiamus Esaiā. xxix. c. Eo ꝙ appropinquat popul⁹ iste ore suo, & labijs suis glorificat me: cor autem eius longe est a me, & timuerūt me mādato hominum & doctrinis: admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupēdo, Peribit sapientia a sapientibus, & intellectus prudentium abscōdetur. Et ibidem paulo ante: Miscuit vobis domin⁹ spiritum soporis, claudet oculos vestros: principes. & prophetas qui vident visiones, operiet. Vnde quod nobis miseris horribilissimum est, mittit sępe dominus malos doctores malis ex ira vt vicissim per se (sicut iustum est) pereant vt dicit glo. ad Roma. x. Quod expresse fundari videtur Ezechielis, xiiij. vbi de perseuerāte in malitia dum interrogat prophetam, & recipit ꝓphetiā falsam, dicit dominus: Ego decepi prophetā illum, & portabunt, supple vterq; , iniquitatem suam, iuxta iniquitatē interrogantis iniquitas prophete erit. Ex quibus facile perpēdere possum⁹ ꝙ̄ tuti sumus dum sequimur errorem doctoris, non recurrendo animo contrito & humiliato ad dn̄m vt vias nostras dirigere dignetur. Hic beatus Tho. quodlibeto. iij. arg. x. In ijs quæ ꝑtinēt ad fidem & bonos mores, null⁹ excusatur si sequaē opinionem erroneā alicuius magistri. In talibus em̄ ignorantia nō excusat. quod intelligo de ijs quæ tali necessaria sunt ad salutem. Alias nūquam error etiam inuincibilis excusaret, quem tamen patiuntur multi existētes ī charitate. Nec semper edocemur a spiritu sancto in talibus: quo casu intelligendum existimo illud Ioan. ix. Si cæci essetis, non haberetis peccatum. nunc autem dicitis quia videm⁹ &c. Ex quo patet ꝙ adhe

D

rens errori superioris, nõ peccat ibi auctoritatẽ legis, cum lex nõ iubeat in errorib⁹ obedire. Nec releuat a toto si multi sic faciant: quia nõ minus ardebit qui cũ multis ardebit ij.q.j multi. & Leui.iiij. ponit sacrificiũ offerẽdum ꝑ peccato omnis turbę filiorum Israel si ignorauerit & ꝑ imperitiam fecerit quod est cõtra dei mandatũ. Admitto tamẽ quosdam errantes simpliciter nõ peccare cum fecerint qđ in se est, ad humanitus vel diuinitus veritatẽ discẽdam, sed tunc illam scire non obligantur, saltem pro tũc.

¶Secunda quæstio sine argumentis,

PROPTER quid pręcepit Apostol⁹ vt subtrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate: cũ exemplo dñi merito debeamus requirere publicanorum & peccatorum consortia, ¶Præceptũ de quo quæstio petit, ponit.ij.ad Thessa,iij. vbi sic inquit: Denunciam⁹ vobis fratres in nomine dñi nostri iesu xp̃i, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nõ secundum traditionem quã acceperũt a nobis. &.j.ad Corin.v. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator aut auarus: aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Si forte dixeris Apostolum loqui tantũ de nominatis per sententiã iudicis, vt aperte prætendit Aug. in homilia de pœnitẽtia, & allegatur, ij.q j.multi. quanuis magis August. in hoc opinãdo & non asserendo dixisse videtur, in quo licet ei fidem nõ adhibere, tum quia cõclusio pro qua hoc inducit, non est vera absolute, puta ꝙ nullum ꝓhibere possumus a communione (non obstante ꝙ prohibitio illa medicinalis est) nisi sponte cõfessum, aut ĩ aliquo seculari vel ecclesiastico iudicio nominatum vel cõuictum ex quo publicos peccatores, quos tales persistẽtes .s. in peccato ꝓbare possumus, liceat amouere: vt patet de cõse.di. ij. pro dilectione. de mago, & de offi.or. si sacerdos. imo ad hoc tenemur mãdato dei, quo prohibemur sanctum dare canibus. Admissa tamẽ veritate sententiæ, vndecũꝗ limitanda vel restringenda fuerit, videtur ex textũ illo apostoli

non habere fundamentũ,cum textus non dicat(vt August. allegat.)Si quis frater nominatur fornicator &c.sed sic habet.Si is qui frater nominatur inter vos,est fornicator aut auarus &c.per hoc enim quod ibi addit nominatur frater:intendit Apostol⁹ excludere infideles,quos ex regeneratione baptismatis fratres nõ habemus:vt aperte vult Chrisosto.super epistolã ad Hebręos:& euidenter demonstrari videtur ex verbis apostoli.Cum ęnim pręmisisset,Scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicarijs(quam epistolam in canone nõ habemus)addit:Nõ vtique fornicarijs huius mũdi:alioqui debueratis de hoc mundo iam exisse.glo. interli. Si præcepissem non commisceri gentibus,necesse esset de mũdana cõuersatione vos exire:cum vbique tales sint. Addit, Nunc autẽ scripsi vobis non commisceri si is qui frater nominatur inter vos,est fornicator &c.subdẽs pro causa.Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare.Ac si dicat,Nõ est meũ iudicare vel prouidere de infidelib⁹,sed tãtum de fratribus:vt etiam in epistola ad Thessal.vigilãter expressit.Tũ & si loqueretur ibi Apostol⁹ de nominatione iudiciali:nõ tamen posset rationabiliter restringi ad excommunicatorialem,sed ad declaratiuam,quod frater sit fornicator aut auarus &c.Et quid talis sententia plus operabitur ad vitationem vt ipsum vitare teneamur,quam facti euidentia?& maxime nihil plus operabitur ad vitandum fratrem in cibo cõmuni sumẽdo.Consimile præceptũ videtur dedisse Petrus in ordinatione Clemẽtis,dicens populo,vt primum sentirent Clementẽ alicui pro suis prauis actibus aduersum:Nolite expectare donec ille vobis dicat,Cũ illo nolite esse amici,sed statim sine eius commonitione auertãt se a tali,& nõ loquantur quibus ipse nõ loquitur,adiungens,Si qui vero voluerit amicus esse quibus ipse nõ loquitur,vnus est ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt:qui dum corpore videatur esse nobiscum,mente tamen & animo contra nos est:licet Gratianus ca.ad mensam.xj,q.iij. contra rationẽ id intelligat de notatis per sententiam,ne cõtrarium sit Vasensi cõsilio in.c.si tãtum episcop⁹.&.c.placuit.vj.q.ii.Ratio:quia illa ca.loquũtur vbi episcop⁹ probare nõ potest,& in subtractione præiudiciali proxima.Petrus vero vbi probare H

poteſt,vel ſi probare nequeat,tūc intelligit de ſubtractio-
ne cōmunionis alias gratuitę.Idem videtur euidēter ꝓba-
ri.ij.Paral.xix,vbi per ꝓphetam loquitur dominus ioſa-
phat:Impio p̄bes auxilium,& ijs q̄ oderūt deū,amicitia iū
geris,& idcirco iram quidem domini mereberis:ſed bona
opera inuenta ſunt in te &c.Ipſe autem ioſaphat ſolū præ-
A buerat impio & inimico domini Achaz auxilium in cauſa
iuſta,recuperandi ſcilicet partem terræ promiſſionis ab in
fidelibus occupatam.Intelligendo igitur præceptum Apo
ſtoli de peccatoribus etiam ante ſentētiam iudicis,pro ſolu
tione quęſtionis pręmitto ꝙ in lege veteri animal nō ru-
mināſ aut non findens vngulā erat immundum,per quod
ſpiritualiter datur intelligi ꝙ homo non ruminans manda
ta quę a deo accepit,īmundus eſt,iuxta illud Eccl'i.iij.Quę
tibi pręcepit de⁹.illa cogita ſemper. Et iuxta ſentētiā Au-
gu.Non minus reus erit qui verbum dei negligēter audit
ꝙ qui corpus Chriſti ſua negligētia cadere ī terram permi
ſit.j.q.j.interrogo vos fratres.Aut ſi non findit vngulā,id
eſt ſi nō diſcernit ſpiritum a litera,immund⁹ eſt.Litera em̄
occidit,ſpiritus autē eſt qui viuificat.ij.ad Corinth.iij,Nec
in verborum folijs,ſed in radice rationis eſt euangeliū.j.q.
j.Marchion.In hoc manifeſte redarguit phariſeos domin⁹.
Mat.xij,dicēs eis.Si ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo,
& nō ſacrificium:nunq̄ condemnaſſetis innocentes,ſcilicet
apoſtolos vellentes ſpicas ſabbato,quod Phariſæi credebāt
illicitum propter literale mandatum obſeruationis ſabbati
Secernēdo igitur ſpiritum a litera,dico ꝙ præcepta quibus
mādamur extrīſecus aliquid exhibere ꝓximo,vel ſibi ſub-
trahere,ſeu non exhibere:dantur ad finem proficiēdi proxi
mo.Cum igitur præſcimus.vt humana fragilitas futura
prænoſſe permittit literalem obſeruantiam talis mandati
proximo non profuturam,non obligamur pro tūc ad pręce-
cepti illius obſeruantiam.Exemplum,tenemur fratrē pec
cantem corripere:& vt conuertatur,efficatius admonere:
quod cum probabiliter pręſciuerimus ei non profuturum,
non tenemur.Vnde Auguſtinus:Si tibi ſcirem non prodeſ-
ſe,non te admonerem:non te terrerem.de penitentia diſtin
ctio.vij,ca.ſi quis.ij. Similiter prohibemur furioſo redde-

re gladium, ne ſe vel alium interimat, quod tamẽ licet dũ maius periculum imminet ex non reddendo: vt dicit Tho. xxxiij. diſtin. iiij. In propoſito pręceptum apoſtolorum Petri & Pauli de vitando peccatores fratres, datur vt confuſio eos ab errore reuocet: vt clare patet. ij. ad Theſſaloñ. iij. Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate. gloſſa, id eſt reprehendite, vel nobis ſignificate. ſequitur: Et non commiſceamini cum illo, vt confundatur. & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite eum vt fratrem. Ex quo manifeſte patet quod hæc ſubtractio eſt correptio facti: quæ non minus neceſſaria eſt quã correptio verbi: quum magis inducat ad erubeſcẽtiam, & ſic efficacius retrahat ſeu reuocet ab errore. Pſalm̃. lxxxij. Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum domine &c. Sed vbi iam hæc integritas? Nõ ſolum (quod lamentatur Chryſoſtomus) non fugimus ebrioſos, ſed imus ad eos, & participamus cũ illis. xj. queſt. iij. ad menſam. ſed quod deterius eſt, puluillos conſuimus ſub vtroque cubito manus, vt in ſordibus peccatorum mollius requieſcant, dum iuſtificamus impium ꝓ muneribus, & iuſtitiam iuſti auferimꝰ ab eo. Eſaię. v. Et per dulces ſermones & benedictiones ſeducimus corda innocentum. ad Romañ. vltimo. Et quid vos moror domini? Non eſt nobis pars in ſorte ſanctorum, quibus dominus in monte ſancto ſuo requiem præſtabit: quãdiu in conſpectu noſtro non ad nihilum deductus malignus, vt glorificemus ſolũ timentes dominũ, Pſalm̃. xiiij. Et quomodo ſine iniquitate eſt, qui non perfecto odio odit inimicos domini, qui ſummum bonum eſt, quem & ſupra nos tenemur diligere? pro quo facit Pſalm̃. c. Non adhæſit mihi cor prauum: declinantem a me malignum nõ cognoſcebam &c. ac ſi aperte dicatur. Alias cor deprauatum haberẽ. ❡ Dices fortaſſe, ſic docebis vxorem vt virum corrigat, ab eo diſcedere: et ſeruum a domino; cõtra illud de diuortijs, quæſiuit, & dabis quaſi velamen malitiæ, euangelicam libertatem. ❡ Reſpondeo. Aliud eſt ſubtrahere debitum, aliud nõ exhibere gratuitum, ſeu indebitum. Primum ſola publica auctoritate licet, cuius eſt in delicti pœnam alicui ſua auferre. Vnde B

non ꝑpterea licet priuato homini pecuniam debitam non soluere, quia creditor cũ scortis cõsumpturus est: sed indebitã teneretur vtiq; tali non dare. ¶ Finaliter ad oppositũ tactum in q̃stione, & sententia Augustini confirmatũ dico quod distinguẽdo tempora concordabitur scriptura. ij. q. j. si peccauerit. cũ ex cõmunione nostra potius speratur correctio, cõmunicabimus, & crudeliter vitaremus: imo puersse vitando (vt vult Augu.) vinciremus eos ad gehennam. sed cum ex subtractione nostræ cõmunionis probabiliter speratur fratris emẽdatio: & nihilominus formidãtes iudiciũ vulgi, quia. s. dicet nos hypocritas, aut sepulchra dealbata intus fœtentia, & foris cõposita, aut quia timemus carnis cruciatũ, aut etiam interemptionem, prætermittimus hoc modo fratrẽ corrigere, exclamat cõtra nos Christus: Quę vtilitas in sanguine meo, cũ descẽdero in corruptionem? Et absq; dubio sanguinẽ fratris de manu nostra requiret: quẽ dũ non colligimus, in districto iudicio censebimur spargendo occidisse. Mat. xij. Qui non est mecũ, cõtra me est: & qui non colligit mecũ, dispergit. A quo nos preseruare dignetur q in secula viuit benedictus. Amen.

Quodlibetica Questio tertia eiusdem, anno a salute human. am. ccccxcij. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



PER VENERABILEM dñm Quodlibetariũ sunt mihi nuper tres questiones ꝑpositę: vna cum argumentis: reliquæ duæ sine argumentis.

Quæstio cum argumentis.

¶ Vtrũ licet ministrare Eucharistiã: aut absolutionis bñficium impendere ei q se asserit a criminibus abstinere non

posse? ¶ Ad hanc q̄stionem responsurus: quia tāgis doctrinam fidei, submitto oīa q̄ dicā, determinationi sanctę Romanę ecclesię, & omnium quorum interest deuiantem in viā veritatis dirigere. Et erunt ꝓ decisione quęsiti tria videnda. Primū, an huiusmodi assertio de non posse a criminibus abstinere, ponat aliquod peccatū quo homo indign⁹ redditur perceptione sacramētorum. Et quia (supposito ꝙ sic) conferre tali sacramentum videretur quoddam cooperari ad peccatum: Secundo inquiretur an semper illicitum sit proximo cooperari ad actum peccati. Tertio an vnq̄ liceat Eucharistiam aut aliquod sacramentum sciēter indigno tradere. Et ne affectu potius q̄ ratiōe iudicare videar, adducam primo ꝓ cuiuslibet articuli oppositis partibus argumenta quę potiorem in materia difficultatē afferre videntur: vt sic disputationis dente trita veritas nos commodius reficiat. Siquidē Hieronymo teste nihil certius deprehenditur eo quod disputationis dente teritur. Adduco igit̄ ad partē negatiuam primo tria argumenta. Primum. Nemo peccat in eo quod vitare non pōt. sed homini impossibile est vitare huiusmodi errorē. ergo &c. maior est Aug. in lib. de libero arbitrio, & libro de vera religione: vbi sic ait: Vsq; adeo pc̄tm̄ voluntarium malum est, vt nisi sit voluntarium, nullo modo est peccatum. Et hoc quidem adeo manifestū est, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Hinc ibidem definiens peccatum ait: Peccatum est voluntas consequēdi vel retinendi quod iustitia vetat: vnde liberū est abstinere. & est regula iuris, ꝙ nemo poterit ad impossibile obligari. Minor ꝓbatur dupliciter. Primo q̄a huiusmodi error est assensus intellect⁹, & omnes actus intellectus naturali necessitate ꝓducunt̄, quemadmodum & calefactio ab igne. Pręterea scd̄m August. lib. de prædestinatione sanctorum, posse habere fidē sicut posse habere charitatem, naturæ est hominū. habere autem fidem, quemadmodum & habere charitatem, gratię est fideliū: Quod clare fundatur in verbo Apostoli ad Ephe. ij, Gratia saluati estis per fidem, & hoc nō ex vobis. Donum enim dei est, non ex operibus, ne quis glorietur. Sed errorem in ijs quę fidei sunt, vitare non possumus si-

ne fide. ergo non est in hominis potestate &c. Secūdo sic. Cęcus mente non peccat. sed taliter errās necessario est cæcus mente: ergo. Maior patet ex verbo Saluatoris Ioan. ix. Si cæci essetis, peccatū nō haberetis. iam quia dicitis: Videmus, peccatum vestrum manet. Et minor patet per illud Apostoli. ij. ad Corinth. iiij. Quod si etiā opertū est euangelium nostrum: in ijs qui pereūt, est opertum, in quibus deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, vt nō fulgeat illuminatio euangelij glorię Christi. Et Ioā. xij. Propterea non poterant credere, quia dixit Esaias: Excęcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum vt non videāt oculis, & corde intelligāt, & conuertantur, & sanem eos. Tertio sic: quia sola volūtate peccat: vt dicit Aug. lib. de duabus animabus. Sed hic error stat sine vitio volūtatis: ergo &c. Minor patet: tum primo quia stāte illo errore potest nihilominus voluntas velle abstinere ab omni peccato, cū voluntas sit impossibilium, vt tradit Philosoph⁹. iij. Ethicorū. Etiā potest efficaciter abstinere velle quādiu posset: sed tunc in nullo videtur volūtas culpabilis. ergo &c. Tū secundo, quia stat cū vera pœnitentia. Nā ad veram pœnitentiam sufficit vt in paupertate spiritus, corde contrito, & tremore sermonum dñi confugiat homo ad deum pro misericordia: iuxta illud Esa. vltimo. Ad quem autē aspiciam, nisi ad pauperculū, & contritū spiritu, & timentem sermones meos? Sed qui sic pœnitet, nō statim adipiscitur notitiam omnium agendorum: vt patet Actuū. x. de Cornelio Centurione, cuius elemosynę & orationes exauditę erant apud deū &c. nec statim erat edoctus de agendis & necessarijs ad salutem: sed accersire debuit Petrum ꝑ notitia eorum quę erant sibi necessaria ad salutem. ¶ Ad oppositū arguo sic. Primo, omnis infidelitas, hęresis & blasphemia est peccatum mortale: quo homo indign⁹ &c. sed hic error est hmōi: ergo &c. Maior patet per illud Marci vltimo: Qui nō crediderit, cōdēnabitur. Et Ioan. iij. Qui non credit, iam iudicatus est. Minor videtur Hieronymi in explanatione fidei ad Damasum papam, vbi sic inquit: Execramus eorum blasphemiā qui dicunt impossibile aliquid a deo homini esse præceptum, & mandata dei non a

singulis sed ab omnibus in communi posse seruari. Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. ¶ Secundo ad idem A videtur determinatio expressa ecclesiæ in ca. quod quidem de pœnitentia & remissio. vbi dicitur quod talium asserentium, scilicet se a peccato abstinere non posse, quanuis non sit vera pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio &c. Sed non videtur error ille posse impedire veritatem pœnitentiæ, nisi ponatur esse peccatum mortale, ergo &c. ¶ Pro solutione præmitto quod quilibet ratione vtēs obligatur aliqua explicite credere, iuxta illud Apostoli ad Hebræos vndecimo. Sine fide impossibile est placere deo. cuius causam subdit: Accedētem enim ad deum, oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et quanuis ad plura explicite credenda teneantur maiores ecclesiæ quam simplices, prout vult Gregorius exponens illud Iob. j Boues arabant & asinę pascebātur iuxta illos (per boues intelligens maiores, quorum est triturare fidei frumentum, per asinas simplices, qui pasci habent in fide maiorum) omnes tamen obligantur explicite credere vel scire omnes fidei articulos in symbolo cōtentos, & antecedentia ad illos, cuiusmodi sunt deū esse, & deum iuste & misericorditer seu pie mundum gubernare. cui manifeste repugnat deputare homini ad culpam quod vitare non posset. Ex quo sequitur ꝙ licet ad hæresim stricte sumptā, quę afficitur pœnis iuris, requiratur animi pertinacia, vt deduci solet ex. c. dānam⁹. de summa trinitate. & fide catholica vbi non damnatur Abbas Ioachim ex suo errore contra vnitatē essentię in diuinis, eo quod sine animi ꝑtinacia oīa submiserat determinationi Romanæ ecclesiæ. Idem solet ꝓbari ex verbis Augu. xxiiij. q. iij. dixit Aps. Et. c. qui in ecclesia. Stat tñ in homine frequēter mortalis infidelitas cum promptitudine corrigēdi errorē postꝙ sibi sufficiēter doctum erit quomodo catholicæ fidei aduersetur. Patet hoc, quia quisꝙ tenetur multos articulos explicite credere. Si ergo pro tempore quo ad hoc obligatur non credat, aut per desidiam suam incidat in cōtrariū errorem, puta cre-

dat Christum verũ corpus nõ habuisse, phãtastice passum, aut humanum genus non redemisse, talis non obstãte prõptitudine corrigẽdi &c. sine dubio mortaliter peccat, licet propter imperfectionem actus cõtingat huiusmodi motus ifidelitatis excusari a mortali vt tradit Tho. j. ij. q. lxxxviij arti. ij. & Gerson in libello cõclusionũ. Iam dico ad quæ-

B stionẽ. Quis dupliciter potest credere se a peccatis abstinere non posse. Primo ꝙ nõ possit hoc sine speciali dei gratia & adiutorio, & sic nõ errat. Vnde consilium Mileuitanũ cui interfuerunt Augustinus & Anselmus: Qui dixerit nos ꝑ liberũ arbitrium sine gratia iustificationis posse implere diuina mãdata, quanuis facilius possemus per gratiam, anathema sit. de consecra. distin. iiii. c. fina. Alio modo absolute credẽdo nõ posse se abstinere a peccato: aut non posse ad vitandum peccata a deo sufficiens auxilium impetrare etiam si fecerit quod in se est. Et hic error est species infidelitatis, opposita fidei ad quã obligatur credendo deum iuste pie & misericorditer mundũ gubernare. Illi enim manifestissime repugnat: apud vnumqueq; sanę mẽtis, deum homini imputare ad culpam, ad quod vitandum nec dedit nec dare paratus est sufficiẽtem facultatem: homini inquã faciẽti totũ quod in se est. Qui error etiã aperte contrarius est sacræ scripturę Genesis. iiii. Nonne si bene egeris, recipies, si nautem male, statim peccatum tuum in foribus aderit. Sed sub te erit appetitus eius, scilicet peccati, & tu dominaberis illius. Quod est verbũ domini ad Caim actu deformatũ peccato. Et. i. ad Corin, x. dicit Apostolus. Fidelis deus qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis. sed faciet cũ tẽtatione prouentũ, vt possitis sustinere. Et de hoc secũdo modo asserendi se a peccato abstinere non põsse, loquitur verbum Hieronymi allegatum, Execramus eorũ blasphemiã &c. & decretalis: quod quidã. de pœni. & remiss. Nec rationabile est eam exponere de nõ posse abstinere ex contrario affectu, quia scilicet vult nõ abstinere, prout effectualiter eam canonistę intelligũt, quia aliud est nolle abstinere, dę quo in textu nulla fit mẽtio: & aliud non posse abstinere. Patet ergo quõ blasphemũ impium & infidele est asserere &c. ¶ Obiicies fortasse illud August. in lib. Re-

tractationum. Sūt quędam necessitate facta merito impro banda, vbi homo vult recte facere: & nō potest, vt est illud Apostoli: Non quod volo bonū hoc ago, sed quod odi malum id facio. Ad roma. vij. Et caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibijnuicem ad uersantur, vt non quęcūq; vultis illa faciatis. ad Gal. v. Idē confirmari videtur verbo Hugonis lib. j. de sacramētis par te. vij. ca. xxvij. vbi sic dicit, Nō potest excusare vlla necessitas quam operata est prior voluntas. Culpa enim voluntaria pœnā meruit: pœna operata est infirmitatem. infirmitas adduxit necessitatem. Et idcirco quia necessitatem operata est voluntas, ipsam volūtatem nō potest excusare necessitas. Et Ancelm⁹, j. lib. Cur deus homo. c. xxv. Nō excusat impotentia quin teneatur homo deo honorem reddere, quem sibi abstulit: quin in hanc impotentiam sponte se deiecit, declarās hoc per simile de seruo qui suscepto domini mādato proijcit se in lutū, vnde impossibilitat̄ iniunctū explere, quem tamen illa impotentia non releuat. ergo nō videtur blasphemum impium & infidele asserere &c.

¶Respōdeo post Bonauēturam in. iiij. dist. ij. ꝙ licet in no bis sit necessitas peccādi venialiter in genere, & ad nullum determinate, vt exemplificari solet de existente in naui in varijs partibus perforata, cuius quodlibet foramen posset nauta obstrure, sed non oīa, nulla tamen inest homini necessitas peccādi mortaliter, vt patet per Magistrum distin. xxxvj. ij. Vnde quanuis homo sine gratia nequeat vitare omnia peccata mortalia, quia tamē potest ad deum ꝑ gra tia confugere, & deus confugientem ad se suscipiet, cū prope sit dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum ī veritate, Psal. cxliiij. adeo vt Aug. affirmet Si confugientē ad se nō reciperet, esset in deo iniquitas for tasse diceris. j. Reg. iij. dicit̄. Iuraui domui Hely ꝙ non expietur iniquitas dom⁹ eius victimis & muneribus vsq; in sempiternū. Et Greg. Cū superna indignatio sese (vt ita di xerim) medullit⁹ mouet, hāc opinio vel oppositio humana nō remouet, nec se cuiusq̄ vtiliter deprecatio obijcit, cū semel de⁹ aliq̄d ab intimis irascēdo disponit, xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosor. ergo nō est paratus deus recipere cōfugiē- C

D tem ad se. ¶ Respondeo quod aliud est de abolitione poenę: & aliud de remissione culpæ. Argumenta procedunt de poena quam deus statuit peccatoribus infligēdam, sed culpā semper paratus est remittere, & gratiam iustificationis cōferre: iuxta illud Apostoli ad Rom. x. Idem est dn̄s omniū diues in omnes qui inuocāt illum. Omnis enim quicūq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et Eccl'i. ij. Quis inuocauit eū, & despexit illū, quoniam pius est & misericors, & remittet in die tribulationis peccata. Et Ezechie. xviij. Poenitentiā agite ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinā iniquitas. Subdit, Nolo mortē morientis: reuertimini potius. & viuite &c. ergo impium & blasphemum est &c. ¶ Ad rationes ante oppositum. Ad primam probationem minoris dico quod nunq̄ intellectus culpabiliter
E errat sine vitio voluntatis. Vnde August. iij. de libe. arbit. Non tibi imputatur ad culpam si inuitus ignores, sed si scire non statueris, si dignum ad recte faciendum operā non dederis. Vnde volūtas quia domina est ī regno animę, potest mouere intellectum vt discat vel aduertat quācūq; veritatem ad cui' notitiam vel fidem obligatur. Et sic quāuis illi assensus intellectus naturaliter causentur tam veri q̄ erronei ex omnibus suis causis positis, includēdo sub ly causis disponēs requisitas, antecedenter tamen sunt in potestate volūtatis, & sic possunt imputari ad culpam, quia. s. pōt remouere dispositiones impediētes assensum, & congruas assumere, retrahere a cōsideratiōe aliorum. & mouere ad studium necessariorum. Quod autem affectiones volūtatis non solum distrahant intellectum, sed etiā eius iudiciū peruertāt, patet per illud. ij Rhetoricorum, Non eadem videntur amantibus & odientibus, iratis & mansuete se habentibus, sed omnia diuersa vel saltē magnitudine, & Ioan. v. Quomodo potestis credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & eā quæ a solo deo est, non quæritis. Det domin' vt non eadem causa (qua plerunq; inficimur) aberremus & excidamus a recta fide. ¶ Ad secundā probationē minoris respondet beatus Tho. ij ij. q. ij. arti. v. ad primū. Si in potestate hominis dicat esse solū illud quod potest excluso auxilio gratię, sic ad multa tenet homo quę nō pōt sine gra-

tia reparante: vt ad diligendū deum & proximum, similiter ad credendū articulos fidei: sed tamen hoc potest homo cū auxilio gratię dei, quod diuinitus misericorditer quibusdam datur, alijs iuste non datur in pœnā pcedentis peccati saltem originalis: vt dicit August. in lib. de correctione & gratia. ¶ Ad secundum principale respondeo. Cęcitas quę F excusat a peccato, est impotentia videdi intellectualiter, vt in fatuis, dormientibus, aut aliter ab vsu ratiōis impeditis: Aposto. autē loquitur de cęcitate nō quę dicit impotentiā videndi, sed impotentiā recte videndi ex impedimēto malitię: de quo Sap. ij. Excęcauit eos malitia eorum. & talis nō excusat a pctō. In pposito tamen Saluatoris videtē cæcum accipi prout idem est ꝙ scientiam superbe sibi non arrogare. Præmisit em̄. In iudicium veni in hunc mundū. vt qui cęci sunt, videant: & qui vident &c. Et cū dicit Ioan. xij. Propterea non poterant credere &c, dico post glos. ibidem, ꝙ non poterant non quia necessitate non possent, & ita nulla culpa esset in eis: sed quia nolebāt: quā voluntatē eorū pręsciuit, & pmissurus pnunciauit. Nolebant inquā semp effectu, etsi nō affectu, vt exponit illud Psal. Qui diligit iniquitatē, odit animā suam. ¶ Ad tertium dico primo ꝙ etsi voluntas incompleta (quam multi velleitatē nominant) sit impossibiliū: voluntas tamen cōpleta, quę efficaciter mouet ad eligendū, & ad exterioris opis exercitiū, solum est possibilium: quemadmodum & electio. Supposito tamen ꝙ voluntas efficax vitandi omne peccatū stare: cū dicto errore, prout argumentū assumit de velle vitare quandiu posset: non arguit voluntatē vitio non subiacere. Exemplū in illo q vult fornicari ne puella se interimat, credēs se ad hoc teneri, ne incurrat culpā homicidij. Item hæreticus q volens omne peccatū vitare, tradit se incēdio p hęresi, quā fidei veritatē autumat, indubie peccat: non obstāte ꝙ animi sui pertinaciā putet esse p veritatis fidei defensione cōstantiā & debitā fortitudinem. vnde Apost. ad Rom. x. Testificor illis qm̄ zelū quidē dei habent, sed non scdm scientiā. Et Ioā. xvj. dicit. Venit hora vt oīs qui interficit vos, arbitretē se obsequiū pręstare deo. Et. j. ad Tim. j. Qui prius fui blasphem⁹ & persecutor & cōtumeliosus:

sed misericordiā cōsecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate mea. q̄ indubitatū est in Paulo grauia pc̄tā fuisse. Volūtate ergo volēte oē pc̄m̄ vitare, stat iā actu ꝑ aliud velle peccare, vel etiā ꝑ omissionē intellectu simul laborāte culpabili ignorātia, errore, vel inaduertentia: quāuis sit impossibile voluntatē peccare, & simul velle oē pc̄m̄ vitare, nullo stāte in intellectu errore vel ignorātia agendorū: cū nullus possit efficaciter velle finem, quin simul velit

H oīa media q̄ scit vel credit ad illū finē necessaria. ¶ Ad secundā ꝓbationē eiusdē minoris dico ꝙ nullus error mortaliter culpabilis, cuiusmodi est ille ad cuius oppositā fidē explicitā quis tenetur: stat cum vera pœnitētia: & ita est de errore quo credit se a criminibus abstinere nō posse &c. vt patuit. Et ita cū errore tali non stat contritio spiritus, quæ auertit hominē ab omni peccato mortali: queadmodū nec in hęretico, qui volens vitare peccatū exponit se ꝑ errore quem veritatem putat, incendio. Nec obstat illud de Cornelio Centurione: quia aliud est de nescientia agendorum quę sunt positiui iuris diuini aut humani, ad quę nō obligatur homo priusquā sufficienter per præconem cui fides adhibenda est, fuerint promulgata: vt erat de baptismate suscipiēdo, de credulitate passionis Christi dei & hominis, quę per Petrum sibi erant annūcianda: & aliud de errore infidelitatis, cuius oppositum quisq; ratiōis capax tenetur credere, cum talis error sit in prohibitione, quæ ligat semper & ad semper. Et hæc de primo articulo.



ECVNDO INQVIRENDVM est an semper illicitum sit ꝓximo cooperari ad actū peccati. Et videtur primo ꝙ nō. Primo sic: Non requiritur in homine maior perfectio, q̄ sit in deo, iuxta illud Lucę. vj. Non est discipulus supra magistrū: sed ꝑfectus oīs erit si sit sicut magister eius. sed deus vnicuiq; cooperatur ad suū actū peccati, cū in omnē effectū plus influat causa prima q̄ secūda. ergo hoc licet & nobis. ¶ Confirmo hoc sic: si illicitū esset nobis &c. foret ideo, quia coopari ad actū peccati, inferret consentire in peccatū, qui consensus in peccatū semꝑ est pec-

caminosus. sed hoc non, ex quo sic deus infertur consentire in peccatū ex eius cooperatione: quod nephas est cogitare aut dicere. Deo enī similiter sunt odio impius & impietas eius. Sapien. xiiij. Nullus autem cōsentit in id quod odit. Nec valet euasio si dicatur. Deus vt princeps solutus est legibus, quibus homo arctatur & stringitur: ideo & si de deo &c. quia etsi nullis legib⁹ positiuis astringi possit: necessario tamen obseruat quæ sunt legis naturæ. Non enim posset odire eum qui summo ipsi amore obsequitur, & in nullo eius mandatū pretergreditur. Iam si istud cooperari sit nobis in prohibitione, illud est iuris naturæ &c. ¶ Secūdo sic. In sanctorum vita perspicimus quid in sacra scriptura intelligere debeamus: vt dicit Grego. sup Ezechie. Sed sancti non solū cooperati sunt alijs ad actum peccati, imo videntur eosdē induxisse, ergo licet nobis. Minor patet de Loth Genes. xix. q̄ Sodomitis clamantibus. Educ viros qui introierunt ad te nocte, vt cognoscamus eos. qui egressus ait: Nolite quæso fratres mei, nolite malū hoc facere: habeo duas filias, quę necdū cognouerunt viros: educam eas ad vos: abutimini eis sicut vobis placuerit, dūmodo viris istis nihil faciatis mali. Q̄d Ambrosi⁹ vt summæ charitatis efferre videtur, cum ait: Offerebat sanctus Loth filiarū pudorem: quia minus erat secundum naturā coire, q̄ aduersus naturā delinquere. xxxij. q̄st. vij. offerebat. Secundo de Helia. iij. Re. xviij. qui sacerdotes Baal induxisse videtur ad sacrificium idolorum cū eis inquit. Ponētes bouem super struem lignorū, ignem non supponite, & inuocate nomina deorum vestrorum &c. Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit deus, id est habeatur & colatur p deo. Tertio de Simone & Iuda qui coegerūt demones per idola dare responsa, quos vtiq̧ presciebāt falsa dicturos, vt cō uincerentur esse mendaces. Quarto de Helizeo, q̄ hoc videtur declarasse licitū. iiij. Regum. v. ca. qui petenti Naaman Syro. Hoc solum est de quo depreceris dominū pro seruo tuo quādo ingredietur dominus meus templū Remon vt adoret: & illo innitente supra manū meam, si adorauero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo p hac re. Cui Helizeus

Vade in pace. per quod declarasse videtur ꝙ licite poterat sustentare manus regis in actu idololatrię, quomodo et iã ibidem Lyra dicit licitum esse puellæ Christianę vt portet caudã dominę suę infidelis euntis ad phanũ. Nec releuare poterit si hęc aut horũ aliqua facta dicantur ad vitãdum maiora mala, quia nec illo fine licet mala facere. vñ Apostolus ad Rom.iij. Et non sicut blasphemamur, & aiunt nos quidã dicere. Faciamus mala vt eueniant bona: quorũ dãnatio iusta est. ¶ Tertio: quia si sic, sequuntur multa incõuenientia in agendis. Primũ, non licebit vsuras soluere, cũ sit alteri peccatũ recipere. nec ligabit iuramẽtum super solutione earum pręstitũ, contra cap. debitores. de iureiurando. cum iuramentum nequeat esse iniquitatis vinculũ. xxij.q.iiij. inter cętera. & eadem.q.j. si peccatũ. vbi habetur ꝙ nullus posset obligari ad peccatum. iam cooperatio talis est &c. Secundum, non ligaret iuramentum metu extortum de denando, contra ca. si vero. de iureiurãdo. &.c. ad audientiã. de his quæ vi metusve causa fiunt. imo nec licebit seruare: cum acceptio illa sit extorquenti peccatum: & ita cooperatio danti. nisi &c. Tertium, nõ licebit cogere ad obseruantiam mandati eum qui pręnoscitur pœnę timore principaliter obediturus. talis enĩ peccabit, iuxta regulam. Qui ex timore & plenius per Gratianũ. xxiij.q. vj. ca. fina. Quartum, non licebit debitum reddere cõiugi quę noscitur votum simplex emisisse, aut ob voluptatem damnabilem coniugale debitũ exposcere. Quintum, non licebit soluere ei qui cum scortis noscitur pecuniã cõsumptur⁹: aut mercari cũ eo qui scitur ob solam auaritiã mercantijs intendere. Sextũ, nec iuramentum requirere ab eo qui per idola noscitur iuraturus: contra Augu. ad Publicolam. xxij.q.j. Mouet te &c. ¶ Oppositũ, scilicet ꝙ semper sit illicitum, videtur non minus prægnantibus medijs deduci posse. Primum, iure naturę prohibemur in alterius peccatum consentire, ergo eodem iure illicitũ est alteri ad actum peccati cooperari &c. Antecedens patet per illud Apostoli ad Rom.j. Qui cũ iustitiã dei cognouissent, nõ intellexerũt: quoniã qui talia agunt, digni sunt morte, nõ solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus,

Vbi loquitur Apostolus de gentibus solis præceptis iuris natura astrictis, & consequentia tenet, quia cooperiri est quoddam consentire. Vnde de officio delegati, c. j, distiguit glo. quadruplicem consensum, videlicet negligētię, cōsilij, cooperationis, & auctoritatis, dicens omnia iura quib⁹ cauetur facientes & consentientes pari pœna puniēdos esse, debere intelligi de cōsensu cooperationis. nam auctoritatis magis punitur, negligētiæ & consilij regulariter min⁹. Secundo probo idem, deducendo ad inconueniens. Primum, quia liceret iuramētum requirere ab eo quem nouim⁹ falsum iuraturum, contra Augu. vt patet, xxij. q. v. qui exigit & ca. ille qui prouocat. Secundum, quia sic liceret furioso gladium reddere. Quod enim hoc sit illicitum, videtur solum propter cooperationē ad actum peccati. & videt̄ Gratianus sensisse omnem cooperationē ad actum peccati esse illicitam, xvij. q. vi, c. fina. vbi de eunte in apostasiam ait Sed ne ecclesia scandalum patiatur: ne discedēs in deteriora prçcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incēdiū monasterij, occasione suorum inardescat: laudabili⁹ sibi sua non dico redduntur: sed auferri sinūntur, quam ab illo ista inferātur. Vbi hoc dicēs sensisse videtur ꝙ illicite sibi rederētur propter cooperationem ad actum peccati. Tertio efficacius videtur sic probari. Nulli licet velle quod proximus peccet mortaliter: ergo non licet cooperari sibi ad actum mortalis culpę. Antecedēs patet, quia hoc est contra charitatem quam deo debemus & proximo, quoniam in proximi peccato dehonoratur de⁹. & quam grauissime lęditur proximus. Et cōsequētiam probo, quia sequitur, Iste cooperatur Ioanni ad actum peccati: ergo Ioannes peccat sed nullus potest velle antecedens: nisi simul velit & consequens, quod tamen aduertit necessario sequi, alias enim posset efficaciter velle ire ad ecclesiam sancti Petri, & tamen nolle hinc abire. Et generaliter posset velle finem nolendo media quæ scit aut putat ad illum finem necessaria, vt in tempestate saluare vitam, & nolle merces eijcere, quod videt ad saluandum vitam necessarium, quod absurdissimum est, & manifeste falsum. ¶ Dicetis fortasse quēpiam posse velle antecedens nolendo consequens con-

sequentiæ quam scit vel credit necessariam, si nolit aut nõ velit consequentiam esse necessariam: vt appetere episcopatum, & nolle sacerdotium. ire ad Angliam, & nolle trãsire mare. Quod videtur deducere doctor subtilis. vj. disti. ij. quia potest quis scire antecedens ignorando cõsequens, dũ nesciat cõsequẽtiã esse vel tenere. ergo similiter velle antecedens nõ volendo consequens, si non velit consequentiã esse bonam. ¶ Dico, et si veritatem habeat de velle simplicis complacentiæ aut velle conditionato, nequaquam tamen stare potest de velle efficaci, quod non stat sine executione in eo qui potest & non impeditur: alias (vt prius dixi) posset quis efficaciter velle saluare vitã, & nolle merces &c. quod nemo sane mentis iudicabit fieri posse. Respondeo ad questionem. Et si questionem in proprijs terminis a doctoribus tractatam non inuenerim, inuenio tamen eos in varijs casibus particularibus cooperãdi ad actum peccati, nõ solum alijs cõtraria sensisse, verum & sibijpsis plurimum aduersari. Vnde in facto receptionis ad vsuram: quod est quoddam cooperari ad actum peccati communiter sentiũt

A ꝙ in necessitate licet a parato fœnus exercere ad vsuram recipere, sed non extra necessitatem. Vnde beat⁹ Tho. ij. ij. q. lxxviij. artic. vlt. dicit. Nullo modo licet inducere, sed ab eo qui paratus est dare ad vsuram, licet accipere propter aliquod bonum, vt est subuentio sue necessitatis vel alienæ, sicut incidenti in latrones licet manifestare sua bona, ne occidatur. que tamen latrones diripiendo peccant, exemplo decem virorum qui ad Hismael dixerũt, Nolite occidere nos quia habemus thesaurum in agro. Hieremie. xlj. Idem expressius ponit Asten. lib. iij. ti. xj. ar. iii. addẽs post Richar. ꝙ nõ debeat intelligi de sola necessitate extrema, sed qua homo notabiliter dãnificaretur, aut notabilem penuriam incideret. Secundum Monaldum vero pro quãta necessitate licet, non determinat ars vel scientia, sed charitatis intentio Et Anto. post dominum Petrum de Palude parte. ij. ti. j. c. ix. §. vlti, dat rationem quare preter necessitatem capiens ad vsuram peccat, quia (inquit) non solum peccat qui alteri dat occasionẽ peccandi, sed etiam qui scienter absq; iusta causa & necessitate proponit alteri materiam vnde sumat

occasionem peccandi, maxime dum credit ipsum dispositū ad taliter peccandum, vt si mulier credens alium dispositū ad concupiscendum eā, absq; iusta causa & necessitate præsentat se ei, peccat. Allegat ad hoc, quia vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Non satis aūt displicet alicui damnatio, proximi sui, si sciēter proponit ei materiā vnde sumat occasionem peccandi. & sic est in proposito &c. ergo &c. addens q si petat ex iusta causa vel necessitate, si absolute petat mutuum, licet. Sed si petat sub excrescētia vsurę peccat, quia nullus potest ab alio petere quod scit eum absq; peccato facere non posse. excusat tamē simplices qui ignoranter sic petunt, & alios qui firmiter tenent q alias nollet mutuare. Item beat⁹ Bernadinus in libro quem edidit de contractibus, dicit q in duobus casibus recipiens ad vsurā peccat mortaliter. Primo si absq; rationabili necessitate, q̄a tunc malo alterius male vtitur. Secūdo si quādo vellet mutuare propter dei timorem ipsum inducit ad mutuandum sub vsura. ¶ Sed hęc sententia dura videtur. & multos inuoluere. Plures enim humano pudore negligūt vel nolūt ab amico mutuum petere, accedentes potius cum sua iactura ad mensam fœnebrem. Item nec vera videtur: quod sic deduco, quia vel ponimus quod petitio nostra afferret occasionaliter pximo spirituale detrimentum animæ, & q tūc necessitas nostra nō releuat vt liceat petere, patet: quia pro spirituali salute proximi procuranda aut seruāda tenemur non solum facultates nostras, sed & animas nostras, id est vitam corporalem pro tali salute exponere. Præterea non excusamur ab impletiōe diuini mādati nisi p impotētiam cum scilicet implere non possumus. Sed cum ex facto nostro ad quod alias obligamur ex dei mandato, verisimiliter pnoscitur proximus sumpturus occasionem peccādi: excusamur ab impletione diuini mandati, de cōfitendo sacerdoti peccata, ergo reddimur per hoc impotētes facere, & non impotētia facti: ergo impotentia iuris, qua scilicet nequimus hoc licite facere, ergo non licet propter necessitatē nostram temporalem proximo proponere vnde verisimile est eum ruiturum esse in peccatum, etiam occasione acceptā non data. Consequentia vltima tenet, quia vbi non ex- B

cusat necessitas præcepti diuini, minus excusare poterit tẽporalium facultatum necessitas. Et minor principalis patet per ipsummet beatũ Tho. dist. xvij. iiij. sentẽtiarũ. vbi dicit ꝙ si confessurus sciat suum sacerdotem fragilem, pronum scilicet ad peccatum quod ei confitetur: aut si peccatũ scit contra ipsum commissum in omnibus casibus in quib⁹ timet probabiliter sibi periculũ aut confessori debet recurrere ad superiorem, vel ab eodem licẽtiam petere alteri cõfitẽdi. ꝙ si illam obtinere non posset, idem iudicium est de ipso, quod de eo qui copiam nõ habet sacerdotis. Idem sentit Altissiodoreñ. iiij parte summę de circunstantijs peccati confitendis, sed ibi sacerdos solum sumeret occasionem, cũ
C confitendo peccatum magis videtur quis alium pręmunire ne cõsimiliter peccet quam eũdem ad peccatũ inducere. ergo. Vel ponitur ꝙ petitio nostra nullũ alteri afferret detrimentum salutis, & tunc siue necessitatem patiamur siue non, nihil prohibere videtur quin pro commoditate nostra liceat accedere. Et sic necessitas corporalis seu imminẽs dãnum facultatum nihil facit ad rationem liciti vel illiciti in huiusmodi cooperatione. In alio facto communionis seu cooperationis ad actum peccati, inuenio regulariter doctores sentire quod nulla necessitas efficere posset vt liceat ad actum peccati cooperari, puta in casu quo alicui cõstat suũ episcopum esse simoniace promotũ ad ordinem quantũcunqꝫ occultum fuerit, dicũt nulla via mũdi licere, quacũque pœna eum afficiat, vt episcopo in traditione ordinum communicet, ordinem videlicet ab eo suscipiẽdo. Vnde beatus Tho. ij. ij. quęstio. c. articu. ij. in solutione ad secundum Quidam dicunt, si non potest probare ip̃m esse simoniace promotum, debet obedire ordinem suscipiẽdo sed non exequi sine dispensatione. Quod reprobans addit, Hoc absqꝫ ratione dicitur quia nullus debet obedire ad communicandum alteri in facto sibi illicito. Ille autem qui est ipso iure suspensus quo ad se & alios, illicite confert ordinem, vnde nullus debet sibi obedire recipiendo ab eo ordinem quacũque ex causa, Ita quod hic vult nullam necessitatem excusare: quam tamen ponit excusare in receptione ad vsuram quę si inuicem non aduersentur, nescio quid sit contrarie-

tas:eum vtrobique æqualiter habetur ratio coopationis ad actum peccati. Eandem opinionem Tho. in hoc casu tenet resolutorie glo. j. q. qst. j. si qui a simoniacis. vnde dicit quem potius debere ferre excommunicationem, quantūcūque occultum sit crimen episcopi vt probari non possit. Idem tenet glo. in cap. per tuas. de simonia. & ibi regulariter canonistę. Sed meo iudicio oppositum verum est etiā de iure antiquo, etsi nulla desuper haberetur prouisio ex concilio Constantieñ. aut Basilieñ. quia licite conferret ordines etiam nominatim excommunicato, si sciat excōmunicationem eius omnes latere, forte quia acta iam cōbusta sunt, & omnes testes mortui: vt patet per cap. cum nō ab homine. de sentē. excōmu. & cap. si sacerdos. de officio ordinarij. & cap. placuit. vj. q̄st. ij. Ergo pari ratione non tenetur subditus etiam in receptione ordinum, eucharistię, aut alterius sacramenti, vitare suum episcopum: cū minus liceat videatur subdito vt vitet suum prelatum, quā contra. Nec obstat cap. inquisitioni. de senten. excommunica. quod dicit potius ferendam esse excommunicationē &c. quia loquitur vbi per censuram comminatam quis cogitur ad hoc quod se scit sine mortali peccato facere nō posse: vt patet ibi ex verbis textus. Secus autem est in proposito, vt patet ex allegatis: sicut nec iam illicite sumerem eucharistiam vel ordinem ab eo quem scio & probare possem excommunicationis sententiam incurrisse, dū nominatim excommunicatus non sit aut denunciatus iuxta decretalem concilij Constantieñ. ¶ Pro respōsione igitur ad quæsitum, præmitto primo quod differenter possum⁹ alteri esse causa peccati. Primo directe & positiue, dum scilicet alium prece, precio aut consilio inducimus ad peccandum, vel alias ei proponimus vnde prenouimus ipsum verisimiliter ruiturum in peccatum. Secundo indirecte & priuatiue, dum scilicet aliquid faciendo vel omittēdo prescimus aut præscire deberemus aut probabiliter dubitare nos phibituros proximi peccatum, vel reuocaturos eundem a peccato, & tamen hoc non facimus, aut non omittimus: sicut nauta dicitur causa submersionis nauis quando debuit & potuit submersionem nauis prohibere, &

non prohibuit seu impediuit. Dico notāter & debuit: quia extra casum debiti non dicitur causa submersionis, quāuis potuisset plurium nauium submersionē impedire. Patet ꝙ tunc sumus causa priuatiua peccati vel obstinatiōis proximi, quia mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit. lxxxiij. dist. ꝓuidendum. Et per illud Ambro. Pasce fame morientē. si non paueris, occidisti. lxxxvj. dis. pasce. Quod si locū habet in morte corporali, lōge veriꝰ est de morte spirituali animę. Hinc Aug. ait: Illud fidentissime dixerim: qui confugientē ad se quantum honeste potest ad reddendū non compellit: sociū esse fraudis & criminis. xiiij. q. vj. si res. & similiter est de alijs peccatis: ergo. & ad hoc seruiunt quę adducuntur a doctoribus ad probandum fraternam correptionē omnibus esse in præcepto. ¶ Forte dicetis. Quando possemus operatione vel omissiōe proximum a peccato reuocare, vel a perpetrando prohibere: & pro tempore quo ad hoc tenemur, non facimꝰ vel omittimus: verum est, censemur causa peccati eiꝰ: sicut supra dixisti de nauta: sed hoc nō arguit nos semper ad hoc obligari, quādo verisimiliter præscimꝰ aut probabiliter dubitamus &c. sicut nec nauta dicitur causa

F submersionis nauiū quas gubernandas non suscepit, quāuis prę sciat naues sine sua directione submergēdas. ¶ Respondeo. Quandocūq; possumus, tenemur. Vnicuiq; em mandauit deus de proximo suo. Eccl. xvij. Lege enim charitatis tenemur proximum vt nos diligere: & ergo peccatum eius impedire, vel ipsum a peccato reuocare cū possumus. Hinc Augu. ait. Debet homo diligere ꝓximū suum sicut seipsum: vt quem potest, beneficij consolatiōe doctrinę exhortatione, aut pœnę coerctione adducat ad colendū deum. xxiij. q. iiij. debet homo. quod intelligo limitandum dum constat nobis ꝙ hoc possumus, vel ꝓbabiliter dubitamus, aut hoc scire vel dubitare ex occurrentibus facti circunstantijs obligamur. ¶ Secundo prę mitto ꝙ ꝓhibitiōi

G bus interdum prohibetur aliquid non quia in se malū, sed ex causa: & illę non ligant vbi ratio vel causa nō habet locum: vt patet de ꝓhibitione iusiurandi, & vinum sumendi, in. c. & si Christus. de iureiurā. ¶ His præmissis dico ad

quæsitum ꝙ cum prenoscimus cooperationem nostrā verisimiliter proximo non allaturā detrimētum salutis, licet sibi cooperari ad actū peccati, quia tunc cessat ratio quare prohibemur proximo cooperari ad actum peccati. Itē nisi sic, volenti occidere vxorem, vt posset ducere aliam, non liceret cōsulere vt potius committat adulterium vxore manente in vita, quod tamen licitū esse patet ex verbis Aug. xxxiij. q. ij. si quod verius, & si recte hoc consulo, indubitatum est quin preces liceat adiungere vt exequatur q̄d sibi consultum vel persuasum est, sicut nolētem mutuare pauperi extremam necessitatem patiēti, licite precibus induco vt potius sub vsura sibi panem vel aliud mutuet vnde possit viuere, quo vtiq; min⁹ delinquit, quā si eum fame perire sinat. Hinc etiam beatus Tho. xix. d. iiij. dicit, Licet sciamus fratrem ex correptione nostra conscitandum ad odiū dum speramus ꝙ odiū paulatim tepescet, & sequetur correctio, non est abstinēdum a correptione. Ergo licet cooperari fratri ad actū quo ipse peccat, dummodo hoc operari vel cooperari nostrum non est sibi allaturum detrimentū salutis. Sed vbi operatio vel cooperatio nostra afferret salutis detrimētum proximo, puta prouocabitur ex hoc ad peccandum, aut obstinabitur in peccato, vbi nobis non operantibus vel cooperantibus reuerteretur ad cor, & pœniteret de peccato, tunc non licet operari hoc vel cooperari: q̄a hoc esset percutere conscientiam infirmam, & sic peccare in Christum. i. ad Corinthios. viij. Et essemus vtrobiq; causa priuatiua vel positiua peccati vel obstinatiōis proximi. Ab hoc tamen excipiendum est si actu nostro quo lederetur vel obstinaretur vnus, plures essent lucrandi. Tunc est salus multorum preferri debet, & habet locum illud Apo sto. Christi bonus odor sumus in his qui pereunt, & in his qui salui fiūt. alijs odor vite in vitam, alijs odor mortis in mortem. ij. ad Corinthios ij. Et hoc concludunt facta sanctorum allegata secundo argu. ante oppositum, Ex his infero quod a parato dare mutuum sub fœnore, licet etiā extra casum necessitatis ad vsuram accipere, dum tamen non placeat nobis alterius peccatum. Primum patet, quia tunc non afferet proximo detrimentum salutis. Et secundū, sci- H

licet quod nō licet habere complacentiam in peccato. quia hoc est diabolicæ obstinationis, si placeat in ratione peccati: quomodo plerique illud Augustini intelligendum putant: Nullum peccatum adeo veniale est, quin fiat mortale dum placet. & ponitur in glos. j. ad Corinthios. xj. &. xxv. distinctione cap. vnum. §. criminis. Aut etiam si placet vt actus delectabilis vel vtilis ad finem desideratū, non est sine mortali peccato, dum actus ipse ex genere fuerit mortalis, & cōplacentia sit actus liberę volūtatis, vt est dum volo, desidero, vel appeto per alium peccatū fieri. secus de cōplacentia quæ in modum passionis etiam in iustis hominibus voluntate renitente vt libera est insurgit. Et quia rationes vtriusque partis falsum adducūt, primę quod semper liceat cooperari, & alię quod nunquam: omnes soluēdæ sunt. Ad primam, quamuis sententia Duran. & plurimū aliorum certum teneat quod deus substantiam actus mali non concausat (quam opinionem vltimo tradit Magister
I xxxvij. distinctione secundi, iudicium relinquens prudētis lectoris examini) quia tamē nō oportet omnia in dubium reuocare, cum suppositis dictis communib⁹ poterit oppositum saluari admisso concursu generalis influentię dei ad actum malum: dico quod in homine nō requiritur maior perfectio quam in deo: cum dei perfectio sit infinita, & sic incōprehensibilis: sed multa requiruntur ad perfectionem seu virtutem hominis, quę non oportet obseruare deū. Generaliter enim tenetur homo reuocare a peccato quos potest, deus autem neminē, cui tamen tam facile esset malas hominum voluntates ad bonū conuertere, vt est sibi facile hoc velle: secundum Augus. in Enchiridio. Et ergo non oportet si cooperatur vbi scit sine sua cooperatione hominem non casurum, vel forte rediturum ad cor & pœniten-
K tiam, quod similiter idem licebit nobis. ¶ Ex hoc respōdeo ad confirmationem, quod cooperari ad peccatum vel peccati actum, non infert absolute consentire in peccatum, sed sub certis modificationib⁹ seu circunstantijs, videlicet dū verisimiliter prænoscitur aut prænosci deberet, quod afferret detrimentum salutis. Afferret inquam occasiōe data, vel etiam accepta: vt de hoc prius dixi. Et hoc in certo sub-

lecto, puta illo quod tenetur quantum potest alterius salutem procurare, & procuratam vel existentem conseruare: quod nequaquam locum habet in deo. Et ergo glo. ad Romanos .j. quæ dicit quod cõsentire est tacere cum possit arguere, vel errorem fouere, intelligenda est vbi & quando quis tenetur: alias descriptio competeret deo & etiam homini iusto pro tempore quo ad arguendum non tenetur. Cum subiũgitur: Deus necessario obseruat quæ sunt iuris naturæ: vtique verum est de his quæ sibi sunt iuris naturæ sed non de his quę hominibus cadũt sub præcepto iuris naturæ: vt patet de reuocare hominem a peccato &c. ¶ Ad secundum principale primo de facto Loth videtur inter Augustinum & Ambro. contrarietas an virtutis fuerit an vitij. August. eñi asserihit hoc perturbationi mentis in Loth, & eum in hoc non fore imitandũ, vt patet .xiiij. distinctio. cap. quod ait zodomitis Loth. quod vtiq; verum videtur, si verisimile erat aut dubium probabile filias suas peccato assensum fuisse prę stituras, cum magis tenebatur filiabus prouidere, & easdem tueri cõtra verisimiles occasiões peccati, q̃ extraneos hospites, iuxta illud .j. ad Timo. v. Si quis suorum & maxime domesticorum curam nõ habet, fidem negauit, & infideli deterior est &c. Ambro. idem factum Loth virtuti asscribere videtur, pro supposito habens ꝙ tãtam putauerit in filiabus animi constantiam, ꝙ etsi violarẽtur corpore, mente tamen manerẽt incorruptę. Non inquinatur autem corpus nisi de consensu mentis .xxxij. q. v. per totum. Quod horum veri⁹ sit, nõ cõstat ex scriptura, proposito nostro sufficit si ei⁹ coopatio fuerit illicita, fuit ideo quia attulisset filiabus detrimẽtum salutis. ¶ Per idem respondendum esset de facto Aaron, qui Iudæis petentibus conflauit vitulum paratis vtiq; pro tũc idololatrare, vt patet Exodi. xxxij. propter quod dñs vehemẽter iratus aduersus Aaron voluit ipsum cõterere: vt patet Deute. ix. quia opus illud natũ erat alios simplices quantũ ex se erat inducere ad similiter alijs idololatrandũ, Vnde pro regula dico Non licet cooperari proximo ad actum peccati per quem alius læditur, & ad eum casum limitari debet quod dicunt docto. (si etiã idigenas cõplecti debeat) Nõ licet locare do-

mumvolenti fœnerari,nec licet parato furari demonstrare quo loco situm est alienum,vt ipsum possit auferre,nisi in casu quo dominus actu elicito vel debito esset volens,puta si prenosceretur fur alias dominum rei occisurus vel mai⁹ damnum eidem pro certo illaturus ¶ De facto Heliæ dico quod ibi gēti iudeorū profuit,eandē ab idololatria reuocando,nec alijs nocuit qui parati erant & firmi propositi amodo in idololatria persistere. Declaratio autē Helisei intelligenda est cum per boc non affertur alteri salutis detrimentum. ¶ Ad tertium principale. Omnia illa licent sub limitatione prædicta dum scilicet verisimile sit ꝙ non afferēt salutis detrimentū quibus cooperamur:aut si noscant affer re,omissio nostra alios deterius scandalizaret:vt de nō ob-
M seruando iuramentum metu extortum. ¶ Ad rationes alterius partis. Ad primam patet ex dictis circa solutionem primæ rationis ante oppositum,quādo cooperatio ad actū peccati censetur consensus in peccatum. Et si iuxta hoc petas quare Paulus custodiendo vestes lapidantium Stephanum,dicitur Act,viij.neci eius consensisse,cum solum vestes custodierit eorum qui nihilominus sine eius cooperatione erant Stephanum occisuri:& quare non licebit a phitonissa responsa expetere si cooperatio solum sit consensus in peccatum,cum affert detrimentum salutis positiue vel priuatiue modo præexposito,dico ꝙ cooperatio tatione sui solum est peccatum & cōsensus in peccatum sub modo dicto,si tamen simul concurrat complacentia actus peccaminosi,aut absolutum velle ꝙ ꝓ alium fiat,adiūgitur ei aliud peccatum consensus,& sic erat de Paulo:etiam per hoc lędebatur proximus,puta beatus Stephanus. & sic iuxta regulam datam talis cooperatio fuit illicita:sicut nō licet mihi furem iuuare in asportādo rem furtiuam,licet sine opera mea aut auxilio esset idem ablaturus. De requirere responsa phitonissę habemus specialem prohibitionem Leuitici.xix. Non declinetis ad magos,neq̧ ab hariolis aliquid sciscitemini.ideo non licet &c. ¶ Ad secundum dico ꝙ non licet iuramentum requirere ab eo quem nouim⁹ falsum iuraturum,dum per hoc induceretur peccare mortaliter. alias non peccaturus. Et hoc intendit Augu. vt patet ex sua

probatione, qua dicit exactorem talem occidere duas animas, suam scilicet, & ipsius iurātis. Secus si noscatur paratus peierare: & nisi iuramētum requiratur, liberius & effrene in alijs etiam decepturus proximum, vt sæpe contingit in abominantibus piuriū: qui alia peccata furti & fraudis & similia pro nihilo reputāt. Et istud credo procedere in parte, puta priuata persona, quæ iuramētum exigeret, non autem in iudice, cuius est communi vtilitati hominum prospicere, Vnde (vt vult Tho. ij. ij. q. xcviij. articu. iiij. & glossa, xv. quæstione. v. capi. presbyteri.) Et si iudex sciat falsum iuraturum eum a quo iuramētum exigendum est potest nihilominus iuramētum inducere & requirere. Beatus Tho. adiungit, quia non tam iudex quam alius ad cuius instantiam fit, censetur exigere. Veram rationem credo, qa maiora discrimina immineret reipublicæ deceptionum & fraudis si iudex necessitate officij talia iuramenta non exigeret. Hoc credo mouisse sanctum Bonauen. vt diceret ꝙ pro vtilitate communi liceret requirere iuramētum ab idololatra qui noscetur per idola iuratur⁹. distin. xxxix. iij. sententiarum. ¶ Ad aliud de furioso dico ꝙ vtiqꝫ liceret furioso gladium reddere dum alias maiora imminerēt discrimina sibi vel alijs: vt vult beatus Tho. xxxij. distinctione. iiij. tractans materiam an licet reddere debitum menstruatæ. Sic etiam in proposito de cooperatione ad actū peccati nō licet vbi nobis nō cooperantibus nō peccaret, vt furiosus sine redditione gladij seruaretur in vita, nisi salus aliorū (vt prius dixi) hoc requireret. ¶ De verbo Gratia. dico qđ nō solum licet sinere vt apostata sua auferat, sed etiam alia bona mobilia monasterij tradere: ne ipsum monasterium incendat: quanquam Grati. placuerit quo ad hoc temperare sermonem. ¶ Ad tertium dico qđ maxima illa: Qui vult antecedens, necessario vult consequens quod scit vel credit ad ipsum sequi: veritatem habet cum hoc consequēs est medium necessario præcausandū ab eo qui sua volitione causaturus est antecedens: quia nisi sic, efficaciter posset velle finem nolendo media quæ scit aut credit &c. vt saluare vitam, & nolle merces eijcere cum hoc scit aut credit esse ad vitam necessarium. Secus dum consequens non est mediū

quod præcausari debet ab eo qui vult sua volitione causare antecedens. patet. nã deus vult cooperari Ioanni ad volitionem deliberatam adulterij, ad quod per necessariã cõsequentiam scit sequi Ioannem peccaturum mortaliter: & tñ non vult hoc consequẽs. Sic sępe quis vult vsq; in finem permanere in peccato, ad quod credit sequi se æternaliter puniendũ, quod tamen omnino non vult. Et ergo docto. illud psal. Qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam: exponunt, odit effectu, nõ affectu. Iam in proposito nos cooperari ad actũ peccati alterius. non infert ipsum peccare tanquam effectum medium necessario pręcausandum ab eo qui vult sua volitione causare antecedens.



TERTIO videndum est an vnquam liceat eucharistiam vel aliud sacramentum sciẽter indigno tradere. Et videtur quod sic. Primo. Omnis Christi actio, nostra est instructio. sed ipse in cœna tradidit corp⁹ suũ Iude, quẽ nouit actu peccatũ habere. Vnde August. Christus tanta patientia traditorẽ suum pertulit, vt ei primam eucharistiam confectam manibus suis in ore cõmandatã: sicut cæteris apostolis traderet. i. quæ. i. Christus. Idem dicit Diony. iij. ca. ecclesi. hierarchiæ. Et Matthęi. xxvj. dicitur sine exceptione: Accipite & bibite ex hoc omnes &c. ¶ Secundo sic. De officio ordinarij. ca. si sacerdos. dicitur. Nisi quis iudiciario ordine pbare poterit: non licet alium arguere nominatim, nec a cõmunione remouere, quanuis sciat ipsum per confessionẽ aut aliis impœnitentem permanere in peccato. Ex quo videtur quod indistincte tradi debeat occulto peccatori, siue in occulto petat siue in publico. ¶ Et confirmatur per illud August. Non prohibeat manducare dispensator pingues terræ: sed moneat exactorem. de conse. dist. ij. non prohibeat. de quibus pinguibus propheta ait: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit deum factorem suum. Deute. xxxij. ¶ Tertio sic: Iuxta decretum concilij Constantieñ. non tenemur in sacramentorum administratione vel receptione quem-

cunctꝫ generaliter excommunicatum suspensum vel interdictũ a iure vel ab homine vitare. sed talis petẽdo & suscipiendo manifeste & publice, est manifestus & public9 peccator: ergo licet scienter &c. Minor patet: quia vt dicit Syno. Basilieñ. per illã constitutionẽ non intendit ecclesia vel conciliũ huiusmodi excõmunicatos interdictos vel ꝓhibitos in aliquo releuare, vel eis quomodolibet suffragari. Iã si petendo vel suscipiendo in excõmunicatione sacramẽta nõ peccarẽt, maximũ esset eis releuamen exhibitum. ergo &c. Confirmo sic: suspectis de crimine daẽ eucharistia ad ꝓbationẽ: vt patet. ij. q. iiij sępe cõtingit. ergo. Similiter liceret tradere publicis peccatoribus: alias periculosum esset dare suspectis de crimine. ¶ Ad oppositũ videẽ primo illud Matthęi. vij. Nolite sanctũ dare canibus: neqꝫ mittatis margaritas ante porcos. quo pcepto ꝓhibemur sacramenta ministrare peccatoribus q vel vt canes oblatrant, vel vt porci in cœno vitiorũ volutanẽ. Nec releuat si scandalũ imminet: quia vt ait Grego. Vtilius scandalũ nasci pmittiẽ q veritas relinquaẽ. de regulis iuris. q scandalizauerit. Cõfirmo hoc dupliciter. Primo sic: quia nulla occasione scandali imminentis liceret eucharistiã mittere in sentinã corporalem. ergo minus in sentinam vitiorũ, quã multo amplius abominatur dominus, cuiusmodi est homo peccator. Secundo, quia scandalum imminens non excusat cum patet alia obuiandi scandalo simul obseruando praeceptum: sed ita videtur in proposito, cũ posset sacerdos tradere peccatori hostiam non consecratam. ergo &c. ¶ Secũdo sic: si medicus corporalis daret ægroto medicinam mortiferã, nõ obstante petitione ægroti peccaret mortaliter. ergo fortius medicus spiritualis si porrigat toxicum animę, peccabit mortaliter: imo sic secũdum Augustinũ nõ licet furioso reddere gladium, minus licebit furioso spiritualiter non dico reddere, sed donare quo se interimat &c. ¶ Tertio efficacius videtur idem sic probari, Iure naturæ prohibemur alteri facere quod nollemus nobis fieri: vt patet. j. distinctione in decrẽ. Et Matthęi. vij. dicit: Omnia quęcũqꝫ vultis vt faciant vobis homines &c. Hęc est enim lex & prophetę quod intelligendũ est de velle & nolle debitis, nõ de

his quę facto habent homines, vt vult magister.iij.senten tiarū dist.xxxvij.& glo.decre.in passu allegato. Sed quisque indignus tenetur velle vt sibi indigno ad condemnationem animę suę non detur eucharistia.ergo tenemur & nos alteri nolle dare. Fortassis dicet aliqs post dñm Altis: quod licet indignus tenetur nō velle sibi dari, cum hoc sit sibi nociuum:tenetur tamen cum hoc nō nolle sibi dari,ex quo hoc foret nociuum ꝓximo, quem negando in publico scādalizaret. Ex quo infertur, licet non dare sibi esse vtile, quia tamen ꝓximo foret nociuum, non tenetur hoc velle: & regula iuris naturæ. Quod ꝓhibemur &c. solū habet quod nolumus nobis fieri. Magna autem differētia est inter nolle, & non velle:cum nolle dicat actum positiuū voluntatis:nō aūt non velle. Sed hęc solutio videtur seipsam interimere.fatetur enim donationem illā sibi esse spiritualiter nociuam. Cum ergo quisq; teneatur nolle suū spirituale detrimentum prouenięns ex peccato, videtur teneri vt nolit sibi dari. Pręterea lege charitatis tenetur velle qđ proximus non peccet.ergo si ꝓximus peccaret non ministrando sibi indigno in publico petenti,tenetur & ad minus licite poterit velle quod proximus sibi petenti nō deneget,sed ministret.& ita non tenet̄ illud non velle,vt asserit solutio.Confirmo principale sic,si aliqd excusaret sacerdotem ministrantem indigno sacramenta, hoc esset debitum ministrandi.sed sacerdos nō obligatur indigno petenti ad ministerium sacramentorum. ergo. Minor patet: quia ipse indignus tenetur non petere:alias petēdo & recipiendo non peccaret cū illud tantū peccatum sit,ad cuius oppositū obligamur. iam vbi nulla est petitio, ibi nulla est mora.Et vt tradit doctor subtilis.d.xv.iiij.nō tenetur quis alienū restituere quandocūq; dñs est contentus, & volens actu elicito vel debito,ita scilicet ꝙ saltem tenet̄ & obligatur velle.Iam (vt deduxi) est volēs actu debito:imo sufficeret ꝙ ex debito nō sit inuit⁹ seu nolēs.

A ¶Pro respōsiōe dico primo ꝙ nullo mō licet inducere aliquē vt sumat sacramēta quē nouim⁹ (quātū humana fragilitas futura nosse permittit) ꝙ in mortali pctō ꝑcipiet. non enim posset hoc fieri sine dānabili irreuerētia ad sacramenta, quę dominus

in suffragium nostre infirmitatis instituit. Sed si petas, distinguunt doctores quia vel pctm petentis est occultu, ita q probari non possit: vel publicum. Si primum, subdistinguendu est, quia vel petit in occulto; & debet sibi denegari, & moneri ne quouis mo petat in publico. Aut petit in manifesto, & debet ei dari. Primo, quia (vt dicit btus Tho. in.iiij.) p peccato occulto publica pœnam inferens, reuelator est confessionis, aut pditor criminis. Secudo, quia qlibet christianus habet ius percipiedi Eucharistiam & alia sacramenta, nisi illud perdat per peccatu mortale. Cum ergo in facie ecclesiæ non constat peccatorem occultum illud ius amisisse, non potest ei denegari, alias esset sacerdotibus facultas q maxia pœna p libito afficere quos vellet. Tertio, quia scandalizaret eu, ei denegando. Hoc tamen limitandum credo si petat a sacerdote qui ei obligatur ad ministerium sacramentorum pro tempore quo ad hoc tenetur Vnde si sit curatus eius, & petes non sit æger, nec est dies paschalis debet ei Eucharistiam denegare. Cuius rationem assignat dns Petrus de Palude, quia debet a mortali peccato ipsum impedire quantum potest. sed hic potest, cu non teneatur sibi pro tuc dare. ergo & si per sola confessionem sibi co stet, potest ei denegare, no q ex cofessione ius illud acquisierit, sed ante habuit eo ipso q alius pro tuc non habuit ius petendi. allegat ad hoc de tempo. ordi. ca. ad aures vbi negantur ordines monachis petentibus pmoueri plalatis eoru contradicentibus. vbi pro ratiōe dicitur. Quia esse potest q prælati eorum secreta commissa nouerit, ex quibus eis constat q salua conscientia nequeant sublimari. Ita in pposito mihi verius videtur, & si denegando no posset peccatu eoru impedire, quia fortasse de manu eius rapiet, aut alias actu interiori intensius volent, & ita grauius peccabut, q ratio quare eis denegare tenetur, est quia no licet sanctum dare canibus. Si vero Petrus sit peccator public⁹ seu manifest⁹, omnino & in occulto & in manifesto nega- B
da est ei communio, iuxta illd Cypriani, Puto nec maiestati diuinæ nec euangelicę disciplinę congruere vt pudor & honor ecclesię tam turpi & infami contagione fœdetur vt scilicet tradat comunio histrionib⁹ & magis in suis sceleri-

bus persistentibus.de conse.dist.ij.c.ꝓ dilectione. Et in cō silio Bracarensi ꝓhibetur commemoratio fieri eorum qui ꝓ suis sceleribus moriuntur impœnitentes.xxiij.q.v. placuit.ergo multo magis est eis neganda sacrosancta cōmunio. Et hoc manifeste probat verbum Saluatoris allegatū. Nolite sanctū dare canibus &c. vt deduxi de Eucharistia, similiter dicendum est de absolutione sacramentali impendenda,& alijs sacramentis. Et quia rōnes vtriusq; partis falsum concludunt, primę ꝙ semper liceat peccatorib⁹ sacramenta ministrare: aliæ vero ꝙ nunquā: opportunū est omnes pertractare. Prima solū concludit ꝙ licet peccatori occulto tradere in publico,& hoc vbi imminet ex denegatione scandalū, vel etiā proderetur peccatum occultū: vt fuisse arbitror in facto Christi cū Iudę cōmunicauit cū cęteris. Non enim habemus ꝙ ipse obligatus erat eis tunc Eucharistiā ministrare. Dico notanter si &c. propter motiua Hilarij Marc.xxvj.quia cōmunicatis dixit dominus, Donec bibam illud vobiscū nouū &c. Et in consecratione sanguinis: Qui ꝓ vobis & ꝓ multis effundet in remissionē &c.vbi in secūda particula aliquos hoīes videtur excepisse, non in prima. Et accideret de facto ꝓditio criminis occulti, si sacerdos omnibus alienę parochię cōmunicaret de consensu superioris, vni soli hoc in publico negando. Et iuxta hoc limitāda sunt que in corpore quæstionis dixi de sacerdote non ꝓprio, seu non obligato pro tūc ministrare.

C ¶Circa hoc tamen est aduertendum ꝙ Christus qui secretorum est cognitor, noscens ꝓ certo quid cuiq; cōgruat ad salutem, potuisset vtiq; seipsum sine reprehensionis nota publico peccatori tradere: quemadmodum & peccatoribus publicis sub magna humilitate se tāgendum præbuit, aut non subtraxit: quod nobis (quibus ad ipsum reuerētia est in pręcepto) nequaq̄ liceret. Circa hoc etiam aduerte ꝙ cum Aug.& alij doctores dicunt peccatum Iudę fuisse occultū, intelligitur vel quia humanitus probare non potuisset Christus pręscius: quemadmodum factiosi Iudæi si requisiti fuissent ꝓhibere testimoniū veritati, negassent, ne fraudarentur intento. Et eo casu liceret curato ministrare ei quem verisimiliter præsciret iudiciario ordine conuinci

non posse propter &c. Vel quia occultum erat eum iam esse in proposito tradendi: qui forte post conuentiouem de tradendo cum Iudæis habitam, pœnituerat ante cœnam domini. ℂ Ad secundum de cap. si sacerdos. dico quod limitãdum est si petat ab eo qui sibi tenetur ad ministerium sacramentorum, & pro tempore quo ad hoc tenetur, vt probare videtur cap. ad aures. de tempo. ordi. nisi (vt in solutiõe primi dixi) immineat ex denegatione scandalũ, aut occulti criminis proditio, aut aliud si quid consimile sit quod magis vitare tenemur quam sacramenta indigno tradere. D

ℂ Ad confirmationem dico quod Augustinus ibi loquitur de peccatoribus occultis, quorum scilicet peccatum dispensator probare non potest. Et hoc manifeste ponit ca. si sacerdos. allegatum per illam exceptionem, nisi iudiciario ordine &c. probari possit. non obstat verbum Augustini in homilia de pœnitentia, scilicet: Nos quemquam a cõmunione prohibere non possumus (quanuis hæc prohibitio non sit mortalis, sed medicinalis) nisi aut sponte confessum, aut in aliquo seculari vel ecclesiastico iudicio nominatum aut conuictum. ij. quæst. prima, multi. Quod non loquitur de communione altaris, sed de communione in conuersatione humana, quam nulli interdicere potest nisi sponte confesso. Etiam licet talem non posset a communione altaris prohibere, non tamen haberetur ex hoc ꝙ non posset aut non deberet ei Eucharistiam aut aliud sacramentum non dare: cum aliud sit prohibere, aliud non dare. ℂ Ad tertium respondeo ꝙ licet tales excommunicatos non tenemur vitare in ministerio sacramentorum prętextu censurę ecclesiasticę, suspẽsionis vel ꝓhibitionis generaliter ꝓmulgatę, vt dicit cõstitutio consilij Constantieñ. vtiꝗ tñ tenemur ratione peccati ex lege diuina talib⁹ sacramẽta nõ ministrare queẽadmodum relaxatione cõsilij nõ obstãte, si substractione nostrę cõuersationis verisimile sit tales generaliter excõmunicatos reuocãdos esse ad cor, puta a peccato ad pœnitẽtiam, tenemur lege charitatis cõmunionẽ nr̃ę cõuersatioĩs eis subtrahere, iuxta illud ꝑceptũ Apostoli. ij. ad Thess. iij. Denunciam⁹ vobis fratres in nomine Iesu Christi vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate &c. im- E

nisi istis essent sacramenta deneganda, oporteret eosdē petendo non peccare, & sacramenta licite sumere. quod sancta synodus Basilien. aperte reclamat, cū inquit, Per hoc tamē huiusmodi excōmunicatos suspensos vel iterdictos nō intēdit sancta synod⁹ i aliquo releuare: aut eis quomodolibet suffragari. Quis autem non videat maximum eis releuamē exhibitū, si licite possent sacramenta petere & sumere, aut oporteret licitum dicere vt publicis peccatorib⁹ actu peccantib⁹ licite tradant sacramēta: quod nephas est sentire aut dicere. ¶ Fortasse dicetis, Ergo frustra additur in decreto, cōsilij administratiōe, cum sic teneamur eis semper sacramēta non ministrare, imo sequitur decretum manifestam falsitatem continere, nisi ad hoc cōfugiatur, ꝙ licet iure diuino ratione peccati teneamur tales vitare, nō tamen prætextu cēsuræ ecclesiasticæ, & hoc addit consilium.

F ¶ Respondeo: Multis communicamus in sacramētorū administratione, quibus tamen sacramenta non ministramus puta quos in loco ministerij admittimus, cū quib⁹ oram⁹, aut responsum tanq̄ a custode accipimus, & talem cōmunionem non tenemur huiusmodi excommunicatis subtrahere. Et ita nō sequitur, Nō tenemur eos vitare i sacramētorum administratione: ergo possumus eis sacramēta ministrare: cum (vt dixi) multis communicemus in sacramentorū administrationib⁹, quibus ipsa sacramenta non ministram⁹. Et ita illa clausula nec frustra nec false additur. Nec mirum si constitutionē consilij generalis sic limitare oporteat, cum id solū relaxauerit quod est positiui iuris humani, cui supra ius diuinum nulla est potestas ipsum relaxādi aut destituēdi. xxv. q. j, sunt quidam dicētes. Qui autē corticis literæ inherētes ausi fuerint asserere ꝙ licet talibus sacramēta ministrare, meminerint illius Androculi, Legibus ipsis lege opus est, qui eas corrigat: queadmodum & marini pisces salso mari educati adhuc sale egēt quo sapidi fiant aut a corruptiōe præseruētur. Quod maxime verum est de legib⁹ & statutis humanis, quas vtiq; necesse est ad normā diuinæ legis corrigere, ne tandē locū in nobis obtineat quod Pharisęis improperauit Christ⁹, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lōge est a me sine cau-

ſa autem colunt me,docẽtes mandata & doctrinas hominum,ſubaudi.non ad meam doctrinam vel legem correctas & moderatas.Mat.xv.Etiã niſi ſic correctę fuerint & moderatę,nihil humanarum traditionum lex eſſe poterit, neq; certe lex dici meretur.Quæ enĩ ſcripta eſt lex non eſt niſi faciat opus regis:ad quem ſpectat iuſtũ virũ ab adulterato ſecernere: vt dicit Philoſophus.j. Rhetoricorũ. ¶Ad confirmationem de ſuſpecti, de crimine reſpondet beatus Tho.ix.diſt.iiij.dupliciter.Primo ꝙ decretum illud eſt abrogatũ,quia facere tales probationes eſt tẽtare deũ.Vel ſecundo ꝙ intentio decreti nõ eſt vt talis purgatio fiat,ſed vt propter timorem talis purgationis abſtineatur a peccato. Sed quia prima ſolutio effectualiter dicit conſilium erraſſe aliquid ſtatuens in quo tentaret deus:& ſecunda non videtur ad mẽtem conſilij,quia de furto incerto dicit om̃es fratres communicandos:& hæc verba.Corpus dñi ſit tibi hodie in probationem.Item ibidem.c.fina.quod videtur eiuſdem conſilij,dicitur,Si ſacerdos vel epiſcopus infamatꝰ de maleficio noluerit celebrando innocẽtem ſe oſtẽdere,quinquennio arcẽdus eſt a liminibus eccleſię,Et ita videtur hoc ſtatutum vt effectualiter fiat velle,quod ſatis eſt pro argumento.Item nec plus videtur tẽtare deũ ſi ſuſpectꝰ ſe purget communione Euchariſtię,q̃ ſi ſe purgaret iuramento, quo deum inuocat teſtem,Ideo aliter reſpõdeo negãdo cõſequentiam,& declaro eam non valere:vt non ſequitur,A ſuſpectis de crimine licet iuramentum pro purgatione exigere,ergo etiam dũ conſtat eos crimen commiſiſſe,de quo per iuramentum ſe purgarent.Et loquor de conſtare vt cõuertitur cum eo quod eſt ordine iudiciario poſſe probari. Et eſt ratio,quia iuramentum purgationis ſolũ requiritur ad tollendam ſupitionẽ mali,quia ſcilicet creditur nõ velle peierare, & ſic eſt de miniſtratiõe Euchariſtię,vel ſumptione ad probationem.¶Ad rationes poſt oppoſitum quibus infertur nunq̃ eſſe licitum vt ſacramenta miniſtrentur indigno: Ad primam dico ꝙ illa prohibitio dñi loquitur de canibꝰ & porcis,qui poſſunt repelli.iã repelli non poſſunt in publico,ſi deficiente probatione ex repulſione imminet ſcandalum,aut proditio occulti peccati,vt dictũ eſt.¶Ad

primam confirmationem dico ꝙ aliud est de sentina corporali & aliud de sentina vitiorum in quam mittitur de volūtate domini dum occultum est eam esse sentinā vitiorū in casibus pręmissis, puta dum imminet &c. Nō video etiam quin in casu liceret ipsum mittere in sentinam corporalem puta si alias raperetur ab hereticis & infidelibus, qui irre-
K uerēter in sacramētum impingerēt: intelligo, dum alia via non patet occultādi sacramentum, ¶ Ad secundam confirmationē de hostia nō consecrata, respōdet beatus Tho. & post eum Petrus de palude. ix. dist. Quarti, ꝙ hoc non licet: quia daret sacerdos occasionē idololatrādi, ex quo cib9 ille adorandus est priusꝗ sumitur. Sed istud nō videt̄ probabile, cum in adoratione Eucharistiæ semper sit tacita cōditio, si cōsecratio rite sit celebrata, prout decisum fuit in cōsilio Cōstantieñ. alias nō excusarētur ab idololatria adorātes hostiā dū sacerdos se fingit celebrare, & nō celebrat: aut certe fingit se celebrare, & nō est sacerdos: vt sæpe accidit. Nec obstat. c. de homine, de celebratiōe missa. quia nō dicitur ibi ꝙ simulans se celebrare, populū idololatrare faciat, sed solum ꝙ populum grauiter decipit. quod ideo est quia priuantur suffragio illius oblatiōis hostiæ, quæ multū valet christifidelib9 ex opere opato. & Bonauētura respōdet ꝙ illo casu æque peccaret sumēs, & ipē sacerdos simulando: nisi fortasse ipse peccator talem hostiam peteret ad vitandam infamiam, & in dominici corporis reuerētiā. Altissio, dat casum in quo (vt dicit) liceret & oporteret sacerdotem simulare, puta si nō habeat hostiam consecratā, & æger petat corpus domini. tunc vtiliter simulat peten-
L te ægroto: etiā si credat ibi esse corp9 domini, nec est ibi peccatum: quia fit vt vitet scādalum infirmi. ¶ Doctoribus cōmuniter placet vt i sacramētis veritatis nil fiat simulationis. Et quid de hoc sit, an habens hostiam non consecratam licite tradat pro consecrata, sicut sacerdos impœnitenti manum imponit simulans se absolutionem sacramētalem tradere: pro nunc transeo. Mihi satis est ꝙ nō semper sic posset obuiare scādalo, puta si nullā non cōsecratam habeat ad manum. Et si habeat, ꝙ forte hoc modo non tenetur illud scandalum vitare, quia potest Eucharistiam tradere pecca

tori cuius peccatum adeo occultum est, ꝙ ꝓbari non potest: exemplo Christi, qui iuxta communem doctorũ sententiam verũ corpus suũ tradidit Iudę, qui tamen potuisset scandalũ & peccati proditionẽ vitasse simulãdo. ¶ Ad secundũ de medico dico ꝙ aliud est de medicina quã medicus probare potest ęgro fore aut esse nociuam: & aliud de hac medicina spirituali, quã non potest sacerdos probare occulto peccatori esse nociuam. Si tamen ponatur æger petens toxicum siue medicinã sibi mortiferã, summus & expertissimus medicus, & illęsæ famæ apud hoĩes, q scandalizabuntur grauiter si alius nolit ei medicinam quã petit efficere, nec ei pateat via ostendendi alijs speciẽ morbi, & contrarietatem medicinę: non nego quin possit ei licite huiusmodi medicinam conficere, quemadmodũ & furioso gladiũ reddere cum alias deterius se & alios perimeret: vt pri⁹ dicit post Tho. xxxij. dist. Quarti. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ licet peccator occultus absolute teneaẗ velle Eucharistiã sibi non ministrari, & etiã non petere: non tamen tenetur velle ꝙ sibi indigno petẽti non ministretur. Iam regula iuris naturę allegata, intelligẽda est de ijs quę volumus aut nolumus ex debito sub oĩbus facti circunstãtijs occurrẽtibus. Per hoc patet ad confirmationẽ vltimo adductam ꝙ de facto ad extremũ recte iudicare non possumus, nisi oẽs rei circũstantias loci & tẽporis &c. ꝑspexerimus: vt patet xxiij. q. viij. occidit Phinees. & xxx. q. vlti. iudicantẽ. Iã in ꝓposito licet hic petens teneaẗ esse contentus & volens vt sibi nõ detur absolute, non supposita sua petitiõe in publico: tamen licite est nolẽs vt sibi indigno sic petenti nõ detur: cũ recte dictet per intellectũ sibi (vt pręmittitur) petenti dandum esse: & iustissime velit per voluntatẽ vt fiat prout debitum est, & recta ratio fieri debere præcipit.

Argumentum Quodlibetarii.

¶ Arguit Quodlibetarius: Is q credit se a criminibus abstinere non posse, potest dolere dę peccatis: & simul de hoc ꝙ a criminibus abstinere non potest. ergo est sufficiẽter attritus vt absolutio sacramẽtalis virtute operis operati eidem conferre possit gratiã sacramentalẽ: & ꝑ consequens

absolutio talis est eidem omnimodo impertieda. ¶Pro re sponsione premitto illud August. libro de pœniten. Recte pœnites quicquid sordis post purificatione contraxit opor tet vt abluat salte lachrymis mentis. sed satis dur⁹ est cui⁹ metis dolor e oculi no declarant, & sciat se culpabiliter du rum. qui deflet damna temporis, vel morte amici, et dolo rem peccati no ostendit in lachrymis. de pœni. dist. iij. sunt plures. Ergo ad veram pœnitentiā non requiritur solū pro positum abstinendi ab omni peccato mortali in futurū, vt clare colligitur ex vltima particula definitionis pœnitētiæ quā tradit magister ex verbis Ambro. scilicet, & plangen da vltra cōmittere nolum⁹ (nolle em̄ dicit positiuū actū) sed etiam (vt certissimū est) ꝙ actu nō sit in omissione vel commissione mortaliter culpabili, cū omnem labē peccati teneamur lachrymis mentis iam tergere, vt dicit Aug. in verbis preallegatis. Iam in proposito meo, qui sic credit se a criminibus non posse abstinere, actu delinquit per īfide litatis errorem, quamuis nesciens, quemadmodū (vt pri⁹ dixi) aliqua heresi infecti, qui vt peccata omnino vitēt, se tradunt incendio.

Prima questio sine argumentis.

A PROPTER quid Matt xiij. dicitur, Qui ha bet dabitur ei, & abundabit. qui aūt nō habet auferet ab eo & quod habet, cū apertissimū sit eum qui nō habet nihil posse pdere? ¶Pro huius solutione, cū (Hilario teste) intelligētia dictorū, ex causis sit assumenda dicēdi, ex quo nō sermo ni res, sed rei sermo subiectus est, attēdendū est qua ex cau sa dn̄s verba illa protulerit. Vnde predicante domino para bolam seminantis, cuius semē alterū cecidit secus viā &c. accedētes discipuli interrogauerūt cur in parabolis loque retur turbis. Respōdens dn̄s ait, Quia vobis datū est nos se mysteriū regni celestis &c. Qui enim habet, dabitur ei &c. Adiungens, Ideo in parabolis loquor eis, quia vidētes non vident, & audientes nō audiunt neq; intelligūt, vt ad impleatur i eis prophetia Esaie, Auditu audietis, & nō in telligetis, vidētes videbitis, & nō videbitis. Incrassatū est

enim cor populi huius: & aurib⁹ grauiter audierũt: & oculos suos clauserunt, nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Vbi manifestum est dñm eis ideo in parabolis locutũ esse, & mysteria non docuisse, q̄a corde incrassato affectu carnalium oculos suos clauserunt, intuitũ mentis in amorosam verbi dei cognitionẽ nõ dirigẽtes. Quod si habuissent, donasset etiã eis dñs nosse mysteria. Sensus ergo verbi allegati est: Qui habet, supple verbi dei amorẽ, vt illuc mentis intuitũ dirigat: dabitur ei, supple sensus intelligẽdi. Et qui nõ habet verbi dei amorẽ, auferetur ab eo & q̄d habet, puta naturalis capacitas intelligẽdi, astutia deducẽdi, & sic de alijs naturę & dei donis. Quę tũc merito censentur auferri, cum incipiũt inutiliter haberi, & detrimẽtum offensę & pœnę ex nõ recto vsu afferre: vt vulgariter dicimus eum perdidisse manũ, qui eam inutiliter magno dolore & incurabili affectam habet. Hanc perditionẽ deplangẽs ꝓpheta ait: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meũ &c. Psal. c. j. Percussus sum inquã ardore cõcupiscentię: & aruit cor meũ, sterilitate bonorũ operum: quia oblitus sum comedere panẽ meũ: panem inquã non vtiq; corporalẽ, quẽ non finit obliuisci quotidiana esuries: sed spiritualem, puta verbũ dei: quod animam charitatis amplitudine impinguat, & tẽporaliũ amorẽ superfluum omnino repellit & resecat. Et Apostolus ad Rom. j. Et quia non ꝓbauerũt deũ habere in notitia, tradidit illos de⁹ in reprobũ sensum, vt faciãt ea quę nõ cõueniunt, repletos omnĩ iniquitate &c. Tradidit inquam nõ malitiam impertiẽdo seu ad malum inclinandos, sed suo iudicio eo deserendo: quib⁹ gratiã nõ apponit qua a malo resipiscerẽt, & mererentur iustificari. Et Esa. v. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiã dei, id est nõ curauit habere: & nobiles ei⁹ interierũt fame, & multitudo ei⁹ siti exaruit: ꝓpterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suũ absq; vllo termino: vt scilicet eos recipiat, & hoc nõ sine manifesta & apertissima iustitia. Qui enĩ deũ nõ diligit, cõsequẽs est vt sit cõtra deũ. Mat. xij. Qui nõ est mecũ, cõtra me est: & qui non colligit mecũ, spar-

git. Diligere aūt deū, conuertitur cū eo quod est sermonē eius seruare, iuxta illud Ioan. xiiij. Si qs diligit me, sermonem meū seruabit, scilicet corde & opere. Ergo q non curat scientiā dei, deū non diligit. Et ita a primo ad vltimū, contra deū est & spargit. Dignum autem est & apertissimę ęquitatis, vt male meriti egestate laborēt, sitivel fame pereant in pręsenti: quos ęternus ignis torquebit post hāc vitā. Vere igitur ait Psal. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū, vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiat pctōri fouea. Psal. xciij. ¶ Forte petetis an oēs arctare velim ad scientiæ theologicæ facultatis studium, in quo diuina discuntur & explanantur mādata.

B ¶ Ego neminē arctare intendo, sed oēs excusare nequeo: cū sit certissimum quemlibet ad tantā diuinæ legis notitiam obligari, qua possit act⁹ suos p qualitate & cōditione seu statu personę dirigere absq mortali peccato. Vnde prælati, puta epi abbates, curati & cæteri quos dñs vocauit in sua ecclesia ad statum oculi, quorum est aliorum cōscientijs & saluti inuigilare, nō videntur sine dānabili culpa omissa diuinę legis notitia alijs intēdere. Nō eīn (aiebant apostoli) æquū est nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis. Actuū. vj. & Ozee. iiij. ait dominus Conticuit populus me⁹, eo q nō habuit scientiā, subdēs. Quia tu sciētiam repulisti, ego quoq te repellam ne sacerdotio fungaris mihi. Et Petrus in ordinatione Clemētis: Te ingt oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti vt huius vitæ oēs occupationes abijcias, ne aduocatus litium fias &c. ne præfocatus præsentibus hominū curis, nō possis verbo dei vacare, annectēs. Sicut impietatis crimen est tibi o Clemens neglectis verbi dei studijs solicitudines seculares suscipere: ita laicis pctm̄ est si nō inuicem ad communis vitę vsum operā fideliter dederint. xj. q. j. te quidē. Hinc quondā consilio episcoporum statutum legimus, vt qui sacerdotem tutorē constituerit, in ecclesia nulla fieret p eo per sacerdotes depcatio; quia ante altare dei nō mereretur noiari in sacerdotū prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit auocare. xxj. q. iij. Cyprian⁹. Cęteri vero quos dñs in sua ecclia nō vocauit ad statū oculi, sibi vide-

rint ne apud districtū iudicem censeantur oculos suos a ꝓposito seu statuto declinare in terrā, dū pro tēporalium conquęstu, honoris, gloriæ, vel facultatū (neglectis diuinis) humanis legibus aut statutis ardentius inuigilant. Ex quo doctori cuidā visum est maiorē partē hominū expertē esse charitatis, ob non obseruantiam primi & maximi mandati. s. Diliges dñm deū tuū &c. in hoc ꝙ hominū statuta diuinis verbis seu legibus multo fortius amant. Amor siquidem doctrinæ seu legis ex tribus perpendi solet, videlicet ex eiꝰ attentione, obseruantia, & defensiōe. Qui ergo remissius attēdit, rariꝰ obseruat, aut minꝰ libere deffendit diuinas leges: cōuincit deū non ex toto corde (vt debitū & iustū est) diligere seu amare: quodque de obseruantia & defensiōe ꝓcul dubio indistincte verū est. De attentione vero quo ad ea legis diuinę quę ꝓ cōditione statꝰ & ꝑsonę quis scire tenet, si minus attēdit: etiā indubitatū est, Quo ad alia vero quę scire nō tenet, si nō victꝰ necessitate, fauore reipublicę, aut quia ibi plus valet ingeniū, vel alia causa cōsimili humanas leges attendendo ꝑtulerit, sed qm̄ easdē plus amat legibus diuinis (quę sunt animæ pabulū, ad docendū & arguendū corripiendū & erudiendū in iustitia diuinitꝰ inspiratæ: vt dicit. ij. ad Tim̄. iij.) nō video quomodo deū eiusdē salutiferę doctrinæ auctorē possit super omnia amare. Hoc itaqꝫ restat patres doctissimi, vt omnes apprehendamus disciplinam dei: nequando (vt propheta comminatur) irascatur dominus, & pereamus de via iusta. psal. ij. C

¶ Secunda quæstio sine argumentis.

PROPTER quid dicit dñs Apoca. iij. Vtinā calidꝰ esses, aut frigidꝰ: sed qa tepidus es, incipiā te euomere de ore meo: cū deū cōstet naturę esse incorporeę, qui nihil continere pōt, ore, aut emittere. ¶ Pro huiꝰ respōsione ꝑmittendum est qs in ꝓposito calidꝰ, qs frigidꝰ, et qs tepidꝰ dicat. A Calidꝰ dicit ꝗ charitate nō feruēs, nihil omittit eorū quę a deo ꝓcepta sūt, Frigidꝰ vero ꝗ nō dei amore, sed pœnę formidine cogit ꝓcepta seruare ꝗ̄ ad substātiā operū. Tepidꝰ vero ꝗ nec amore trahit, nec pœne foridie ad diuię legis obser

uantiam coarctatur. Qui tepid⁹ metaphorice dr̄, eo ꝙ neutrum potest, videlicet nec calefacere, nec frigefacere, agēdo amore diuina mādatā, vel certe timore. Hunc de⁹ incipit de ore suo euomere. i. a cura speciali & ꝓtectione excludere. Hierem. vj. Erudire Hierusalē, ne forte recedat aīa mea a te. Et ibidē, Frustra cōflauit cōflator, beneficij exhibitione, vel pœnarū cōminatione. Malitię em̄ eorū non sunt consumptę. Argentū reprobū vocate eos: quia dn̄s ꝓiecit eos. Glo. longe a se: quantū scilicet ad protectionē & curā specialem medēdi languoribus peccati. Quod aūt peccatorē tepidū dn̄s sic euomat, beneficia gratię suæ subtrahēdo, manifeste patet. Esa. v. de vinea quam studiose extruxerat, sed cū pro vuis faceret labruscas, pœnituit dn̄m vineę, et statuit ab ea auferre sepē, vt esset in direptionē pedibus cōculcantium. Vbi per sepem (iuxta glo.) intelligit angelorū custodia. Et Hiere. li. in persona angelorū dicit: Curauimus Babylonē, & nō est sanata. derelinquam⁹ eā: & eamus vnusquisq; in terrā suā. vbi Greg. Sæpe prudēs medicus accedit ad languentē, & quātum ars patit & industria medicinę, non cessat. Sed si ægritudo tanta est vt repugnet curationi, aut æger per impatientiā doloris cōtra id facit qd̄ iubetur, relinquit eū desperās medic⁹: ne expiret inter manus eius, & mortis videatur reus. Sic sunt medici sub magno medico angeli dei volētes aīas nostras curare a vitijs: quos ipsi repellimus: dū cōsilijs eorū non acquiescimus. & videntes se operā perdere, dicūt adinuicē: Curauimus Babylonē: & non est sanatā. Relinquam⁹ ergo eā & c. Hinc nō sine prægnanti causa hortat nos propheta dicens: Quærite dn̄m dū inueniri pōt: inuocate eū dū prope est. Esa. lv. qm̄ nisi traxerit nos, ad eū venire nō possumus. Ioā. vj. Quē tractū gratiosum demerito ꝑcedentiū delictorū elongat interdū dn̄s: vt qui in sordibus est, sordescat adhuc: et pœnā cumulet, q tract⁹ culpā deserere noluit. Hodie igitur si vocē dn̄i audierimus, nolimus obdurare corda nostra, ne exacerbatos vt tepidos ab ore suę ꝓtectionis et specialis curę iustificandi nos excludat seu euomat deus: quod ipse auertere dignetur, qui viuit in secula benedictus. Amen.

¶ Dicta anno. m. cccc xcii.

¶Quodlibetica Quęstio quarta eiusdem, anno a salute humana. m. cccc xciii. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata



ER VENERABILEM virum dominum Quodlibetarium sunt mihi nuper tres quęstiones propositę: vna cum argumentis: reliquæ duę sine argumentis.

¶Quæstio cum argumentis est.

¶Vtrum curabilior sit, & minus deum offendat, qui peccat ex ignorantia vel infirmitate, na is qui peccat de industria? ¶Pro cuius quæstionis decisione primo dicã Quid est cuiuslibet illorũ trium, scilicet peccare ex ignorantia, infirmitate, nec nõ industria: dubitãdo simul de Si est ipsorum. Et secundo quod illorũ sit grauius, & magis corrupti hominis, seu minus curabilis. In quorũ deductione si vel lapsu linguę, aut ignorãtia aliquid dixero quod sit piarũ auriũ offensiuum, aut cõtra doctrinã sanctæ matris ecclesiæ, ex nunc reuoco, & pro non dicto haberi peto, submittens omnia correctioni sacrosanctæ sedis apostolicæ, ac omnium quorum interest errantẽ in viã veritatis reducere. Qua protestatione pmissa, procedo ad primi expeditionẽ, primo tractaturus de peccato ex industria. Secundo de peccato ex infirmitate. Et vltimo de peccato ex ignorantia. ¶Ad sciendũ quid sit peccare ex industria, prę mitto: Cũ voluntas seu appetitus intellectiuus de sua natura inclinet in bonum: non potest peccatũ accidere nisi ex corruptione seu in ordinatione alicuius principiorũ a quibus procedunt humani act⁹: quę sunt intellectus, volũtas, & sensitiuus appetit⁹. Quando aũt in actibus humanis peccatum accidit ex defectu intellectus, fit ex ignorantia. quãdo ex inordinatione sensitiui appetitus, dicit fieri ex A

infirmitate. sed quãdo fit ex inordinatione seu correptione volũtatis, dicitur peccatũ de industria seu ex malitia. Et est voluntas inordinata, cũ minus bonũ magis amat. Quod em̃ in corporibus est pondus, hoc in animo est amor. Vnde Augu. lib. Confessionũ: Amor meus, pondus meum. eo feror quocunq; feror. Et quia ad magis amare aliquid, cõsequens est electio patiendi detrimentũ in minus amato, vt quis potiat̃ eo quod magis amat, quẽadmodum eligimus mẽbri abscisionẽ vt vitã saluemus: hoc modo voluntas plus amans diuitias aut voluptates q̃ ordinẽ rationis secundũ diuinã legem, sequitur vt velit dispendiũ pati in spirituali bono vt voluptate potiatur, vel alio temporali bono quod magis amat: & sic scienter vult malum spirituale. Et accidit hæc inordinatio voluntatis ex duplici causa. Prima est consuetudo mala agendi iam quasi versa in naturã, quę facit homini aliquid esse conueniens seu placẽs secundũ affectũ, quod simpliciter malũ est: quomodo assuetis vesci veneno, tandẽ est connaturale & conueniens (vt tradit Commentator in principio. iij. Physico.) quod naturę recte dispositę foret toxicũ. Secũda cã est remotio ꝓhibẽtis. Postq̃ em̃ natura humana in primo parẽte spoliata est gratuitis, & vulnerata in naturalibus, verificatũ est illud Genes. viij. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua. Et deflectitur semꝑ appetitus noster magis in amorẽ præsentium voluptatũ & sensibiliũ, q̃ in honestatis amorẽ: nisi aliquid prohibeat, erigẽs nos in superna, & celestiũ amorẽ. cuiusmodi sunt metus pœnarum, & spes æterni pręmij: quibus sublatis effrene amat voluntas nostra tẽporalem voluptatem, aut aliud expertũ bonum. Hinc Ecclesiastici. xxvij. dicitur. Si nõ instanter tenueris te in timore domini, cito subuertetur domus. Et. ij. Maccabęorum. vj. Multo tẽpore non sinere peccatoribus ex sentẽtia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium: quia videlicet per hoc timor incutitur, qui hominẽ cohibet a peccato. ¶ Hoc præmisso dico ꝙ peccare de industria, est aliquid facere vel omittere cuius intellectus notitiam habet quod sit malum. Vnde dicitur de industria, quasi de scientia seu notitia mali, Et dicitur ex malitia, quia

videlicet tunc procedit ex inordinatione voluntatis. Sed quia multis dubiū videtur an contingat hominem eligere quod actu nouit esse malum, ꝓbo hoc expressioribus passibus scripturę sacrę, & experimēto. Nā Iob.xxxiiij.dicit. Quasi impio ꝑcussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt a deo, & omnes vias eius intelligere noluerunt. Item ad Roma.xiiij.dicit Apostolus. Beat⁹ homo qui non iudicat seipsum in eo quod ꝓbat. Qui autem discernit, supple cibos aliquos esse immūdos, & vetitos ad manducandū, si manducauerit, dānatus est, id est dānatione se dignū facit, quia non ex fide, omne autē quod non est ex fide, peccatum est. Et sup illud Psalm̄. Forte viuos deglutissent nos, dicit Augustinus. Viui absorbentur, qui sciunt malum esse, & consentiunt. Similiter illud Psalm̄. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueū. quod est scientes vitio consentire Ecce nouerunt muscipulā, & mittunt pedem. Experimento ꝓbo idem sic. Multi peccant cū proposito pœnitendi de hoc quod agūt, & placandi deum ante mortem, quod non esset nisi scirent malum esse quod faciunt. Vnde dicit Magister.xxij.dist.ij.sententiarū, & post beatum Augustinū, ꝙ Adam non victus carnali concupiscentia peccauit, sed amicabili quadam beneuolentia, qua plerunq̧ fit vt offendatur deus, ne offendatur amicus, sed putauit vtrunq̧ fieri posse, vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiam veniam haberet. ergo Adam sciens malum fecit. ¶ Sed contra istud videntur quędā pręgnantissimæ rationes. Prima. Voluntas non potest scienter malum eligere, ergo nō cōtingit modo prędicto ex malitia seu de industria peccare. Antecedens patet per illud.j. Ethicorū. Omnis ars & oīs doctrina similiter actus & electio bonū quoddā appetere videntur, & per illud.v. Ethico. Nullus vult, ne incōtinēs quidē, qđ non existimat esse studiosum. & ꝑ illud.j. Rhetorie. Est aūt volūtas cū ratione appetitus Nullus em̄ vult qđ nisi putauerit esse bonū. Etiā dicit Diony.iiij.de diuinis noībus. Nemo operaṫ ad malū aspiciēs. ¶ Secūda, q̄a sic nō oporteret errare aut ignorare facientē mala, contra illud.iij. Ethico. Ignorat quidē omnis malus quę oportet operari, & a quib⁹ fugiendū. Et illud

Prouer.xiiij.Errant omnes qui operãtur malũ. ¶Tertia quia volũtas posset eligere cõtra dictamẽ rationis in vniuersali & particulari.cui⁹ falsitas patet primo ꝑ illud Philosophi.vij.Ethicorũ.Si vna fiat ex vniuersali & particulari ratiocinatio,necesse est cõclusum hic quidẽ dicere animam:in factiuis autẽ operari confestim:puta si omne dulce gustare oportet:hoc aũt dulce vt vinũ:necessariũ est eũ qui potest & non ꝓhibetur,simul & hoc agere. cõcludẽs ex hoc apud incontinentẽ non posse saluari vtrũq principiũ scientifice & in actu:quod non oporteret si posset contra scientiã in vniuersali & particulari agere.Secũdo,quia sic contraria iudicia essent in eodẽ.patet: quia nihil humane fit ab homine,hoc est deliberate, sine intellectu practico,& appetitu:vt patet ex.iij.de anima.Ponamus ergo ꝙ contra istud iudicium in vniuersali & particulari operet̃, scilicet,Nulla fornicatio est facienda. Omnis concubit⁹ cũ ista,est fornicatio:ergo &c.Contra illud dictamen non poterit deliberate agere,nisi iudicet aliquem concubitum cũ illa faciendũ:& ita habebit contraria iudicia simul: cũ opiniones contrariorũ vel contradictoriorũ sint cõtrarię.iiij. Meta.&.ij. Priorũ. Tertio, quia sic principiũ practicum posset saluari in viro nõ bono,contra Philosophũ.vj.Ethicorum.Principium discursus rerum agendarum est, ꝙ tale quid sit extremum & optimum . Hoc autem nisi viro bono non apparet:quia prauitas obliquat , & falso errore labefacit circa practica principia.ex quo infert ꝙ impossibile sit prudentẽ esse quẽpiã nisi sit bonus . ¶Quarta ratio est.Intellectus nõ potest dictare malũ esse agendũ: ergo nec voluntas scienter malũ velle & facere. Consequentia tenet ex pri⁹ assumpto, qa nihil deliberate fit sine intellectu practico pręuio.Et antecedẽs ꝓbatur:quia sic posset intellect⁹ dissentire primo pricipio agẽdorũ intellectis terminis:quod est cõtra Philosophũ.j.Posteriorũ.Etiã malũ in eo ꝙ malũ,intelligit̃ debere nõ fieri: qđ quisq vel mediocris intellectus aduertit vtiq cõtradictionẽ includere. ¶Pro horũ solutione dicunt qdã:Etsi volũtas possit agere contra iudiciũ rõnis in vniuersali & particulari, non tñ contra ꝓ̃ceptũ: quod quidẽ præcipere est ordinare quoddã

ad opus, non per nudã intimationem, quę exprimitur verbo indicatiui modi: puta. Hoc est tibi faciẽdum. sed vna cũ intimatione mouẽdo ad opus. quod fieri nõ potest nisi in virtute primi mouẽtis inter vires animæ, qđ est volũtas: qualis intimatio (vt dicũt) exprimit verbo imperatiui modi: ita ꝙ imperare sit actus rõnis præsupposito actu volũtatis: vt tradit Tho. j. ij. quęst. xvij. ar. j. Et videtur fulciri hęc solutio verbo Philosophi. vj. Ethico. dicẽtis proprium actum prudentię esse pręcipere. ebulię autẽ est recte consulere: & synesis, id est sagacitatis, recte iudicare: a qua differt gnome: quia innitit æquitati, seu epijciæ, synesis vero legibus cõmunibus. Sed hęc quãtũcunq̧ magna clauis huius materię & difficultatum dicatur a Capreolo, parũ & pauca admodum videtur aperire: tum quia frequenter humane agimus aliquid, hoc est deliberate, vtendo solũ in mente verbis indicatiui modi: imo & Philosophus talibus solum vtitur cum dicit intellectũ necessario assentire concluso, & in actiuis necessarium cõfestim operari eum qui potest & nõ prohibetur. vij. Ethicorũ. similiter in libro de motu animaliũ. Solutio vero data admittit voluntatẽ contra talem discursum practicum posse operari. Pręterea sic nulla erit ratio quare apud incontinẽtem nõ possit saluari vtraq̧ pręmissa discursus practici, cõtra solutionem & mentẽ Philosophi ad motiuum Socratis. Iterum non saluat etiam ꝙ principium discursus practici nõ possit apparere homini malo, vel ei qui ob voluptatem vel dolorem corruptus est, contra Philosophum. vj. & . vij. Ethicorum.

¶ Ideo pro rationum vera solutiõe pręmitto ꝙ huiusmodi verba, volendũ, eligendum, operandum, prosequẽdum &c. tripliciter capiuntur, vt sufficit ꝓposito. Primo vt dicunt nudã futuritionem actus quem signant: quomodo dicimus blasphemiã pręedicandam ab Antichristo, & aliquẽ indignum eligendũ esse in episcopum. Secundo modo vt dicunt debitũ necessitatis vel congruentiæ ad esse virtutis seu actus studiosi: quomodo dicimus ieiunandũ esse q̃busdã voto ad hoc astrictis, id est debitũ esse vt ieiunẽt: quãquam sciamus neminem eorum ieiunaturũ. Tertio vt dicunt absolute aliquid debere vel oportere fieri ꝓ homine B

sic affecto, vt si quis efficaciter velit aliū a morte liberare, aduertens hoc fieri nō posse sine mēdacio, iudicet mentiendum esse, q̄q̄ sciat omne mendaciū peccatum esse & illicitum. Et hoc tertio modo sumūtur in discursu practico. quod sic patet: quia nisi sic, malitia non corrūperet practica principia: cū illi maximū gradum malitię teneant, qui scienter bono virtutis pręferunt pręsentem voluptatem, vel tēporalem vtilitatem. Etiam nisi sic, bonū intellectus practici

C absolute esset veritas, & malū ei⁹ falsitas: cuius oppositū tradit Philosophus. vj. Ethicorum. Speculatiuę mētis (inquit) laus & vituperatio in vero & falso cōsistit: actiui vero & intellectiui veritas cōsentanea appetui recto. Cui cōcordat illud. vij. Ethicorum. Virtus principiū conseruat, vitiū corrumpit. In rebus autem agendis principiū est cuius gratia, vt in mathematicis suppositiones: neq; illic ratio est edoctiua principiorū, neq; hic, sed virtus aut ex natura aut ex consuetudine recte sentire faciens circa principium. Et illud. vj. Ethicorū. Ei qui corruptus est ob voluptatem vel dolorē, repente non apparet principium, neq; oportere gratia huius, neq; ꝑpter hoc suscepisse omnia & egisse. Natura enim vitiū principij corruptiuum est. Et illud. iij. Ethicorū. Qualis quisq; est, talis & finis videt̄ ei, studioso viro verum bonum, prauo autē cōtingit vt ęgrotis quo ad sentire amara vel dulcia. ¶ Ex quibus omnibus manifeste patet q̄ practicū principium semper conforme

D est appetitui. ¶ Et si dicatur. Assensus primorū principiorum practicorū naturaliter causatur a notitia terminorū, ergo non oportet appetitum conformem esse vt saluetur principium practicum. Respondeo. Notitia terminorum nō causat assensum principij practici, nisi in patiēte disposito. Non est autem homo dispositus ad assensum practici principij, nisi eius natura facta fuerit cognata per affectionem appetitus, quod aperte voluit Philosophus. vij. Ethicorum, cum dicit. Ratio non est edoctiua principiorū, sed virtus aut ex natura aut ex consuetudine recte sentire faciens circa principium. Vbi sub consuetudine comprehendit quęcunque actualem affectionem seu appetitum finis

E inducūt. ¶ Hoc pręmisso respōdeo ad argumēta. Ad pri-

nium, triplex est bonũ, scilicet honestum, vtile, & delectabile. Voluntas aũt licet semper feratur in aliquod tale bonum verũ vel apparens, potest tamen vtique ferri sciẽter in aliquod inhonestũ, dum feratur in ipsum sub ratione vtilis vel delectabilis vere vel apparenter: et sic non aspiciẽs pure ad malum operatur, quia fertur in ipsum sub specie & ratione boni. ¶ Ad secundum respondet beatus Tho. j. ij. q. lxxviij. arti. j. in solu. ad primũ, ꝙ ignorantia quandoque excludit scientiam qua homo scit hoc nunc esse malum: sicut cum ex passione peccatur, quandoque excludit scientiã qua aliquis scit hoc malum non sustinendũ esse ꝑpter cõsecutionem illius boni: scit tamen simpliciter hoc esse malum: & sic dicitur ignorare, qui ex malitia peccat. Sed non videtur hæc solutio satisfacere, quia sicut scit hoc malum esse, ita scire potest hoc debere non fieri, & non sustineri ꝓpter consecutionem illius boni quod prosequitur. Ideo aliter respondetur ꝙ licet omnis malus ignorat & errat circa practica principia, quia scilicet habet corruptum & falsum principium practicum: non tamen oportet quod erret circa honestatem vel inhonestatem, bonitatem vel malitiam actus: quia potest scienter bonum vtile aut delectabile verum vel apparens honestati præferre. Et loquor de malo secundum intentionẽ Philosophi, vt dicit malitiam distinctam contra incontinentiam & mollitiem. Auctoritas vero Prouer. potius loquitur de errore morum, quã intelligẽtiæ, quomodo dicimus errare incedentem per deuium, quã quam per intellectum nihil falsi iudicet: & dicitur error affectus, vt ille error pedum. ¶ Ad tertium respondeo. Ad primã probationem falsitatis dico ꝙ Philosophus intelligit maiorem sui discursus vt est practica, gustandũ scilicet accepto tertio modo prius dicto. Cum hoc tamen stat voluntatem contra rationem rectam in vniuersali & particulari circa honestatem seu bonitatem, seu circa hoc an licet vel non licet actus, oppositum velle, aut non conformiter velle. Nec sufficit dicere post Buridanum. iij. Ethicorum quod solum oportet operari quantum est ex parte intellectus, vel post Adam. x. dist. j. senten. ꝙ veritatem habet cum voluntas cõformiter maiori & minori vult, & alias nõ: quia

(vt prius ostensum est)non potest illa maior practica stare in intellectu sine cōformitate affectus. Ad secundā probationem falsitatis dico ꝙ iudicia illa non sunt cōtraria, quia faciendū æquiuoce sumitur in negatiua & affirmatiua. In negatiua secūdo modo, prout scilicet dicit debitū virtutis. Et in affirmatiua tertio modo, prout scilicet dicit absolute aliquid debere vel oportere fieri, quomodo sumi debet in praxi. Et per idē respondeo ad tertiam improbationem, ꝙ discursus practicus prudentialis non potest saluari in homine non bono: vt ibi dicit Philosophꝰ. Sed certe discursus quo iudicatur omne malū debere non fieri, seu non licere, bene saluatur in homine malo: imo eo deterior est quo meliꝰ nouit non licere quæ vult ꝓsequi. ¶ Ad quartum dico quod
H non est inconueniens intellectum dissentire alicui primo principio practico propter inordinatam affectionē voluntatis, imo ipsa dispositio & affectio voluntatis facit assentire contrario, quemadmodū indispositio linguę fallit iudicium sensus cōmunis de sapore. Philosophꝰ aūt .i. Posteriorum loquitur de principijs speculatiuis & consimilibus circa quæ natura ipsa recte sentire facit intellectis terminis. Secunda probatio ibi adducta solum probat ꝙ nullus sanæ mentis iudicat malum faciendū aut prosequendū esse, capiendo faciendum aut prosequendum secundo modo. secus si capiantur tertio modo, quomodo sumi habēt vt sunt prędicata principiorū practicorū. ¶ Ex his infero ꝙ impossibi-
I le est homini saluari assensū totalis discursus practici, quin similiter operetur si possit. Pro cuius probatione duo suppono. Primum. Et si voluntas sit causa libera, nihilominus actus voluntatis, puta volitio, mere naturaliter agit & ex necessitate, sicut ignis, sol, & similia. patet: quia si ipsa volitio esset causa libera, staret efficax volitio ad ambulandum in homine potente et non prohibito per subtractionem necessarij, vel oppositionem impedimenti: qui tamen nō ambularet. quod manifeste experimur esse falsum. Tunc fit subtractio necessarij, cum prima causa desinit cooperari vel nō adest cognitio requisitorū ad prosecutionem finis: quia sine cognitione mediorum quæ vere aut apparenter sunt media, non causat volitio seu appetitꝰ finis opus ad extra.

Fortasse dices, Aliquis effectus nouus potest causari a voluntate antiqua, sine eius mutatione, aut impedimēti amotione. Quod patet primo: quia si velim ex nunc ambulare ad pulsum cāpanę, cāpana pulsante per illā voluntatem ambulo. Secūdo patet hoc, si rex iā velit aliquem pro hora sexta fieri liberum: adueniente hora .vj. statim fiet liber, regis voluntate in nullo mutata: quod esse non posset si act⁹ voluntatis naturali necessitate ageret. Nec releuat si dicat post Auerroim .viij. Phisicorū: Dum affuerit præsentia tēporis pro quo voluit, fiet in homine noua concupiscentia, quæ erit causa effectus: quia nihil aliud causabit illam cōcupiscentiam, nisi volitio pręcedens: cū omnia alia ponantur similiter se habere, præter tēpus: quod vtiq; non erit illius concupiscentiæ causa. ¶ Pro solutione præmitto verbū Cōmentatoris, viij. Phisico. Qd dicūt (inquit) nostræ legis homines voluntatē dependere de actione entis noui in aliqua hora, ita q; illud ens fiat ad præsentiam illius horę, absq; eo q; fiat illic transmutatio, est sermo non intelligibilis. Volūtas em̄ cum fuerit ad inueniendum aliquod ens in aliqua hora, necesse est vt in volente tunc fiat concupiscentia in mente quæ non fuit ante: & illa est causa propinqua ad agendū in illa hora. Et causa illius cōcupiscentię est pręsentia illius tēporis quæ non erat ante. nec potest homo sanus fugere hanc fidem existimatione præsentię. Reprehendens ibi doctos suæ legis, eo q; posuerunt principiū æternū mouere de nouo per voluntatem possibilem. Idem ad longum deducit tractando opinionē Empedoclis & Anaxagoræ, dicens actionem nouam non posse dependere a voluntate antiqua, nisi per accidens: quia scilicet agit per mediū quod non fuit positum. idipsum etiā sentit Aristote. viij. Physi. cum dicit voluntatem non posse de nouo inchoare motum sine sui mutatione, aut impedimenti amotione. Quāquā hæc duo lumina naturę errauerint circa voluntatē increatam, quæ volitioni suæ identificatur, seu eadem est: nequaquam tamen credibile videtur eos deceptos fuisse circa propriæ voluntatis experientiam, pręcipue cum facile sit iudicare an voluntas completa possit pręcedere effectum dum non impediat. non videtur tam pręclara ac laboriosissima K

ingenia latere potuisse. ¶ Hoc præmisso dico ad primum ꝙ
L volitio illa præcedens non est tota causa nouæ concupiscẽtiæ, sed ipsa potentia voluntatis ad minus est partialis, & forte totalis causa eius, ita ꝙ prior volitio ꝑcedit in aduentu tẽporis, & hæc succedit. Nullũ aũt inconueniẽs est partialem causam naturalẽ præcedere effectũ, quãuis non sit impedita. Sed impossibile esset hoc de causa totali & naturali. & per idem soluetur cauillatio quæ ibi tangit. Ad secundum dico ꝙ volitio regis non est proxima causa libertatis, si ponatur libertas res distincta a re denominata: quia siue ipsa maneat, siue transeat, puta rege dormiente, assequetur libertatẽ in tempore præfixo. iã nihil est causa quãdo non est. Ex his patet ꝙ volũtas non cõcurrit libere saltẽ vt causa partialis immediate ad actum exteriorem: quia sic stante volitione efficaci in potente & non prohibito ad ambulandum, posset non subsequi ambulatio. ¶ Secundo
M præmitto ꝙ voluntas efficaciter volens finem, necessario vult omnia quæ scit ad finem illum esse necessaria. Dico notanter efficaciter, ad excludendum volitionem conditionatam, & simplicis cõplacentiæ, qualis bene reperitur in desperante de salute vel sanitate assequenda seu recuperanda. Probo sic: quia sicut assensus antecedentis naturaliter causat assensum consequentis, dum noscit aut creditur ad ipsum sequi: ita volitio efficax finis necessario causat volitionem omniũ quæ quis scit aut credit necessaria ad talem finem consequendũ. Patet idem exẽplariter: si quis in tẽpestate maris videat merciũ eiectionem necessariam ad saluandam vitam, nullus sanę mentis dicet eum velle vitam saluare nisi etiam velit merces eijcere. Quis etiã tam hebes est qui nesciat eum non velle efficaciter ambulare, quẽ videt nolle arripere baculũ, quẽ talis sibi nouit ad ambulãdum esse necessariũ? Vnde Philosophus. iij. Ethicorum: Si præstituto fine inueniant impossibile esse quo finem oportet attingi, discedunt, id est desinunt velle finem. ¶ Ex his
N deduco principale corollarium quod maior discursus practici non soluatur sine efficaci volitione finis quẽ principium ipsum dicit prosequendum esse, & illa naturali necessitate causat volitionem omnium quæ sciuntur necessa-

ria ad talem finem. Cum ergo minor adiĕcta ponat id si-ne quo finis haberi non potest, oportet voluntatem effica-citer velle hoc mediū, & ita operari nisi ꝓhibeatur, iuxta primum pręsuppositum. verbi gratia sit iste discursus. In hoc bello est per me fortiter agendum pro salute populi Christiani, & fidei orthodoxæ defensione. sed non possum in ipso fortiter agere, nisi hostes inuadendo subeam pro nunc mortis periculum. ergo hoc est nunc faciendum. Vo-lens efficaciter finem præstitutū per maiorem, necessario vult medium propositum per minorem, tanquā ad finem illum necessariū: & ita vult cum mortis discrimine hostes inuadere. Potest tamen vtiꝙ volitio efficax finis stare sine volitione mediorū quæ sunt ad finem illum necessaria, cū non sciuntur vel creduntur esse necessaria, sed tunc prima volitio impeditur per defectum partialis causę aut saltem conditionis sine qua non, puta talis cognitionis ꝙ illa sint media, vel ꝙ sunt ad finem illum necessaria. ❡ Peccare ex A infirmitate, est actū vel omissionem culpabilē facere non ex deliberatione propter passionis impetum. Vnde sicut corpus infirmū est quando humores & membra nō sub-dūtur eius virtuti regitiuę, sic metaphorice animi infirmi-tas dicitur cū affectiones sensitiuæ non subduntur virtuti regitiuæ animę, puta rationi, sed eam deducunt ad consen sum vetiti, vel omissionem præcepti. Vnde dicit Philoso-phus. j. Ethicorum. Tam incontinentis quam continentis ratio recte & ad optima prouocat: sed aliud quiddam est præter rationem innatam quod repugnat resistitque ra-tioni. Vt enim resolutæ corporis partes, si ad dexteram mouere velis, in sinistram feruntur: sic & in animo in con trarium feruntur incontinentium appetitus. Et Aposto. ad Roma. vij. Video aliam legem in membris meis repu gnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege pec cati, quæ est in membris meis. Et ad Gala v. Caro concupi scit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. ❡ Et potest passio sensitiui appetitus pręuale- B re aduersus rationem seu eā vincere tribus modis, scilicet per distractionem, per contrarietatem, & per ligationem.

Per distractionem, quia dum vehementer animæ intentionem applicat ad sui obiecti considerationem, distrahit, ne possit alijs considerandis intendere: vt q fistulis delectantur, non possunt mētem adhibere sermonibus si fistularū sonū exaudiant, magis gaudentes sono quā præsenti operatione. Voluptas ergo soni corrumpit operationes circa sermones: vt dicitur. x. Ethicorum. Et vniuersaliter, quęlibet extranea voluptas distrahit corrumpendo operationē sicut ꝓpria auget, magis singula discernere faciens, exactiusq̧ cōprehendere. Psal. lvii. Supercecidit ignis, & non viderunt solem Ignis inquā concupiscētiæ seu libidinis: & non viderunt sole, id est notissima principia practica agen

C dorum. ¶ Secundo per contrarietatem. Frequenter enim passio inclinat ad contrarium eius quod ratio p̄cipit: quæ dum nō cohibetur, parua scintilla crescit in flammam, tandemq̧ rationē trahit in sententiam inclinationi suę conformem. Non enim eadem vidētur amantibus & odientibus iratis & māsuete se habētibus: sed omnia diuersa vel saltem magnitudine: vt amāti videtur ꝙ reus nullā vel paruam iniuriā fecerit, odienti vero omnino contrariū: vt dicitur. ij. Rhetoricorum. Quemadmodū enim gust⁹ de saporibus iudicat secundū dispositionem linguę & sui organi, vt patet in febricitātibus: ita intellectus secundū dispositionē appetitus, dum affectiones vehemētes fuerint. ꝓpter quod primo Rhetori. dicit Philosophus minimā potestatem tribuendā iudicibus: vt non ex arbitrio, sed secundum leges iudicent: quoniā cum vel amēt vel oderint, sua quoq̧ vtilitas cōnexa sit, nō satis queunt verum perspicere, sed ꝓpria vel voluptas vel dolor iudicia obūbrat. Beatus igitur qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Psal. cxxxvi. Paruulos inquā id est exiles mot⁹ passionū, ad petram rationis, ne videlicet succrescentes vim capiant

D deducendi ad malū. ¶ Tertio per ligationem intellectus: quia passiones corporalem transmutationem faciunt: corporalis vero perturbatio ligat sensum, vel perturbat phantasmata: ꝓpter quod intellectus impeditur a ꝓprio actu, scilicet ab vsu rationis: & ita per passionem ligatur. ¶ Ex dictis patet ꝙ ille dicitur solū ex infirmitate peccare, qui

per passionem impeditur considerare malitiam suę actionis vel omissiõis. Si eñ passio adeo exilis fuerit & modica, vt rationis iudiciũ quo ad hoc non obumbret, quãquã trahat quodãmodo & inclinet: non est infirmitatis peccatum, sed principalius malitię: quia omne peccatũ a voluntate scienter ꝓcedens, est peccatum de industria. seu peccatum malitiæ: vt patet. v. Ethic. ¶ Et si dicatur, Scientia ꝓpter sui certitudinẽ est fortior passione: ergo nõ potest passio quãtũcunq; intensa rationis iudiciũ peruertere, saltẽ cũ fuerit sciẽtię aut firmę adhęsionis. vnde recte videt dixisse Socrates: Difficile est si sciẽtia adsit, aliud quicquam praeualere, ac veluti mancipium in seruitutem trahere. concludens neminẽ intelligentẽ facere cõtra id quod optimũ scit, sed eos qui faciũt, per ignorantiã facere. Nec videtur sufficere solutio quã dat Philosophus. vij. Ethic. ꝙ incõtinẽs cũ in perturbatione est, non habet scientiã in particulari & in actu, sed in vniuersali vel habitu tantũ: quoniã videm⁹ tales de boni & mali distãtia optime disserere: quod vtique fieri nõ potest nisi de particulari casu, siue sciẽtia in particulari & in actu. Præterea bonũ hoïs est secundum rationem esse. cũ ergo passio hoc solũ operetur, vt aliquid fiat secundũ rationẽ, quã ad sententiã suę inclinatiõi cõformẽ deducit: videtur ꝙ mot⁹ volũtatis ex passione seu infirmitate, semper sit bonus & rectus. ¶ Respondeo. Licet passio nõ possit vincere scientiam aut fidem practicã eamanente in vniuersali & particulari, puta mouendo voluntatem ad aliquid volendum vel nolẽdum contra practicum iudicium: vtiq; tamen potest sciẽtiam illam per distractionem ligationem vel cõtrarietatem extinguere seu corrumpere, quomodo linguę indispositio superueniẽs corrumpit rectum iudicium de sapore: & ita nõ trahitur sciẽtia velut mãcipium in seruitutem, sed a passiõe pręualente corrumpitur. ¶ Ad cõfirmationem respõdeo ꝙ vtiq; possunt cognoscere quod morales philosophi, & qd scriptura sacra de bono & malo tradãt, & mentales propositiões formare: sed nũquã possunt vtiq; propositioni discursus practici de bono contrario inclinationi passionis cui cedunt assensum ꝓbere. & ergo bene dicit Philosoph⁹ ꝙ eos dicere ser- E

mones seu verba, scientię nullum est signū. Nam q primo discunt, illa cōplectuntur, sed nondū intelligunt. Opus est enim vt cognata natura fiat. Quare existimandū est incō tinentes talia dicere queadmodū eos q in scena, id est thea trali ludo recitant. ¶ Ad secūdum dico ꝙ bonum hominis consistit in esse secundū rationē rectam, non autem recur- uam: qualis est ratio incōtinētium dum actu sunt in per-

A turbatione. ¶ Ad videndum quid sit peccare ex ignorātia prēmitto ꝙ aliud est ignorantē aliquid facere, & aliud est id ipsum facere ex ignorātia. Nam sicut absentia nautę est causa submersionis nauis, ita ignorātia est causa facti seu operis humani. Sicut ergo absentia nautę nō est causa sub mersionis nauis nisi cum prę̄sentia eius ꝓhiberet submer- sionem: (vbi nanq; ęque peritura esset nauis nauta pñ̄se- te sicut ipso absente, nō cēseretur absentia eius causa sub- mersionis, quia iam non remoueret ꝓhibēs, & illa sola ra tione dicitur causa priuatiua submersiōis) cōsimiliter igno rantia dicitur solū causa operis seu facti, quādo præsentia scientię factum ipsum ꝓhiberet: vt mutuans spe lucri con sequēdi, si ignoret hoc esse peccatum, puta vsurā menta- lem, nihilomin⁹ idē facturus si hoc sciret, talis quāuis pec-

O cat ignorans, non tamen ex ignorantia. ¶ Ex hoc dico ꝙ peccare ex ignorantia, est actum culpabilem facere ꝓpter carentiam scientię seu notitię. Et fit tūc propter carentiam scientię, quādo scientia si præsens esset, prohiberet actum iuxta notabile prēmissum. Et dico notāter actū culpabilē quia si ignorātia excuset actum a culpa, non est ibi pecca- re ex ignorātia, sed propter ignorātiā actum licitum face- re: quia sciēte factus, esset penit⁹ illicit⁹. Et summo in de- scriptiōes ly actū generaliter, vt se extendit ad omissionē: & sic competit descriptio omni peccare ex ignorantia, siue fuerit omissio siue cōmissio. ¶ Ad sciēdū autem quę igno

C rantia excusat, & quę non, præmitto ꝙ alia est ignorantia iuris, alia facti. Ignorātia iuris est duplex, scilicet iuris diui ni, & humani. Ignorātia iuris diuini iterum subdiuiditur, quia q̄dā est inuincibilis, quędā vero vincibilis. Inuincibilis est quā homo faciēs qđ in se est vt ministerio hominū vel dei auxilio instruat, vincere nō potest. Et ista totaliter ex-

cusat a peccato, patet: quia nisi sic, facienti quod in se est, nõ esset deus paratus succurrere in necessarijs ad salutẽ: cõtra illud Aug. Deus semp paratus est benefacere, sed malitia hominũ prohibet. xvj. q. j. decimę. Et contra illud Psalmo cxliiij. Prope est dñs omnibus inuocantibus eum, omnib⁹ inuocantib⁹ eũ in veritate. deprecationẽ eorũ exaudiet &c. adeo vt glo. asserat ad Roma. v. Si confugientẽ ad se deus non reciperet, esset in eo iniquitas. Cũ igitur blasphemum & impium sit deo quãcunq; iniquitatis maculã ascribere oportet ignorantiã facientis quod in se est, totaliter exclu- D dere peccatũ, cum sit inuincibilis. ¶ Ex opposito ignorantia vincibilis iuris diuini est quã homo faciendo quod in se est vt ministerio hominũ vel a deo instruat de agẽdis, vincere potest, & ista culpã extenuat, sed non excusat totaliter a peccato. Secunda pars patet, quia vel talis nõ faciens quod in se est &c. omittit requirere ministeriũ hominũ peritorũ cõmittens se soli deo & eius gratiæ, & sic de nouo peccat tẽtando deũ. Quicũq; enim rationabili cõsilio habẽs quid faciat humanitus, salutẽ suam spiritualẽ vel corporalem soli deo cõmittit omisso seu neglecto humano subsidio: tentat deũ: vt vult Aug. assignando causam quare Abraham debuit Sarai dicere sororẽ suam, subticendo eam vxorẽ suam esse. xxij. q. ij. quæritur, Vnde sicut in corporali ægritudine constitutus si confisus de diuino adiutorio nolit requirere medicorũ iuuamen aut cõsilium: peccaret tentendo deũ: ita qui mentis infirmitate laborat, puta ignorantia: si nolit &c. Vel secundo quãuis accuratissime requirit hominũ quantũlibet doctorũ consilium & ministerium non tamen se talem exhibet apud deũ, qui ab eo mereatur in viam salutis dirigi, puta quia se non disponit ad charitatem continuando actum, aliquod peccatum vel priora non diluendo per pœnitentiam. ¶ Et q̃ nullo horũ trium modorum ignorantia totaliter excuset a peccato, probo. Nullus ratione vtens excusatur a peccato per pœnam quã iusto iudicio deus ei infert, aut in ipso continuat pro peccati demerito. Sed sic est de ignorãtia eius qui perseuerat in peccato, ergo. Maior patet: quia in voluntarijs nõ põt excusare illa necessitas quã operata est prior volũtas; vt dicit Hu. de san

cto Victore.lib.j.de sacramētis,parte.vij.c.xxiij.sicut non excusat necessitas denuo peccādi mortaliter in eo qui priora peccata per pœnitentiā non diluit. Et minor probat, primo quia in pœnam peccati interdum abscōdit veritatem ab his quos perseuerantes in peccato consulunt, adeo vt si velint omnino respondere, necesse est vt falsa respondeant. Ezechielis.xiiij. Qui posuerit immunditias in corde suo,& venerit ad prophetā vt interroget per eum me: ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. & infra. Propheta vero cū errauerit,& locutus fuerit verbū: ego dominus decipiam illum:& portabūt (supple vterq) iniquitatem suam. iuxta iniquitatem interrogantis. iniquitas prophetę erit. Hinc ait glo.ad Roma.x. Mittit sępe de⁹ malos doctores malis ex ira, vt vicissim per se (sicut iustū est) pereant: vt scilicet qui in peccatis est, peccet adhuc: & q in sordibus est, sordescat adhuc. Apoca.xxij. Et.ij.ad Thessalo.ij. aperte dicit Aposto. Quia non receperunt veritatē charitatis vt salui fierent: ideo mittet illis deus operationē erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui consenserunt iniquitati. Et quid est hoc patres optimi, nisi offendiculum ponere? vt qui pœnitendo reuerti ad deum negligit, deserens eum iusto suo iudicio ponat ei deus vbi grauius impingat: vt per prophetā ait: Si cōuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem: ponam offendiculum corā eo: Ezechielis.iij. Aliquando tamen consultus errare nō permittit falsa docēdo, sed tamen veritatis sermonem eis subtrahit propter interrogantis indignitatem: sicut electo prophetæ suo prænunciat, Linguā tuā adhęrere faciam palato tuo,& eris mutus, non quasi vir obiurgans, quia dom⁹ exasperans est. Vbi vide glo. super verbo,& linguā. Secundo patet eadē minor: quia in pœnā peccati sępe non permittit deus indignos recte responsa intelligere, iuxta illud Esaiæ xxix. Et erit vobis visio omniū pphetarū sicut verba libri signati, quē nec sciēs nec ignorās literas legere poterit. Et expressius Esaię.vj.c. Audite audientes, & nolite intelligere. Excęca cor populi huius,& aures eius aggraua,& oculos eius claude: ne forte videat oculis,& auribus suis audiat,& corde intelligat, & conuertatur, & sanem eos. Qd

oculos claudere apud deū, est mentē non illustrare eidē in pœnā peccati: ad intelligendū non cooperari, seu iuuamen non prǣstare. Frustra aūt palpitat lingua prǣdicantis, si intus non doceat gratia & virtus spiritussancti seu dei. ¶ Ex F hoc patet quantę temeritatis sit de proprio capite quid liceat, quid iniustū iustūve sit, præsumere, & scripturæ sacræ regulā a peritis non requirere, præter iustam necessitatem soli deo se cōmittendo: vel certe de ministerio hominū cō fidere, & corde cōtrito simul ad deū non recurrere. Nullum enim a peccato excusat diuini iuris ignorantia, nisi ad deum toto corde conuersus dirigi petat, & suffragium hominum requirere non omittat. ¶ Fortasse obijciet aliquis: In his quæ sunt iuris diuini, nulla cadit ignorantia inuincibilis. ergo male dicit illa ex toto excusare a peccato. Antecedens patet ratione Guillel. Parisiēsis: quia vel facit quis q̄d in se est ad vitandū peccatū: & vtiq; dirigetur a deo ministerio hominū, vel interna inspiratione. vel non facit quod in se est: & tunc non errat inuincibiliter. ex quo cōcludit in his quæ sunt iuris diuini, non cadere ignorantiam facti inuincibilem: quanto minus iuris. Et Ger. doctor eximi⁹ quarta lectiōe de spirituali vita animę dicit: Quicquid sit de ignorantia facti aut iuris humani, concors est sententia nullā in his quæ legis diuinę sunt cadere ignorantiā inuincibilem, quin faciendi quod in se est, deus semper assistit, parat⁹ illustrare mentem quantū oportebit ad salutē, & erroris euitationē. Similiter dominus Altissiodorē. tertia parte sum. dicit vetulā & si audiat prǣlatum prǣdicantem ꝙ pater in diuinis sit maior filio, quia filius quicquid habet &c. nō excusari per ignorantiam inuincibilē, quia potest ab alio veritatem discere, puta a deo si ei aperiat ostium cordis sui ꝑ deuotam dei glorificationē. Pro quo facit Hugo de sancto Victore lib. ij. parte. ix. ca. v. dicens neminem excusati per ignorantiam a prǣcepto baptismatis suscipiendi: quia nisi sua culpa obstiterit, audire & scire poterit ac debebit: vt exemplariter deduci solet a docto. de Cornelio Centurione Actu. x. ¶ Et confirmo per illud. i. Ioan. ij. c. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio docet vos de omnibus: & verum est, & non est mendacium, ergo faciēs

quod in se est, nunquã laborat inuincibili ignorantia in his
G quæ sunt legis dei. Respondeo. Eorũ quę sunt legis diuinę est differentia, Quædã em̃ sunt quorum notitia est omnibus adultis necessaria ad salutẽ: quædã vero quorũ notitia solum quibusdã est necessaria ad salutẽ. Prima, vt cõmunia iuris naturalis præcepta: cuiusmodi sunt præcepta decalogi, & cõmunes articuli fidei: vt dicit de omni potentia dei, Christi humanitate, passione & resurrectone, & resurrectione mortuorum,: & sic de alijs. & horũ ignorãtia in nullo est inuincibilis, quin semper eam vincere posset faciendo quod in se est. Secus de alijs: quia & si circa illa corde humiliato veritatẽ inquirant a deo & hominibus, nõ propter hoc semper edocerentur ministerio hominum, vel a deo interna inspiratione, vt contigisse videtur Maccabæis, qui propter religionẽ & obseruantiã sabbati crediderunt non licere sibi manu auxilium ferre, aut loca speluncarum oppilare. i. Maccabæo ij. c. & his qui iuxta decisionẽ sedis apostolicæ ei adhęserunt cũ qua fœdus coniugale pręsumpserant priore marito lapso in hæresim, & adhuc viuo. de quo cõpilatio antiqua decretaliũ habebat in. c. laudabilẽ: de conuersi. infide. vt aliquando latius deduxi. Et hoc dico ad rationem domini Guillel. Parisiensis quod & si quis faciat quod in se est, potest laborare inuincibili ignorantia eius diuini iuris ad cuius notitiam deus non quemlibet vult obligari. similiter est in his: quæ sunt facti, vt postea dicã. & cum dicit Ger. Concors sententia est in his quæ sunt iuris diuini, nullam cadere ignorantiã inuincibilem: dico hoc limitandum esse ad illa quæ deus sub obligatione vult ab
H omnibus sciri. Quod em̃ indistincte verum non sit, patet ex glo. Matthæi. xviij. Parum distat in vitio fallere vel falli, scandalizare vel scandalizari, si ex negligentia. si ex inuincibili ignorantia, distat: quia tunc falli peccatum non imputatur. quæ glo. non de facti sed iuris ignorantia loqui videtur. imo & Gratianus vult aduersus ius naturale dispẽsationem fieri, cum duo mala ita se vrgent, vt alterum agi oporteat xiij. distinctione in princip. qui casus occurrere non potest nisi illi qui diuini iuris ignorantia laborat, quomodo loquitur consilium Toletanũ quod ibi Gratia-

nus allegat.ergo in his quæ sunt iuris diuini, potest cadere ignorantia inuincibilis. Non obstat verbum Hugo.allegatum:quia procedit de illo ad cuius notitiam deus voluit omnes esse obligatos, saltem notabiliter durantes in vita post acceptum rationis vsum. ¶ Ad confirmationem ex verbo Ioannis apostoli dico quod vnctio non sinit aliquem charum deo hebetudinem pati in his quę ei sunt necessaria ad salutem:cuiusmodi est illud de quo ibi Apostolus meminit. Christum messiam in lege promissum iam venisse:quod vnicuique est necessarium scire: sed in similibus erudit semper charitatem habentes, vel interna inspiratione, vel ministerio hominum.secus in alijs, vt dedu- I
xi de Maccabęis & alijs. ¶ Circa dicta est aduertendum quod ignorantia aliquando est inuincibilis quo ad dissolutionem, & vincibilis quo ad euasionem: & illa nō excusat ex toto a culpa: vt dicit domin⁹ Guillel. Altissiodoren.tertia parte summæ.quæst. vtrum aliquis per ignorantiam sine peccato potest exhibere latriam creaturæ: cui⁹ exemplum est de eo cui apparet diabol⁹ sub specie Christi pręcipiens vt adoretur.quāquam enim homo nō posset ignorantiam illam vincere per dissolutionem, deueniēdo scilicet ad cognitionem veritatis, eam discernendo a falsitate opposita apparente:quia tamen ei patet sine dissolutione euasio peccati, adorando sub conditione si sit Christ⁹:ideo illa inuicibilis ignorantia non excusaret a peccato si absolute & simpliciter adoraret. An tamen ibi per implicitā conditionem posset excusari a peccato, sicut in consecratione hostiæ non transubstantiatę, secundum decisionem concilij Constantieñ. nō curo ad pręsens:satis est ꝓposito quod in simpliciter absoluta adoratione nō excusaretur. sed ignorantia inuincibilis quo ad dissolutionem & euasionem simul excusat totaliter a peccato:vt si dęmon sit transfiguratus pręciperet sibi filium immolari:quia ibi non posset ignorantia inuincibilis permanere quo ad dissolutionem, nisi simul esset inuincibilis quo ad euasionem, impossibile esset cū illa inuincibili ignorātia laborare, & tamen peccare:quinimo deus in hoc casu facientem quod in se est, necessario instrueret interna inspiratione, aut certe cum

eo dispensaret in lege non occidendi insontem. Et hui⁹ senē tentię fuit Gratianus. xiij. distin. cum dicit aduersus ius na turale nullam dispensationem fieri, nisi duo mala ita se vr geant &c. quod falsum esset si ignorantia inuincibilis quo ad dissolutionem tantū excusaret a peccato. Sed dices forte tasse, hæc sententia fere totum mundum inuoluit: cum sic mercantes contractu iure naturæ illicito, quātumcūq̧ se querentur doctorum sententias, non excusarentur a peccato, cum ibi ignorantia sit vincibilis quo ad euasionē, ab stinendo a contractu, & similiter in multis alijs, vt cō trahendo cum alio postquam maritus lapsus fuerit in hæresim, quod olim declarauerat Celestinus papa esse licitum &c. Respondeo: Non totum mundum inuoluit: quoniā in similibus vere cōfugientes ad se nō sinit deus peccati labe inquinari, sed dat metuētibus se significationem vt fugiāt a facie arcus, & liberentur electi sui. Psalmo. lix. Quemadmodum Helia exclamāte quia solus relictus esset veri deī cultor, accepit diuinum responsum. Seruaui mihi septem milia virorum qui non curauerunt genu ante Baal. iij. Re

K gum. xix. & refert Apostolus ad Romanos. xi. ¶ Restat inq̄rere de ignorātia iuris humani & positiui, an & quan do excusat a peccato. Et videtur quod ipsa ignorātia in eo qui facile ius nosse posset, semper sit peccatum, & ita a pec cato non potest saltem totaliter excusare: quia est in illo la ta culpa, iuxta. l. latæ culpæ. ff. de verborum significatione. & l. regula. ff. de iuris & fac. igno. quia omnes tenentur iura scire. C. de legibus. l. ij. & de constitutioni. cap. primo. dēptis personis quo ad hoc priuilegiatis videlicet militibus, & minoribus. xxv. annis, mulierib⁹, & rusticis. de quo plenius vide glos. j. questione. iiij. cap. turbatur. §. notandum. ¶ Pro responsione præmitto quod non est idem

L culpa apud iuristas, & peccatum apud sacram scripturam. Culpa in iure est deuiatio ab eo quod bonum est, quod per hominis diligētiam potuit prouideri: cuius sunt quinque species: scilicet latissima culpa, latior, lata, leuis, & leuissima. pro quarum descriptionibus remitto ad Bartolū in. l. quod nerua. ff. depo. Vnde deuiatio a bono vtili est culpa. Et ꝙ sine peccato sępe fiat, patet: si hęres ex ignorantia le

gis falcidię tantũ in legatis soluat, ꝙ non remanet quarta pars hęreditatis: hęc est lata culpa, & stultus appellatur q̃ iuris illius ignorantia laborat, in. l. regula. ff. de iu. & fac. igno. vbi dicit̃ de talibus. Sciãt ignorantiã facti nõ iuris ꝓdesse: nec stultis solere succurri, sed errantib⁹. Itẽ fideiussor ignorans se inutiliter obligatũ propter iuris ignorantiam: est in lata culpa, & ei subtrahit̃ actio mandati. Similiter si postq̃ soluerit, nõ certiorauit principalẽ de pecunia per eũ numerata, & ille secũdo soluit: vt. l. si fideiussor. ff. mãdati. Similiter si quis patronũ sine venia in iure cõueniat, ignorantia in eo est lata culpa, & cadit in pœnam. l. aureorum: vt. l. ij. C. de in ius vocã. quę oĩa sunt sine peccato. Sed certe sunt negligẽtię circa bonũ vtile reipublicę, & particulare ius: quas iuste leges seu iura puniũt vel cessatiõe lucri, aut certe dãni affectiõe. ¶ Respondeo igit̃ ꝙ etsi iuris ignorãtia in eo q̃ vel ꝑpria prudẽtia instruct⁹, aut iurisperitorũ copiam habens, ius facile nosse posset, sit lata culpa: hoc tñ non arguit illam ignorantiam esse peccatum, etiam cum ignorantia non est ꝓbabilis: vt patet ex statim p̃misso. Sed vbi iura aliquid pręcipiũt aut prohibent, dum sufficienter innitũtur diuinæ legis auctoritati (extra quã vt regulã ab omnibus ꝓfessatam vel professandam nihil possunt præcipere, vt nec abbas aliquid extra regulam professam a monacho teste Gerson) ignorãtia iuris non excusat a peccato, nisi fuerit ꝓbabilis apud eum qui ex iuris ignorãtia præceptum vel prohibitionem illam trãsgreditur. ¶ Dicet fortasse aliquis, ignorantia iuris diuini non excusat a peccato, nisi sit inuincibilis. sed vt plurimũ iuris humani dispositio facit aliq̃d esse contra dei legẽ, quod alias contra eã non foret: vt omnis dispositio circa alienũ impediens in aliquem cadere rei dñiũ. similiter quę ĩpedit inter aliquos esse matrimonium. ergo saltem talis iuris ignorantia non excusat a peccato, nisi fuerit inuincibilis. Consequentia tenet: quia da oppositũ consequentis, & habebitur ꝙ ignorãtia diuini iuris ꝓbabilis & non inuincibilis excusabit a peccato. Verbi gratia quis accipit in coniugem quã scit in. iiij. gradu sibi coniunctã, putans per iuris ignorantiam hoc sibi licere: iste cõmiscendo se illi fornicatur. Si ergo ꝓbabilis ignorã-

tia illi⁹ cōstitutiōis ecclesię excuset eū a pctō, ignorantia iuris diuini de non fornicando excusabit &c. quāuis solum sit pbabilis. ¶ Respondeo ad pbationem cōsequētiæ, negando assumptū: quia aliud est talē ignorare ꝙ fornicatio sit phibita, quod est ignorantia iuris diuini. aliud vero ꝙ cōcumbere cū illa post cōsensum matrimonij præstitū sit fornicari, quod est iuris positiui. Et sic secūda ignorātia pbabilis, tanq̄ positiui iuris, bene excusat: iuxta. ca. pposuisti. lxxxij. dist. & notata doct. ibidem: quāuis prima excusare nō posset, nisi esset inuincibilis. Patet istud p simile: lege naturę tenemur nos non occidere, & vitā nobis seruare alimento & tegumento quantū possumus: nec ignorātia illius nisi inuincibilis excusaret a pctō. sed certe ignorātia probabilis ꝙ tali cibo nos occidamus quē in ægritudine appetimus, vel tali medicamine, excusat totaliter a pctō: alias oporteret quemlibet medicinam discere, & illuc studiū conuertere. Cum ergo nō minus liceat ignorare pręceptum nō occidendi, q̄ pręceptum aliena nō occupandi inuito dño: oportet ignorantiam pbabilem iuris positiui humani excusare &c. q̄uis facit actū ipsum cadere sub phibitione legis diuinę, nec est ibi ignorātia legis diuinæ, sed est ignorātia alicui⁹ pter qd̄ ignoratū nescit act⁹ cadere sub phibitiōe &c. ¶ Ex hoc patet ꝙ sequēs errorē alicui⁹ doctoris aut viri docti in ijs q̄ sunt iuris positiui, excusatur a pctō: sicut sequēdo errorē medici p ęgritudine depellēda, vbi interdū seipsum interficit. secus de errore iuris diuini. Et sic oportet limitare dictū Landulphi. xv. dist. Quarti, ꝙ videlicet sequens errorē doctoris dum eius mentis fuerit ꝙ nullo modo hoc faceret si sciret esse peccatū, excusatur. ¶ Ignorantia facti est triplex, scilicet affectata, crassa seu supina, & pbabilis. Affectata dicitur dū vt maiori libidine propositum exequamur sine remorsu, vel ob aliū finem nolumus circūstantiam facti aduertere: vt est illud Psal. xxxv. Verba oris eius iniquitas & dol⁹: noluit itelligere vt bene ageret. Crassa seu supina est dū nolumus laborē circūspectionis subire, vel certe volumus alijs intēdere: p quod a circūspectiōe facti retrahimur: quomō Mat. xiij. dicit, Solicitudo seculi & fallacia diuitiarum suffocāt

verbum. Et dicitur crassa metaphorice: quia pingues regulariter sunt somnolenti & desides: vnde prohibentur a diligenti consideratione. Nam venter pinguis (teste Hieronymo) crassum sensum generat. xliiij. distin. in fine. Et supina, quia tales quasi supini iacent, rationem non eleuantes ad facti considerationem. Probabilis ignorantia circunstãtię dicitur dum quis debito moderamine circunspicit, & circunstantiam illam non aduerit. Et vt dicat probabilis, nõ requiritur ꝙ homo sit nimium curiosus in inuestigando: sed ꝙ non sit nimiũ negligẽs remissus aut dissolutus in inquirendo. ff. de iu. & fac. igno. l. fi. ¶ Prima ignorantia peccatũ potius auget q̃ extenuat. Qui enĩ scire non vult, non de ignorãtia iudicabit, sed de contẽptu: vt ait Ber. Secunda scilicet crassa culpã alleuiat: sed non excusat a peccato: vt solet exemplificari de Lamech, qui præ senio cęcutiens seu caligans oculis dicente iuuene feram adesse, sagitam emisit, ac interfecit Caim: de quo in glo. Gene. iiij. & xv. q. j. §. itaq. & non excusatur a peccato occisionis, q̃a nõ suffecit ꝓ exercitio illius facti diligentia illa per aliũ. Tertia videlicet ꝓbabilis a toto excusat: vt exemplificari solet de facto Iacob Geñ. xxix. cui pro Rachel supposita fuit Lya. Et nisi sic, non liceret conuolare ad secunda vota recepto certo nuncio de morte mariti, ex quo adhuc falli posset, contra. c. in p̃sentia. de spon. & c. dñs. de secun. nup. Preterea dicit Augu. lib. de fide & operibus: Nõ peccat virgo quæ nesciens nubit alieno viro: nec erit adultera ex hoc, quandiu nescit. quod verũ est dũ probabiliter ignorat. Et intelligo prædicta de ignorãtia circunstantiæ quæ sola facit actũ malũ. Nã si ex ignorantia circunstantię solũ aggrauãtis factũ, vel imptinentis ad rationẽ peccati aliquid fiat: siue illa fuerit probabilis siue inuincibilis: nõ excusat a peccato: vt si eũ propter leuẽ iniuriã occidã, quẽ ignoro esse patrẽ, vel ignorem in ipso actu me simul occidendũ si tentauero aliũ occidere: q̃q̃ ex & ꝓpter illam ignorantiã fecero, nõ excusor a pc̃õ. Similiter est de sciente aliquid esse peccatum: sed quia ignorat ipsum esse mortale, vult illud agere. Cõtra istud adduco ꝑgnãtissimũ mediũ de Abimelech rege Gerarę q in simplicitate cordis & munditia manuũ suarũ voluit Sarai vxorẽ Abrahæ sibi

& imponitur pœnitentia non pro culpa, sed ad cautelã. Dices fortasse contra dicta de crassa ignorantia: dicit Philosophus. v. Ethico. quibusdã inuoluntarij veniã dandã esse, puta omnibus quæ non ignorantes solum, sed per ignorantiam facimus: non alijs quę ignorãtes facimus, non ꝑ ignorantiam, sed ꝓpter animi perturbationẽ non naturalẽ neqꝫ humanam. ¶ Responsio. Philosophus loquiť de ignorãtia inuoluntaria, cuius scilicet voluntas non est positiua causa per nolle scire, nec priuatiua per incuriã & segniciẽ, debitã diligentiam sciendi non adhibendo. Tunc cm̃ per ignorantiam cõmissa puniuntur si ipse cõmittens causa ignorãtiæ videatur fuisse: vt deducit Philosophus. iij. Ethicorum de ebrijs: quib⁹ duplices debentur increpationes, cũ in eorum potestate fuerit ne ebrij fierent: quod causa est eorum ignorantiæ. Et generaliter dicit ignorantes aliquid eorum quæ legibus continentur, & scire oportet, nec difficilia sunt: eodemqꝫ modo in alijs quę per negligentiam ignorãtur, quoniam in ipsis est ne ignorent, peccare. Poterant enim diligentiam adhibere. R

QVO ad secundum principale primo inquiram quid eorũ sit grauius. Secundo ex hoc quis aliquo illorum peccatorũ peccantiũ sit magis corruptus, et minus curabilis. ¶ Pro primo ponebam conclusionem. Cæteris paribus illud peccatũ est grauius, quod plus habet de voluntario: & inter æque voluntaria, quod fit maiori conatu: inter omnia vero grauissimũ in quo reperitur maior contẽptus. Prima pars patet, quia ratio peccati consistit in esse voluntariũ, ꝙ si non sit voluntarium omnino, non est peccatũ: quod a deo manifestũ est August. teste, vt nulla huic doctorũ paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Ergo quod plus participat de voluntario, magis habet de ratione peccati. Secunda ꝑs patet quia sicut in merito conatus volũtatis auget meritũ: ita in culpa maior conatus voluntatis arguit plus inordinatiõis & demeriti. Tertia pars patet per illud. j. Regũ. xv. Quasi peccatũ hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrie, nolle acquiescere. quod ibi improperať Saul ꝓ transgressione positiui mandati dei: qđ metu pp̃li (vt ibi patet) A

transgressus erat, propter contēptum, quē a deo aspernat deus etiam in mere positiuis. Quid igitur in ijs quæ sunt iuris naturæ? Quod autē contemptus sit extremus grad⁹ malitiæ, patet Prouerb. xviij. Impius cū in profundum vitiorum venerit, contemnit. Et Augustinus dicit ciuitatem diaboli perfici ex amore sui vsq͡ʒ ad contēptum dei. Hinc recte dicit dominus Altissiodo. Si diabolo duobus apparente in specie Christi, vterq͡ʒ credat eum esse Christum, & facto mandato vt eum adorent, vn⁹ adoret, alter vero contēnat adorare: grauius peccat qui adorare contemnit, quam is q̃ idololatrat, propter hoc, quia contemptus directe obuiat charitati: idololatria vero magis obuiat fidei. Hinc patet ꝑuersitas erroris quem seminare in hac vniuersitate quidā non sunt veriti, ꝙ contra conscientiam erroneam qua iudicatur fornicandum esse, licet nolle fornicari. cum ibi manifestus sit diuinę legis contemptus: quemadmodum si quis eum qui miles est, credat regem, & eidem nolit regium honorem impendere: censetur non militem, sed regem contēnere. Nec est solum error dicta assertio, sed hæresis contra orthodoxę fidei veritatem, iuxta illud Apostoli ad Roma. xiiij. Omne quod non est ex fide, peccatum est: vt latius de

B duxi in alijs. ¶ Ex dictis infero, Quanto quis maiori virtute aut gratia est præditus, tanto peccat grauius: & quāto fortius metu aut concupiscentia quis ad peccandum impellitur, leuius delinquit. Primum patet ex verbo Augu. lib. de pœnitētia. In hoc quisq͡ʒ peccator fit culpabilior, quo est deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. de pœni. dist. v. consideret. Et Grego. de diabolo ait: Idcirco peccans sine venia damnatus est, quia magnus sine cōparatione creatus est. de pœni. dist. ij. principiū. Et secundū patet, q̃a minus est de voluntario, vbi est maior īpulsus ab extrinseco, ideo. Aug. suadet cōfiteri qua tētatione quove impulsu quis ceciderit an vltro se peccato obtuleris, nō expectāt tentatiōnē, sed præueniens voluptatem dicto. c. cōsideret. ¶ Ex his dico ꝙ inter dicta tria genera peccatorum, peccatum ex ignorantia est minus graue,

C deinde peccatum ex infirmitate: tertium vero, puta peccatum ex industria, extremum gradum tenet malitię. Istud

expreſſe aſſerit Greg. Peccatũ (inquit) trib⁹ modis admittitur, ignorãtia, ĩfirmitate, & ſtudio. Et grauius quidẽ infirmitate, q̃ ignorãtia, ſed multo grauius ſtudio q̃ infirmitate peccatur. de pœni. diſt. ij. ſciendum. Item ꝙ peccatum ex ignorãtia ſit minus graue, q̃ eſt peccatum ex induſtria. patet ex verbo Saluatoris Lucę. xij. Qui non cognouit, ſupple voluntatẽ dñi, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. ſubiũgitur cauſa, quia homini cui multum datum eſt, multũ quęretur ab eo. in quo fundata eſt regula Auguſt. ꝙ minora ſunt peccata ignorãtium q̃ ſciẽtium. ex qua cõcludit auarum fidelem qui ſciens ab auaritia nõ receſſerit vincere in ſcelere eum qui neſciẽs hæreſim incurrerit: niſi forte in hæreſi ſceleris maguitudo faciat q̃d in auaritia facit ſcientis admiſſio: vt hęreticus neſciens auaro ſcienti coęquetur. vj. q j. quęro. Quod veritatẽ habet de ignorãtia craſſa vel ſupina, ſed nõ de affectata. Vnde Ambro. ſuper verbo Lucę allegato. Sed cũ poſſent ſcire, ſi vellẽt ſtudiũ adhibere: nõ neſciẽtes ſed contemptores iudicãtur. Quod etiam ſit minus graue q̃ pc̃m ex infirmitate, putat, quia eſt minus voluntarium: cum volũtas non feratur nec ferri poſſit in incognitũ. In peccato vero infirmitatis volũtas deducitur in cõſenſum eius quod ſub circũſtãtijs illis quę cognoſcũtur, eſt illicitum: ergo in peccato ex ignorãtia eſt minus de volũtario, & ita minus de cõtẽptu. Quod etiã pc̃m ex induſtria ſit vtroq; graui⁹, patet, quia in ipſo eſt maximus contẽptus diuinę legis. magis em̃ cõtemnit qui ſciẽter cõtrauenit, q̃ is q ex ignorãtia. ¶Cõtra iſta videt̃ ꝙ pc̃m ex malitia nõ ſit grauius alijs. Primo, quia Eccleſiaſti. xlij. dicitur. Melior eſt iniquitas viri q̃ mulier benefaciẽs. Sed per virũ tropologice videtur intelligi ſciens ſeu noſcẽs diſtantiã boni & mali. ergo. Et cõfirmat̃: quia fortius impellit̃ q̃s ab habitu q̃ a paſſiõe. ſed vbi eſt maior impulſus, eſt minus pc̃m. ergo. Pręterea vbi eſt maior ignorãtia: eſt minor contẽptus, & minus de volũtario. ſed maiori ignorãtia laborat peccãs ex malitia q̃ peccãs ex infirmitate: ergo. Minor patet: quia habet ignorãtiã finis: imo malũ ęſtimationem de fine, qui eſt principium in operatiuis: vt patet ex. iij. vj. vij. Ethicorũ. ergo. ¶Item videtur

peccatũ ex infirmitate min⁹ graue q̃ sit pctm̃ ex ignorantia. Primo, quia dicitur Sap. iiij. Inconstãtia concupiscẽtiæ transuertit sensum sine malitia. ergo omnino excluditur culpa per superueniẽtem concupiscentiam seu passionem. ¶ Et confirmatur: quia malum quod fit cõtra voluntatẽ, caret inordinatione culpę. sed passio facit operari malũ contra volũtatẽ, iuxta illud apl'i ad Rom. vij. Quod odi malũ illud facio. Vbi etiã dicit legem membrorũ se captiuũ ducere in legem peccati. Et hoc ipsum experimẽtaliter patet in ijs q̃ contranitentes vehementia doloris aut voluptatis superanẽ: quẽadmodum risum tenere conati, accumulatũ emittunt: q̄bus dicit Philosophus. vij. Ethico. veniam dandam esse. Preterea ignorãtia est peccatum distinctũ, infirmitas vero nõ est peccatum, licet ad peccatũ inclinet. ergo ignorantia potius aggrauat culpam q̃ alleuiat. ¶ Respon

D deo ad primum, vir ibi ad literã sumitur pro hoie masculini sexus: & dicitur iniquitas ei⁹ melior esse alijs, eo genere loquẽdi quo min⁹ malũ dicitur melius, p̄ tanto scilicet quia min⁹ periculosus est vir iniquus cohabitans q̃ mulier benefaciens: vnde præmittitur ibi: In medio mulierũ noli cõmorari. de vestimentis enim p̄cedit tinea: & a muliere iniquitas viri. Nec dicit ibi absolute q̃ mulier benefaciens, sed additur, & cõfundens in opprobrium. Tropologice potest vir ibi dici discretus aliquis & strenuus, qui ex casu occasionaliter forti⁹ agit: vt vbi abũdauit delictũ, superabundet gratia. Mulier vero indiscret⁹, qui ex benefacto sumit occasionem peccati, puta supbię &c. ¶ Ad confirmationẽ

E dico: vbi est maior impulsus ab extrinseco, cui⁹ scilicet voluntas nõ est causa, peccatum est minus. inclinatio aũt habitus p̄cedit a volũtate. Vnde quemadmodum passio concitata volũtarię, vel pręter intentum cõcomitans, nõ alleuiat peccatũ, sed solum passio antecedens: ita habitus quia nõ minuit rationem voluntarij, nõ minuit peccatum. Vel vt dicunt quidã, habitus nõ inclinat positiue impellendo, sed solum operationem magis delectabilẽ & quasi connaturalem reddendo. ¶ Ad secundum dico q̇ illa ignorantia

F qua laborat malus seu peccans ex industria, est ignorantia electionis: vt dicitur. iij. Ethico. & illa non minuit peccatũ,

sed solū q̄ se habet antecedēter vt inductiuū ad electionē. Etiā licet malus ignorat & errat errore practico iudicādo aliqd faciendū vel non faciendū tertio mō prius posito in prima particula: vtiq; tñ est sciens inhonestatē seu culpā, & demeritū facti: & sic ignorātia eū nō releuat ¶ Ad primū quo pbatur pctm̄ ex infirmitate min⁹ esse q̄ ex ignorantia, respōdeo q malitia nō capitur ibi vt idē sit q pctm̄ seu culpa mortalis: sed specialiter vt dicit habitū vel actū peccati electionis seu de industria: & sine illa malitia bene transuertitur sensus p concupiscentiā, vt vult auctoritas. Et ad confirmationē dico, apostolus ibi loquitur de malo pœnę, nō culpę. vnde dicit ibidē: Iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me pctm̄, puta concupiscentia inflicta naturę ex originali pctō. Imo generalis regula doct. est q motus passionū & membrorū quādiu sunt inuoluntarij, carent culpa seu pctō. Et per idē dico ad Philosophum. vij. Ethic. q ille mot⁹ exterior inuoluntarius caret inordinatione peccati seu mortalis culpæ. Quidam vero exponūt apostolū referendo odiū & operationem ad diuersa: vt sit sensus. Quod odi prius victus concupiscētia, postea operor. Sed primū videtur magis de intentione apostoli propter ea quę subiūgit. Iam non ego operor illud &c. ¶ Ad secundū dico q ignorātia solū habet rationē peccati ratiōe omissionis qua quis omittit debitā diligentiā ad sciendum adhibere: & licet ratione illius omissiōis minuat peccatū, ipsa tamen ignorantia in se quia minuit de volūtario, etiā minuit de ratione peccati. Nec est etiā inconueniens q vnū pctm̄ minuat aliud: vt voluntaria euagatio in dicendis horis minuit pctm̄ omittēdi aliqua quę sunt de ordinario, ex quo est minor contemptus, q̄ si sciēter omitteret. Imo ipsa ignorātia etiā in ratione peccati, & actus qui ex ea fit, nō ęquiparantur in malitia peccato quod fit de industria.


D VIDENDVM quod eorum arguat in homine magis corruptum esse, & minus sanabile: pono hanc propositionem: In eo est maior corruptio, qui sine impellente eligit malum, quam in patiēte impulsum. Et inter impulsos apud illum est maior corru-

ptio, qui pluribus præsidijs vallatur ad resistendū vel vincendum. ¶ Prima pars patet: quia q̄ sine onere curue ambulat, quid faceret oneris fasce pressus? & qui sine ira percutit, quidnam faceret iratus? ergo detestabilius est & magis corrupti hominis sine impulsu peccare. Secunda pars
K patet: quia talis facili⁹ posset vincere seu resistere. Ex quo sequitur ꝙ peccans ex malitia, est magis corruptus: quia sine perturbatione & impulsu passionis appetit malū. Et talis habet errorem contrariū principio practico: quo iudicat finem malum ꝓsequendum esse: quod nō contingit in peccāte ex infirmitate vel ignorātia. Licet em̄ in illis quandoq; intermittatur principiū practicum agēdi, etiam vniuersale: non tamen habent contrariū errorem sicut mal⁹. Et sic patet quare intemperatus peior est q̄ sit incōtinēs. Vnde intēperatum cōparat hydropico vel phthisico, continua scilicet ęgritudine laboranti: incontinentē vero epileptico: qui solum certis temporibus patitur. ¶ Ex secunda parte patet ꝙ incōtinens p̄ temeritatē seu pręuolationem (cuiusmodi sunt melancholici, aut cholerici, q̄ impetu passionis ducunt, vt nec consultent de agendo, sed phantasiam sequuntur) minus corruptus est q̄ incontinēs p̄ infirmitatem, qui scilicet titillatus passione ab initio non vehemēti, consultat de agendo, sed concluso per consultationē nō immanet, quia passioni inualescenti (quā non reprimēdo censetur auxisse) tādē cedit: quia ille plura pręsidia habet vincendi & resistēdi, & est quasi ciuitas opportunas & optimas leges habens: sed legibus nō vtitur. Et hic d fficili⁹ curatur: quia maximū principium reducendi a malo, est ratio: cui ipse nō immanet. Vnde Hesiod⁹: Optim⁹ ille quidem qui p̄ sese omnia noscēs. Præceptor suus ipse sibi meliora peregit. Ille bonus rursum monit⁹ q recta sequatur.
L Qui autē nec ipse intelligit, nec aliū audiens in animo ponit, hic nulla in parte vtilis est. Quanto igit̄ magis inutilis qui p̄ se sufficienter instructus, cōsultatio nō inhęret? Nec tamen sequit̄, si discedere a ratione sit malū, ꝙ ergo semper immanere sit bonū: cum reperiantur quidā duræ ceruicis, agrestes, & indisciplinati, q̄ suas opiniones sem p̄sequuntur, & ab alijs se ꝑsuaderi non sinunt; quia aliud est

immanere opinioni propter vim et efficaciã rationis(quod vtiq; laudabile eſt)aliud vero immanere propterea quia ſibi nimiũ placens vehementer diligit propria,& gaudet ſuã opinionẽ poſſe prçualere,doletq; ſi irritetur aut ſpernatur ab alijs.Nam ibi non amor veri aut boni dominať in opere,ſed propria voluptas aut dolor:& ita talis incontinenti magis eſt ſimilis,q̃ continenti. Vnde Seneca ad Luciliũ in epiſtola:Maximũ prçſtat nobis ad virtutẽ impedimentũ, ꝙ cito nobis placem⁹,Sequitur etiã ꝙ magis corruptus eſt eſt et deteſtabilior qui dolori cedit, q̃ is qui voluptate ſuperatur.Cuius rationẽ dat Philoſophus:quia facilius eſt reſiſtere,quod in dolore requiritur:q̃ vincere,quod in cõcupiſcentia opprimit.Etiã dolor palã aggreditur, voluptas vero latenter inſidiať.Nec ſolum quantũ ex eis eſt ſunt min⁹ curabiles qui potioribus bonis prçditi non prçcauent peccatum:verum auxilium gratiç diuinæ magis a ſe elongant. Eſa.v.dicit dominus de vinea quã ſtudioſe enutrierat,ſepẽ circundando,& turrim ponendo in medio,nihil omittens eorum,quæ facere debuit:quædum pro vuis faceret labruſcas,inquit:Auferam ab ea ſepem,id eſt munimen gratiæ quo retrahi debuit a peccato. Vnde & ſæpe aufert ꝑpter peccata populi correptionem a prçdicatore.Ezechielis.iij. Sed & linguam tuã faciem adhçrere palato tuo:& eris nõ quaſi vir obiurgans &c.Et Apoca.iij. Vtinã calidus eſſes, aut frigidus,id eſt amore ſeruares ꝑcepta, vel ſaltẽ timor te cohiberet a peccato.Sed quia tepid⁹ es: id eſt neutro modo reuocaris a malo,incipiam te euomere de ore meo,id ẽ excludere a cuſtodia ſingularis protectionis meç.Patet ergo ꝙ inter prædicta peccatum malitiæ eſt corruptiſſimi hominis,& minus curabilis,deinde infirmitatis,& infimum gradum tenet peccatum ex ignorantia.

¶Argumentum Quodlibetarij.

¶Arguit dñs Quodlibetarius ſic.Illud peccatũ eſt graui⁹ qđ a deo puniť acerbius.ſed peccatũ quod fit maiori libidinæ,puniť acerbius a deo,ergo eſt grauius.Et vltra,Peccatum ex ignorãtia fit maiori libidine,ergo eſt graui⁹ q̃ peccatũ ex induſtria.Maior primi diſcurſus patet.qa vt dicit

Hierony. Absq dubio sceleratius est commissum quod a deo cõstat grauius esse vindicatũ. xxiiij. q. j. nõ afferamus. Et minor patet per illud Apoca. xviij. Quantũ glorificauit se, & in delicijs fuit, tantũ date ei de tormẽto. Et antecedens secundi discursus patet: quia in peccato ex industria est remorsus rationis. Vnde dicit Philosophus. ix. Ethicorum: Pœnitudine replentur mali, eo q hoc quidem huc trahat &c. Ex ignorãtia vero fit sine omni remorsu: ergo maiori libidine. ergo est grauius. ¶ Respondeo ad probationẽ
M minoris, Verum est cæteris paribus q peccatum quod fit maiori libidine, acerbius punitur: quia est magis voluntarium: sed (vt dixi) grauitas peccati attenditur penes tria ex ordine, scilicet voluntario, conatu, & contemptu. Nam excessus secũdi plus grauat q̃ excessus primi: & super omnia maxime grauat maioritas seu excessus cõtemptus. Quia ergo in peccato de industria est maior contemptus, non obstante q in peccato infirmitatis vel ignorantiæ fuerit maior libido: peccatum malitiæ seu de industria est grauius.

¶ Prima quæstio sine argumentis.



Ropter quod dicit Apostol⁹: Oĩs qui lactis est pticeps, exps est sermonis iustitiæ: cum plures lacte vescant, ad iustitiã tñ discernen
A dam acutissimi? ¶ Pro hui⁹ solutione, vt intelligẽtia dictorũ ex causis pateat dicẽdi: cõmemoranda est ratio quę subiũgit, scilicet, Paruulus e[?]m est. paruulus inquã, id est iuuenis morib⁹. Nihil em̃ refert, ætate q̃s, an moribus iuuenis sit: qm̃ (vt dicit̃ primo Ethicorum) non a tẽpore defectus est, sed in viuendo & prosequendo singula secundum animi perturbationem: sicut cẽtenarius puer dicitur. Esaie. lxv. Puer enim centum annorum morietur: & maledictus erit. Econtrario probitas morum computatur pro senio. Sapien. iiij. Senectus venerabilis ist non diuturna, neq annorum numero computata: sed ętas senectutis est vita immaculata. Paruul⁹ ergo, id est iuuenis morib⁹, expers est sermonis iustitię, quia indebitum est vt tali sermo iustitię quo bonũ a malo discernitur, ministret, Carnalib⁹ em̃ (vt vult Apostol⁹) nõ pos-

sunt secretiora dei mandata vulgari.j.ad Corinth.iij. Non potui vobis loqui tanq̃ spũalibus sed tanq̃ paruulis in Christo: lac vobis potũ dedi, non escã. nondum em̃ poteratis: sed nec adhuc quidẽ potestis. adhuc em̃ carnales estis. Hoc pbans subdit, Cum em̃ sit inter vos zelus & contentio: nõne carnales estis, & secũdum hominẽ ambulatis? Vbi posse se negat: quod vtiq̧ poterat per potentiã: sed quia nõ poterat per iustitiam, iure non potuit: & ita se posse negat. Hinc Amos.v. dicitur: Hostes iusti, accipientes munera, & pauperem in porta opprimentes. ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tẽpus malum est. Ex quo sumptum videtẽ illud Hiero. Cum in tantum doctorũ rabies processerit, vt accipiant præcium in iudicio, & omnia pro munerib⁹ faciant, taceat vir ecclesiasticus & prudens, ne det sanctũ canibus, qui conuersi &c. Imitetur Hieremiam dicentem, Solus sedebam: quia amaritudine plenus eram. xj.q.iij. quãdo ergo. Prauis em̃ & peruersis hominibus sermo iustitiæ non vtilitatem affert, sed detrimentum. Vel enim passione aut malitia excæcati, nequibunt contra suas affectiones assentire veritati: quomodo.i.ad Corin.ij. dicitur, Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus. stultitia est em̃ illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Et Ioan.v. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis: & eam quę a solo deo est, non quęritis? Vt enim videnti per vitrum rubeũ, apparent singula rubea: ita fortiter affecto solum ea videntur quæ sunt appetitui suo conformia. Vel secundo non adeo cæcati sunt quin veritatem intelligant: et propter indolem bonam cum gaudio suscipiunt, sed quia temporales sunt, orto sole tribulationis veritas in eis vel deperit, vel certe deteri⁹ scientes impingũt, q̃ si ignorarent. Ipsi em̃ sunt petra supra quã semen iactũ radicẽ capere non potest, & ideo ardore solis facillime arescit. Mat.xiij. & Lucæ.viij. Ad tẽpus credunt, & in hora tẽtationis recedunt. Vel tertio veritatem intelligunt, sed veritas eos offendit, & in mœrore eã pcipiũt. Quẽadmodũ nãq̧ oculis ęgris odiosa est lux, ita malis hoĩbus plurimum displicet veritas, & prouocanẽ sæpe agere deteriora. Sap.ij. Circumueniamus iustũ, qm̃ inutilis est nobis, & contrarius B

operibus nostris. improperat nobis pctā legis, & infamat in nos peccata disciplinæ nostrę. grauis est nobis etiā ad videndū: qm̄ dissimilis est alijs vita illius. Quolibet aūt horum trium modorum sermo iustitiæ eis ministratus culpā grauat, & cumulat pœnam. Culpam grauat, quia scientī bonum & non facienti, peccatū est illi. Iacob. iiij. Non scientes aūt propter cordis prauitatem, quo ad hoc scientibus æquantur: cū hoc sit oculos claudere ne videāt: quod vtiq; detestabile est, & non releuat a peccato: de quo Esaiæ. vj. & Mat. xiij. Cumulat etiā pœnam, quia grauior erit dānatio quāto pluribus pręuenti fuerint dei beneficijs. Mat. x. Qui non receperint sermones vestros (glo. i. eis nō obedierint) exeuntes de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris in testimoniū illis. Amen dico vobis, tolerabilius erit terrę Sodomorū & Gomorreorum q̄ ciuitati illi. Quando igit̄ aqua fauces exsiccat, q̄d adhuc oportet bibere? vt dicitur. vij. Ethic. Quando scientia culpā auget, & a malo non reuocat: quid tales oportet de bono &

C iusto instituere? ¶ Omnis ergo qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: quoniam ei vtiliter non ministratur quandiu vitio laborat. Poterit tamen tandem ei vtilis fieri, si vel pœnarum metu, aut formidine dedecoris perductus fuerit in veræ honestatis amorem. Vt enim agrum colere oportet qui sit semina nutriturus: ita animum nostrū oportet moribus & consuetudine bonorum instituere, vt demum illa agat virtutis amore: quod perfectorū est: quorum dicit apostolus solidum esse cibum: quia pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. pro consuetudine inquam non audiendi tantū, quod paruulis cōmune est: sed faciendi, quod est agri iam culti, & in virtutis amore instituti,

¶ Secunda quæstio sine argumentis

A PROPTER quid ꝓpheta orat timore cōfigi carnes suas: cū oīne opꝰ timore factū, puersum cēseat, & dignū vituperio? ¶ Hęc q̄stio ꝓpterea difficultatē habere videt̄, q̄a dicit Aug. Qui ex timore facit p̄ceptū aliter q̄ debet facit,

ac ppterea nō facit, & ponitur inter regulas iuris in anti. Et exemplariter hoc docet in eo q omittit furari ne iudicetur, quem dicit in corde reū furti teneri. de pœnit. dist. j. si ppterea Etiā Philosophus. iij. Ethi. inter qnq; modos apparentis fortitudinis, quę nō est vera virt⁹, ponit hos primos, dū ciues subeunt pericula pp̄ter infamiam & honorem, puta honoris gratia, & ob fugiendā vituperationem: vel secundo dū pœnarū metu aliqui pericula subeunt. Militum enim cōsuetudo est retrocedentes ad aciem cogere: quos ideo dicit deteriores primis, q non pudore, sed metu adducti id agant: nec dedecus fugiunt, sed pœnā. vbi apertissime dicit eum actū qui propter timorem fit, inordinatum esse & malū. ¶ Contra videtur esse verbū apostoli ad Philip. ij. Cū metu & tremore operamini vestram salutē. & Psal. ij. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. vbi tremor magnitudinē timoris indicat. Similiter Gregorius tractās illud Deute. xxiiij. Nō accipies loco pignoris inferiorem & superiorē molam: dicit. Superior & inferior mola sunt spes & timor. Spes ad alta subuehit: timor aūt cor inferius premit. Vna mola sine altera inutiliter habetur, quia incassum misericordiā sperat, si iustitiā nō timeat. Et incassum metuit, qui non confidit. Ergo licitū videtur pp̄ter pœnam ex dei iustitia infligendā actus pręceptorum facere. ¶ Pro solutione dico q timor potest in aliquo esse causa actus dupliciter. Vno modo ratione sui, & quoad propriā substantiam, excitās quodammodo hominem ad solicitudinem operandi quod sine timore non faceret, quomō hilarior factus ex vino aliqua donat quę alias nullo modo donaret. Et sic timore pœnę facere actū præcepti, nihil inordinatiōis arguit. Similiter exponit glo. illud apostoli. j. ad Corinth. ix. Debet in spe q arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. glo. In spe, non pro spe. Alio modo ratione obiecti timoris vitandi, vt scilicet vitatio mali quod metuitur, sumatur pro fine operis. Et sic quicquid fit ex timore mali pœnæ, est peccatum. Nam sicut honor, diuitiæ, voluptas, & similia non sunt apti vel decentes fines actuum virtutis, ita nec vitatio pœnæ, sed vitatio culpæ seu diuinæ offensæ, est rectus finis operum B

virtutis: & ita ex illo timore etiam propter culpæ vitationem vt finem, licet diuina mandata perficere. Ex isto patet pro scrupulosis via rectificandi suam intentionem, & euadendi anxietatem an satisfecerint præcepto, cum se sentiūt timore motos vt facerent: q̄a vt in libertate voluntatis est ipsum velle, ita p̄stituto cuiuscunq; finis actu apprehēsi seu cogniti. Quāquam ergo vehemēter timeant, si velint solum actum præcepti facere eo modo quo deo placet, & non cupiant pœnę vitationem pro fine operis, vtiq; secu ri sunt. Et p idē agnoscere possunt si in præteritis excesserint, an non. Ea vero quæ ex Augu. adducta sunt pro opposito, procedunt cum ,ppter timorem vitatio mali quod metuitur, præfigitur finis operis. Propheta vero orat carnes suas diuino timore configi primo modo: vt videlicet carnalibus desiderijs repressis seu semotis, deo valeat syncera mente famulari.

Quodlibetica quęstio quinta eiusdem, anno a salute humana .m cccc xcv. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



NTER CAETERAS proposuit mihi dominus Quodlibetarius hanc quæstionem principalem. Vtrum sacerdos consulens de artificio ac iusto labore decimas solui nō oportere, possit sine graui dolore peccati indulgētiam promereri. ¶ Hæc quæstio duo supponit, & tertium quærit. Primum suppositū est q̄ non soluens decimas personales, decimam videlicet partē prouentuum de suo labore vel industria, peccat. Secūdum, q̄ idipsum consulens, etiam peccat. Tertiū vero quod in dubium reuocat, est. An de mortali peccato possit quis sine graui dolore peccati veniam promereri. ¶ In quorū decisione quia fides tangitur & materia morum, nihil intēdo

pertinaciter aſſerere. quicquid dictu⁹ ſum, ſubmitto correctioni ſacroſanctæ ſedis apoſtolicæ, ac omnium qui errantem poterunt veritatis ſemitam edocere. ¶Quo ad primum, vt euidentius veritas eluceat, quanta breuitate potero motiua perſtringam dominorũ canoniſtarũ quibus inducti ſunt dicere veras decimas prędiales & pſonales a quocũq; deberi. Et ſunt tria quibus videlicet pbant decimas tam prędiales q̃ perſonales diuino iure deberi: & ergo neminem per ignorãtiam excuſari: iuxta illud Apoſtoli. Ignorãs ignorabitur. j. ad Corinth. xiiij. item. xxxviij. diſt. per totum. & j. q. iiij. turbatur. §. notandũ. & eadem ratione neq; in toto neq; in parte poſſe prędſcribi. Primum per textus ſcripturę ſacrę Nam Gen. xiiij. legitur Abrahã dediſſe decimas omnium ſacerdoti dei excelſi, ſcilicet Melchiſedech regi Salem: vt etiam cõmemorat Apoſtolus ad Hebręos. vij. Item Gene. xxviij. Vouit Iacob deo, ſi pſpere reuerſus fuero in domũ patris mei, cũctorum quę dederis mihi, decimas offerã tibi. Item Leuiti. vl. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus ſiue de pomis arborum, domini ſunt, & illi ſanctificãtur. Item Nume. xviij. Filijs Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem p miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Item Exo. xxij. Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre: primogenitũ filiorũ tuorum dabis mihi. de bobus quoq; & ouibus ſimiliter facies. Et ex ei⁹ obſeruatione multiplicat de⁹ fructus terrę. ij. Paralip. xxxj. Poſtquam ad pręceptum regis Ezechię dediſſent partes ſacerdotibus, & obtuliſſent oĩm quę gignit hum⁹ decimas & primitias, ſupérãt plurima, eo q benedixiſſet dominus populo ſuo. Item Eccleſiaſtici xxxv. Bono animo gloriam redde deo: & nõ minuas primitias manuum tuarum. in omni dato hilarem fac vultũ: & in exultatiõe ſanctifica decimas tuas. da altiſſimo ſecundum donatũ eius. Item Malachię. iij. In penuria vos maledicti eſtis; & configitis me tota gens. inferte omnẽ decimã in horreum meũ: vt ſit cibus in domo mea: & probate me ſuper hoc, dicit dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionẽ vſq; ad abundãtiam: & increpabo p vobis deuorãtem: & non corrumpet fru-

ctus terrę vestræ: neq; erit sterilis vinea in agro, dicit dñs exercituum. Item Matthæi. xxiij: Ve vobis Pharisæi hypocritę, qui decimatis mentam cyminū &c. & reliquistis quę grauiora sunt legis, iudicium, misericordiam, & fidē, hęc oportuit facere: & illa non omittere. duces cęci &c. & Lucę. xj. cum idem repetitur, dicit glos. interlinearis aliam literam habere oportet. Item Lucę xviij. Do decimas oim quæ possideo. Item Matthæi. xxij. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et Matthęi. v. Nisi abūdauerit iustitia vestra plusquā &c. Sed eorū iustitia erat de omnibus decimas dare. ergo &c. Ex quibus manifeste concludi videtur ꝙ integræ decimæ tam personales quam prędiales debentur iure diuino. Vnde miratur Innocen. super rubrica de decimis, ꝙ quidam vt insani & hęretici audent dicere personales non esse in obligatiōe iuris diuini, cum expresse habeatur contra Numer. x. in fine, & Deuteronomij. xij. in principio. Et maior est ratio ꝙ quis det deo tributum ex illo quod producit manus, q̄ quod producit humus. ¶ Secundō, quia doctores sancti diuino iuri solūmodo innitentes dicunt decimas etiam personales quo ad veram quotā decimæ esse in obligatione. ergo &c. Antecedens patet primo de Hierony. cum exponit illud Malachię. iij Reuertimini. Quādo fames (inqt) penuria & egestas omniū rerum mundum opprimit, sciamus hoc ex ira dei descendere: qui in pauperibus si non accipiat eleemosynam, se fraudari loquitur. & suas possessiones possum⁹ decimas & primitias interp̄tari. xvj. q. j. reuertimini. ¶ De Augu. Si tardius (inquit) decimā dare est peccatū, quanto magis non dedisse. De militia, de negocio, de artificio red de decimas. cū enim decimas dando, & celestia & terrena prę mia possis ꝓmereri: pro auaritia duplici benedictione fraudaris. Hęc enim dei iustissima consuetudo est, vt si tu illi decimā non dederis: tu ad decimam reuoceris. dabis impio militi, quod nō vis dare sacerdoti. Et infra. Decimę ex debito requirūtur: q eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quanti pauperes in locis suis vbi ipse habitat, illo decimas non dante mortui fuerint: tantorū homicidiorū reus ante æterni iudicis tribunal apparebit: quia rē a deo pau-

peribus delegatum, suis vsibus reseruauit.xvj.quæst.j.decimæ. Et propterea dicit maiores nostros copijs omniũ rerum abundasse. quia deo decimas dabant, & Cęsari cẽsum reddebant. Modo quia cessat deuotio dei: accessit indictio fisci. Nolumus cũ deo partiri decimas: modo tollitur totum hoc tollit fiscus, quod non accepit Christus.xvj.quęst.vij. maiores. ¶ De Ambrosio patet. Qui fideliter (inquit) decimas non dederit: modo emendet quod minus fecit. Fideliter dare est nec minus nec peius aliquãdo offerre de vino, de grano, de fructibus arborũ, aut pecoribꝰ, de orto, negocio, de ipsa venatiõe tua. eadẽ causa de quęstione, quęcũꝗ. ¶ De Gregorio. Iubemur (inquit) omnipotenti deo omnium bonorm nostrorum decimas dare, de consecra. distinctio.v. quadragesima. Quæ omnia indistincte declarant integras decimas tã personales quã prædiales esse in obligatione. Hinc. glo. distinctio.c. quicũꝗ. dicit neꝗ personales neꝗ prędiales decimas pręscribi posse ĩ toto, vel etiam in parte: quia iure diuino sunt debitę. Et glo. de decimis. ca. j. li. vj, repulsa opinione Hostien. (qui secutus Hugo. dixit prędiales iure diuino esse debitas, personales vero iure humano, iuxta. ca. in aliquibus. de deci. vbi dicit: Illę quippe decimę necessario sunt soluendę, quę debent ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata) adhæret illic glo. opinioni Innocentij, qui hoc execratur, tanquã tutiori: et ꝓ eo dicit illam tenendã esse, de pœniten. distinctio. vij. nullus. ij. Idem ad longum prosequitur Ioan. An. in regula, ꝗ prior est. Dominus Anto. in cap. parochianos. & Panor. in cap. in aliquibus de deci. ¶ Tertium, quia summi pontifices & concilia vniuersalia dicunt decimas iure diuino deberi. ergo contra omnes Theologos etiã doctores sanctos illi est standum, per ca. de libellis. xx. distin. & ca. per venerabilẽ qui filij sunt legitimi. Propter quod Panormitanus quanquam sibi vehementer placeret opinio Theologorum, ne tanta multitudo damnetur, ab illa nihilominus finaliter recedit. d. c. in aliquibus. Et dominus Anto. dic. ca. parochianos. dicit se multos consuluisse peritissimos Theologos, sed nullus sibi de hoc formauit scientiam. Sed melius dicit credendũ esse quatuor doctoribus, &. c. tua nobis. Vnde ne-

scio(inquit)quid dicā, nisi ꝙ omnes damnamur non soluē-do. Et antecedens inducunt:quia ca.parochianos.eo.ti.dici-tur: Cum decimę non ab homine, sed ab ipso deo sint insti-tutę, quasi debitum exigi possunt. vbi glo. notat ly quasi, expressiuum esse veritatis, nō notā similitudinis, sicut nos dicimus, quasi vnigeniti a patre &c. Item.ca.non est dicit, Sancti patres in suis scripturis tradiderunt, de vino & gra-no, fructibus arborū, pecoribus, ortis, negociatione, de ipsa militia, venatione, & omnibus, decimæ soluēdę sunt mini-stris ecclesiæ: vt qui de his eas soluere neglexerit, ecclesia-stica districtione debeat percelli. Itē.c.tua nobis.dicit domi-nus in signum vniuersalis dominij pręcepisse decimas sibi offerri.ꝙꝙ intantū sit deo debita solutio decimarum, vt ad eas clericis exhibendas quibus pro suo cultu concessit, laici si moniti non reddiderint, ecclesiastica sint districtione co-gendi. Et ibidem ꝙ de cunctis omnino prouētibus decimæ &c. Itē cap.cum non sit in homine, dicitur: Quia in signū vniuersalis dominij dominus sibi decimas reseruauit: gene rale conciliū ecclesiarum dispendijs consulere volēs, & pe-riculis occurrere animarum, statuit vt ante census vel tri-buti deductionē decimæ persoluantur, vt illi ad quos cēsus huiusmodi vel tributa indecimata peruenerit, cogant &c. Quo tex. Hostiens. in summa titulo de decimis.§. vtrum pręscribi possunt. putat euidenter constare ꝙ sint iuris diui-ni: & miratur si aliquis magistrorū audebit diffinitioni vni uersalis consilij cōtraire: cū sint vt quatuor sancta euāge-lia veneranda.xv.di.sicut sancti euangelij. C.de sum.tri.l. fi. Et quanuis iura de isto cōcilio generali non loquantur, eadem tamen vniuersalis ecclesia, quæ errare non potest, istud cū alijs fecit: & ita quod de vno dictum fuerit, de alio

A intelligitur, iuxta.c.translatio de constitutionibus. ¶Pro huius solutione, vt depulsus nebulis clari⁹ veritatē intuea-mur, duo inquiram. Primo an ius diuinū quo de solutione decimarū cauetur, hodie sit in obligatione: an amiserit vim suam obligādi. Tertiū, quia decimæ personales & prędia-les iure humano sunt debitę. an peccat qui eas cū integrita-te non soluerit. Quo ad primum sit hæc conclusio. Omnis obligatio dispositione veteris legis inducta morte Chri-

sti est extincta. Dico notanter legis veteris dispositione inducta, quia multa ibi memorant pure moralia, quorũ obligatio sicut in lege non incepit, ita nec abolita lege est extincta. Vnde apostolus ad Romanos.vij. Peccatum ante legẽ mortuum erat: & concupiscentiam nesciebam. glos. supple esse peccatum, nisi lex diceret, Non cõcupisces. Conclusionem probo: primo per magistrum sententiarum. iij. dist. quarti. Item per Apostolum ad Romanos, vij. ad literam. Lex inquit in homine dominatur quanto tẽpore viuit, id ẽ quandiu statum habet lex ipsa: & non vltra: put per simile de muliere, quæ mortuo viro soluta est a lege viri. inferens: Itaq; & vos fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi: qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo mortificati. Glo. interlinea. nihil debetis legi, quæ data est vsq; ad Christũ. & glo. marginalis. Hacten⁹ de vi gratiæ: nunc q lex vltra non tenenda. Et agit de fine legis, & prioris eius inutilitate. Ne ergo mirent Romani quia dicit, Nõ estis sub lege, sed sub gratia: supra dicebatur nõ iustificare, hic dicitur cessare: quia data vsq; ad Christũ. Et post in textu: Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur. Hęc est intentio aposto. ad Galatas. iiij inducẽtis hoc per simile de paruulo qui sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tẽpus a patre. ita & nos sub lege quasi sub pædegogo & tutore vsq; ad redẽptionem Christi. & iterũ, Dicite (inquit) mihi qui esse vultis sub lege: in lege nonne legistis quia Abraham duos filios habuit, & dictum est ei, Eijce ancillam & filium eius, non enim erit hæres fili⁹ ancillæ cum filio liberæ: quo per allegoriam intelligit legem eijciendam esse in aduentu noui testamẽti. Et eodem ca. de solennitatibus in memoriam beneficiorũ quæ a deo susceperant, inquit: Obseruatis dies & menses & tẽpora: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Similiter. v. ca. eiusdẽ, A gratia excidistis, qui in lege iustificamini. Item ad Hebręos. vij. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. & x. cap. Aufert primum, scilicet vetus testamentum, vt sequens statuat. Patet ergo manifestũ esse q nulla obligatio legis dispositiõe inducta, adhuc duret: neq; distat multũ ab hęresi Cherinthi & Ebionis, de qua. xxiij. quęst.

iij.c.fina. Ex hoc patet error Hosti. qui vt saluaret decimarum obligationẽ veteris legis dispositione inductam, adhuc durare dixit legẽ veterẽ sic cũ sacerdotio translatam, ꝙ extincta non esset: contra id quod statim subdit eodem cap. apostolus: Reprobatio fit prioris mandati propter eius infirmitatem & inutilitatẽ. Et.c. sequenti, videlicet. viij. ex verbis Hieremię.xxxj.cap. cõcludit apostolus prius testamentum veterasse, eo ꝙ propheta nouũ testamentũ inducit. Quod aũt veterascit & senescit, inquit, prope interitũ est. Ex quibus manifeste patet apostolũ voluisse sacerdotiũ cum lege translatũ esse per extinctionẽ cum successu melioris & legis sacerdoti. Alioqui ad omnia iudicalia legis obligaremur. ¶Ex his infero ꝙ vera quota decimæ danda

B sacerdotib⁹ non est hodie in obligatione iuris diuini. Probo: quia obligatio decimarũ quo ad verã quotã inducta erat dispositione veteris legis: ergo iuxta prędeterminata extincta est morte Christi, & non est per Christum renouata ergo &c. Antecedens patet, quia ante legem non obligabantur homines ad veram quotam decimæ sacerdotibus &c. prout deducit Hugo de sancto Victore libro.j. de sacramentis, parte.xj. ca.xxx. Nũquam ante legem (inquit) dixisse deum legimus. Qui decimas non dederit, qui sacrificia non obtulerit, sicut, Masculus cuius præputij caro circuncisa nõ fuerit &c. Et Iacob dixit: Si domin⁹ fuerit mecũ in via &c. de vniuersis quę dederit mihi &c. Quod ergo voto se facturũ spopõdit, quia hoc ex necessitate mandati non deberet, patenter ostendit, Et ibidem.iiij.ca. determinat expresse ante legẽ decimas fuisse sub cõsilio, sub lege in pręcepto. Iam vero (inquit) in libertate spiritus ambulare pmittimur. Et Augustinus in quodã sermone: Sabbata obseruare, decimas dare, circuncisionẽ facere, & huiusmodi, imperfecta erant, transieruntꝙ omnia. vt allegatũ reperies in Antonino pte.ij.ti.iiij.c.iij.§.vlt. post Ioannẽ de Neapoli. Item præceptũ decimarum non est iuris naturæ: ergo est positiuum, & non legis nouæ, neꝙ ante legem datum, ergo solum veteris legis dispositione inductum, & per consequens &c. Prima pars patet: quia ea quæ sunt legis naturæ, inscripta sunt mentibus hominum: iuxta illud A-

postoli ad Romanos.ij. Cum enim gentes quæ legem nō habent,ea naturaliter quæ legis sunt faciunt: ipsi sibi sunt lex,qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum &c. Et loquitur de moralibus,quę sunt legis naturę.pręceptū vero decimarū quo ad veram quotam decimæ ministris ecclesię dandum,non est inscriptum cordib'hominū:ergo. Quod etiam nō sit legis nouę pręceptū:patebit latius ex dicendis. ¶ Ad rationes canonistarum. Ad pri- C mam de Abraham & Iacob. Voto & deuotione obtulerunt,non obligatione alia astricti: cum omnes quos mihi videre contigit,admittant ante legem decimas non fuisse in pręcepto: neq; leguntur Moyses & Aarō vel in Aegypto vel in deserto decimas a populo accepisse, cui vtique spiritualia ministrabāt. Alię omnes auctoritates ex Pentatheuco & Ezechiele & Ecclesiastico, solum ꝓbant obligationem veteris legis dispositiōe fuisse inductam:sed(vt probaui)morte Christi eſt extincta & abolita. Et illud Ec clesiastici videtur potius cōsilij quam pręcepti. Quod au tem dicitur Matthæi.xxiij. & Lucæ. xj. Hæc oportuit vel oportet facere &c.refert se Saluator ad statum veteris le gis,quę vsque ad mortem Christi cursum habebat & obli gabat. Quod ne capitaneum videatur: Chrysostomū audiamus hoc tractantē. Vbi,inquit, sermo Iudaicę munda tiōis agebat,totaliter pręteriuit.Sed quia decima,eleemo syna quædā est:& nondū erat tempus expresse interimen di legalia,ꝓpter hoc dicit. Hęc oportuit facere &c.In passione autē Christi lex vet' reuocata est, extincta,& abolita:vt patuit.ergo &c. Quod autē Lucę.xviij.dicit. Decimas do omniū quę possideo: verbū est Pharisęi,qui ad hoc lege erat obligat'.Itē quod Matthæi.xxij.dicitur. Reddite quæ sunt &c.non probat decimas deo esse debitas,sed solum reddenda esse deo q̄ sunt dei. Quod vero Matthęi.v. dicitur:Nisi abundauerit &c.locum habet seu procedit in moralibus,quę ibi ꝑ totum capitulū Saluator inducit: nō autem in cerimonialibus aut iudicialib', quæ morte Chri sti terminanda erant. Non obstant etiam quæ adducit Innocentius:tum quia solum probant pro statu legis decimas fuisse debitas;neque certę hoc modo pro statu scilicet

legis ꝓbant personales decimas fuisse in obligatione. Nã
D Numer.x.in fine nulla est mentio de decimis, sed pollicet Moyses Obab filio Raguel (quem post Rabbi Salomonẽ Lyra autumat fuisse Iethro cognatum Moysi, sacerdotem Madian) si filios Israel duceret per desertum, darent ei filij Israel quicquid optimum esset inter opes quas eis traditurus erat dominus. Certum etiam est ꝙ nõ obligabãtur filij Israel decimas dare sacerdoti gẽtiũ & alienigenę, qualis erat Iethro. Et Deuter.xij.in principio nõ inducitur nouum præceptũ decimarũ, sed repetitur quod prius in Leuitico & Numeris datum erat: & hoc solum cõprehendebat decimas prędiales: quod ex eo ꝓbatur: quia Deutero.xiiij.idem repetitur: & expresse iniũgitur limitatio de fructibus terrę, siue pomis arborũ &c. Etiam Numer.xviij. cum decimarũ decimas iubẽtur Leuitę offerre summo sacerdoti; solum fit mẽtio de prędialibus. Nullus autẽ dubitat quin omnium decimarum a populo oblatarum tenebantur decimas summo sacerdoti offerre: ergo solũ percipiebant prædiales.
E ¶ Neq; etiam obstat motiuum domini Alexandri de Hales ex ca. Exodi.xxij.quia absolute dicit Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. quia veritas Hebraica (vt post rabbi Salomonem Lyra, refert, neque reprehẽditur in hoc a Paulo Burgeñ.) sic habet: Plenitudinem & lachrymam tuam nõ tardabis reddere. Vbi per plenitudinem hebręi intelligũt primitias in aridis, vt puta in tritico, hordeo &c. Per lachrymam vero primitias in liq̃dis: vt patet in vino, oleo &c. Et subsequitur pręceptũ de primogenitis animalium. Etiam nihil posset cõcludere de vera quota decimę, nisi pro statu legis veteris, quę iam reuocata est & iterũ. Et certe vbi cessaret reuocatio, prout supponit Hostieñ. quia nũquam gẽtibus a deo fuit imposita, sed dũtaxat filijs Israel: non suffragarentur adhuc canonistis veteris testamenti auctoritates ad inducendum seu probandum nos qui ex gentibus descedimus, ad veras decimas esse obligatos. Si enim aliquid veteris legis gentibus vnquam fuit impositum, totum Actuũ.xv.cõprehẽsum est. Visum est spiritui sancto & nobis nihil &c. & hoc solum ad tempus, vt gẽtium & Iudæorum cõuer-

ſatio coaleſceret. Multi etiã preclariſſimi docto: Theologi dicũt ſola moralia ibi fuiſſe precepta, vt ibi videre poteris in gloſ. & per docto. in. iiij. ſententiarũ de ceſſatione legalium. ¶ Ad ſecundum ex dictis ſanctorũ reſpondeo, Mos F fuit ſanctis hoc attribuere diuino precepto, quod ĩ genere & illimitate eſt iuris nature. limitatio vero & ſpecificatio eſt humani iuris. Verbi gratia: iure diuĩo, imo iure nature tenemur ieiunare, quãtũ cõcupiſcentie refrenande, aut fini huiuſmodi fuerit neceſſariũ. Eccleſia vero induxit quadrageſimale ieiunium, & precepit in communi ab hominibus cõuenientis etatis & roboris cuſtodiri. qui tamẽ quadrageſimalis ieiuuij vnũ diẽ violauerit, iuxta Ambroſij ſententiam: domini preceptum reſcindit. Vnde ſermone xxxiiij. Quiſquis Chriſtianus conſecratã ieiunãdo nõ impleuerit quadrageſimã, ꝑuaricationis & contumacie reus erit, ꝙ legem diuinitus pro ſalute ſua datam, prãdẽdo ipſe reſcindit. Et ĩfra, Interrogo vos qui in quadrageſima prãdetis, ſi non in conſcientijs veſtris rei eſtis ꝙ abſtinente toto populo vos ſoli cõtra preceptum domini deuoratis? Et ſermone. xxxvi. Sacrarum literarum exempla protulimꝰ quibus approbauimus hunc quadragenarium numerum non ab hominibus eſſe conſtitutum, ſed diuinitus conſecratum: nec terrena cogitatione inuentum: ſed celeſti maieſtate preceptum. Et infra. Hæc non tam ſacerdotis: quã dei precepra ſunt, atq; ideo qui ſpernit, non ſacerdotem ſpernit: ſed Chriſtũ, qui in ſuo loquitur ſacerdote. Similiter ſermone. xxxviij. dicitur Chriſti preceptũ eſſe. In propoſito autem noſtro miniſtrare victũ his qui preſũt, maxime in diuinis, eſt iuris diuini. limitatio vero ad decĩas illis offerẽdas, poſitiui iuris eccleſie: ideo indiſtincte ſancti attribuũt diuino iuri, quemadmodũ deduxi ſupra in quadrageſimali ieiunio. Aliud ſimile eſt ſi dicamꝰ iure diuino nos obligari ad diei dominice & feſtorũ celebrationem. Quod etiã ſancti hoc modo dixerint integras decimas diuino iure deberi. ex hoc poteſt perſuaderi, quia eque dicũt perſonales decimas iure diuino eſſe debitas: ſicut prediales, & tamen (vt ſupra probaui) nuſquam precepit dominꝰ perſonales decimas dari oportere. Grego. etiã in homilia quam alle-

m

gat Gratianus dicto ca. quadragesima. de cõsecra. d. v. non dicit nos obligari nunc ad decimas omnium bonorum, sed dicit. Sicut in lege iubemur dare decimas rerum: ita ei con tendite efferre decimas dierum. Quorum autem bonorũ in lege pcepta fuerit decimatio, & quando facultas seu vis legis cessauerit ad obligandũ, supra exposui. Et Hierony- nõ voluit decimas iure diuino quo ad verã quotam debe- ri p statu nouę legis, sed interpretatus textũ pphetę incre pantis ppl'm ex lege ad decimas obligatũ, dicit decimas & primitias dei possessiões posse intelligi, & populũ dei obli- gatũ iudęos in hoc imitari, vt pauperib' saltẽ aliquã partẽ dent, sacerdotibus & viduis debitũ honorẽ deferãt: qm̃ si hoc non fecerint, dñm supplantare cõuincuntur: prout hęc latius allegantur in glo. sup verbo pphetę, Reuertimini.

G ¶ Ad tertium nego antecedens. Et ad probationem. d. ca. parochianos, dico q vtiq sunt a domino institute in lege veteri, & nõ ab homine: sed obligatio iam cessaret, nisi & ab homine pceptũ ipsum esset renouatũ. Vel dico, sunt in- stitutę a deo, & nõ ab homine, quo ad subuentionẽ in ge- nere ministris altaris impertiendã. Sed specificatio quotę, est iuris humani positiui: quẽadmodũ dixi in simili de ieiu nio quadragesimali & obseruatiõe dominicæ diei. Ad ca- non est. patuit quomodo sancti dicũt decimas deberi. Ad ca. tua nobis. dico q decimas reseruauit in signum vniuer salis dominij, sed pro statu legis veteris quo ad verã deci- mę quotam. quantũ vero ad subuentionem ministris debi tam, etiam pro statu noui testamẽti. Et similiter dico ad. c. cum non sit. Animarum autem periculum non solũ ver- satur in transgressione eorũ quæ diuini sunt iuris, sed etiã in trãsgressione iuris humani. Et ita nõ valet argu. Hostiẽ. Concilium generale vult obuiare periculis animarum, & ecclesiarum dispendijs consulere: ergo est iuris diuini. Etiã decimarum obligatio non est pure iuris humani: vt ex di- ctis patet. Versatur ergo & agitur ibi de periculis anima- rum quo ad diuini & naturalis iuris transgressionẽ: quo- modo & confiteri proprio sacerdoti semel in anno, est par tim diuini, partim humani iuris. Quo ad specificationem enim seu limitationem, ab homine habet vigorem.


ECVNDO videndū est, cū iure humano tā ꝑdiales quā personales decimæ sunt debitę: quid excuset non soluentes a peccato. Et dixerūt quidā hoc esse quia apud clerū cessat causa quare eis decimę sunt soluēdæ. Cessante aūt causa, cessare debet effect⁹ de appellationib⁹. cū cessante. xvj. quęst. j. generaliter vbi immunitas a tutela & cura pupillorū sacerdotibus & clericis cōcessa, illis tantūmodo declarat̃ competere, qui ad ecclesias vel monasteria permanent, non diuagātes, neq; circa diuina ministeria desides: cum propter hoc eis beneficiū indulgetur, vt aliis omnibus derelictis, dei omnipotentis inhæreant ministeriis. Primā partem probant: quia sacerdotibus & clericis concessę sunt decimæ ob tres causas. Prima, vt sit cibus in domo domini. Malachiæ. iii. Inferte omnem decimā in horreū meum: vt sit cibus in domo mea. & Numer. xviii. Nihil aliud possidebunt. decimarū oblatiōe contenti: quas in vsus & eorum necessaria separaui. Secunda est, vt portent apud deum peccata populi: vnde eodem cap. Nume. dicitur: Filiis Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. vt non accedant vltra filiis Israel ad tabernaculum, solis filii Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. Tertia vero vt possent vacare legi dei. ii. Paralipome. xxxi. cap. & glos. Iosuæ. xiii. Lex dei sacerdotibus cōmissa est & Leuitis: vt huic soli operam tribuant, & verbo dei absq; vlla sollicitudine vacent, laicorum ministeriis sustentati. Sed iam aliunde est cibus in domo dei: & non portant clerici peccata populi, sed potius populum grauant, iuxta verbum Grego. iii. quæstione. vii. in grauibus. Et xlix. distinctione, in principio. Cum is qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. & Iob. xxxv. Clamabunt ibi, & non exaudiet, propter superbiam malorum. Glo. Clamabunt ibi, scilicet in tribulatione, & non &c. Ac si diceret ꝙ reatus opprimētium, audiri prohibet voces oppressorum: nec eripiuntur visibiliter iusti, quia inuisibiliter saluari non merentur iniusti. Quo vnico constare potest quantum mali sacerdotes qui ꝑditis

moribus deum pungũt & stimulant, iugum dei in humeris populis grauant. Et tertio non vacant legi dei, sed plus quam laici secularibus intenti sunt: ergo &c. Et conformatur, Nullus in hoc peccat: quia materiam rapinæ alteri negat, seu exhibendo non ministrat, sed secundum Hierony. tractantem illud Esaię. iij. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Raptores sunt, qui metunt carnalia, & non seminant spiritualia: ergo licet illis decimas non offerre. Quod etiam ex simili declaratur. Regi de publico cõstituta sunt stipendia, vt populũ tueatur, & patriam a malis purget hominibus. xxiij. q. v. regum officiũ &c. rex debet furta &c. Vbi autẽ hęc non fecerit, licite fraudatᷓ stipẽdijs ad hoc cõstitutis. ergo similiter in proposito de sacerdotibus. Sed hic error facile confutatᷓ. Primo auctoritate canonis in ca. tua nobis. de decimis. vbi dicitur, Prætextu vero nequitiæ clericorũ nequeũt eas nisi quibus ex mandato diuino dari iubẽtur, pro suo arbitrio erogare: cum nulli sit licitum aliena cuiquã concedere præter domini voluntatẽ. Et inter articulos Ioan. Vvijclef per Constantieñ. conciliũ condẽnatos, decimꝰ octauus est, Decimę sunt purę eleemosinæ: & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum eas auferre. Pręterea decimæ non dantur pro solo vsu sacerdotum, sed etiam pauperũ: vt patet ex dicto. c. reuertimini, Et Augu. dicit decimas tributa esse animarum egentium, & ideo tantorum homicidiorũ &c. d. c. decimę. xvj. q. j. Non poterit ergo qs vsui suo eas seruare propter nequitiã sacerdotum: imo nec si debitum seruitium omittat. quo casu debet superiori consignare decimas ipsas, vt retardatum seruitiũ resumatur: & quod ex

A creuerit, in pios vsus cõuertatur: quemadmodũ dicunt doctores de ministro suspẽso a iure vel ab homine ipso facto: vt Host. & Ioan. And. de notorio fornicatore. ¶ Ex his respondeo primo ad principalẽ rationem. Illæ sunt causæ ꝓpter quas clero licet vsui non suo eas applicare. Si vero populi peccata non portent, nec diuinę legi operã impendant, satius ventrem siliquis implerent, quam per abusum ex decimis iudicium sibi manducent & bibant. Sed certe alia est causa propter quam eis debentur vt procuratoribus:


puta egestas, & pauperū penuria: imo & sacerdotes q̄ bene præsunt, quicquid supfuerit deductis victu mediocri & etiā rationabili vestitu, tenentur pauperibus erogare: quorum tributa sunt decimę. Ex quo concludit, Alexād. de Hales tertia parte quęstione, v. mēbro, vj. articu. iij. quod habens vnde alias possit sustentari sufficiēter secundum statū personæ, potest decimas recipere vt procurator, in necessitates pauperum, & ecclesiæ vtilitatem expendendas, sed nō in vsus proprios: quia si in proprios, cōmittit sacrilegium: prout vniuersalius de stipendijs ecclesię dixit Hierony. vt xxxvj. q. j. quoniam quicquid. & Aug. xij. q. j. si priuatim. Beatus Prosper eadem causa & quæstione illi. &. j. quęst. ij. pastor. c. si quis. &. c. sacerdos. vbi verbū Aposto. Quis militat suis stipendijs vnquam &c. de his solum qui indigent, dicitur veritatem habere. Ex quo facile perpendi potest an superueniens ordinatio vel dispositio ecclesię de bonis ecclesię quorum non parua pars sunt decimæ, efficere potuerit vt iam liceat sufficiens habēti patrimonium de ecclesię bonis viuere: vt voluit Panor. in ca. episcopus. de præben. Fortasse dices, nulla habetur apud clericos pauperum ratio, totū sibi seruant: lauta conuiuia instruunt: scorta & proles pompose enutriunt. qui vero iustitiā sectatur, apud eos præde patet. ergo iuxta rationem factam licitum nunc erit eis decimas subtrahere, & pauperibus ministrare. Respondeo. Cū Helias propheta interpellaret dn̄m pro Israel B Domine prophetas tuos occiderūt, altaria tua suffoderūt, & derelictus sum ego solus, & ecce quęrunt animam &c. legimus illi diuinitus responsum: Seruaui mihi septem milia virorum qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Ita nimirum falleris tu in hoc si omnes clericos iudices, quia paucos fortasse quos noscis, tales reperies. Et vt de oculo tuo eiecta trabe, noscas festucam de oculo fratris educere: quicquid tu vltra necessaria tibi seruaueris, sanctorum sententia rapere conuinceris. plusquam sufficiat sumptui, inqt Ambrosius, violenter obtentum est. xlvij. distinctione. sicut hi qui per insaniam. Et Hieronymus. Aliena rapere cōuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. xlii. distinctione in principio, Et August. sermone. ccxix. de tem-

pore, vnde sumptũ est allegatum ca. decimę: tributa sunt &c. in fine dicit: Quicquid excepto victu medioeri, & vestitu rationali, supfuerit: non luxurię reseruetur, sed in thesauro celesti per eleemosynã pauperum reponatur. Quicquid enĩ nobis deus plus quam opus est dederit: nõ nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum transmisit. quod si nõ dederimus, res alienas inuasimus. Et tamen cũ tibi diuiti, & tua auare seruanti, vel aliquid subtraxero, aut debitum non soluero, vt pauperibus eleemosynas erogem: statim iudicabis inique: me agere: iuxta August. sententiam. ca. forte dicit aliquis. xiiij. quæst. v. & Grego. c. nõ est putanda. j. quęst. j. Quomodo ergo similiter nõ vides tibi illicitũ decimas clero vel auferre vel non dare vt pauperibus quibus debẽtur, modo cõ simili eroges, quomodo ego tuam eis abundantiam volebam ministrare? in huiusmodi enĩ oportet ordinate agere, iustitiæ ordinẽ non turbare, & publica constituta intemerata seruare: q̃ tamen extreme necessitatis articulum minime constringunt. ¶ Ad cõfirmationem respondeo quod licet clericis non ministrantibus seu seminãtib⁹ spiritualia, cessat ratio quare vsui suo decimæ debeãt applicari, vt notat Apostolus. j. ad Timo. v. Qui bene præsunt presbiteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina &c. nõ tamen cessat causa pauperum, quorum procuratores existũt clerici. & ita claudicat simile de rege ad sacerdotes vel clericos. Do igitur aliam causam quare a peccato excusantur non soluentes decimas, hanc: quia decimæ non debẽtur cũ effectu nisi petantur, ita quod omittens sit transgressor pręcepti. Hoc probo auctoritate Apostoli. j. ad Corinthios ix deducto enim quod euangelium annunciens, facultatẽ habeat seu ius viuendi de euangelio, dicit se illo non vsum, neq; propterea scribere vt in se fiat. Bonum est (inquit) mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. & paucis interpositis, Sine sumptu posui euangelium, vt non abuterer potestate. glos. Quod faceret si caperet, quia non libere argueret. sed Apostolus non omisit hominibus annunciare quicquid necessarium eis erat ad salutem. vnde Ephesios contestatus est; Mundus ego sum a sanguine omniũ

vestrum. non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consiliũ dei vobis. Actuum.xx. & Grego. Mundus a sanguine eorum non esset si eis dei cõsilium annunciare non voluisset.xliij.distin. Ephesijs. Cum igitur Apostolus neque partem suā expresse eis remisit, neque ad decimas dādas eos teneri docuit: sequitur quod decimę etiam quo ad sustentationem ministri (quod morale est) licite possunt non solui si non petãtur. Et certe magnum argumentum est quod Græcorum ecclesia ab Apostolis ordinata, decimas non soluit: quãquam vilipendere videatur Hostiēsis, quia schismatica est. limitat tamē hoc beatus Thomas secunda secūdę. quęstio.lxxxvij. articu.j: in solutione ad tertium, nisi ꝑpter obstinationem animi, si videlicet ita in animo obfirmati fuerint, vt etiam petentibus denegarent. Huius simile dat Alexander de Hales. Tenemur parentibus honorem subuentionis non solum reuerentię impēdere: & tamen vbi non petierint, non tenentur filij cuiuscunque culpę obnoxij, saltē cum non indigent. Do aliud simile de pœnis iuris, ad quas soluendas cū effectu, ita scilicet quod non soluendo peccaremus, non tenemur priusquam per iudicem declarati fuerim⁹ huiusmodi pœnas incidisse: iuxta cap. fraternitas. & glo. singularem.xij. quęst.ij. quā sequuntur omnes doctores. ¶ Sed quia fortasse respuerēt hęc domini canonistę, & turbam doctorum suorum mihi obijcerent, adduco ego quam reputo non minoris ponderis.xxv. decisionē Rotę in antiquis, quæ habet. Si decimæ ab aliquo petuntur qui tēpore elapso cessauit a solutione: nisi ostendatur quod decimę fuerint petitę, debitor nō tenetur nisi a tēpore petitiōis. Iungit causam. Quia ad decimas prædiales quis non tenetur, nisi petantur: vt notat Archi. cap.j. de decimis. lib.vj. Ergo debitor non condemnabitur nisi a tempore petitionis: licet videatur facere contra &c. ¶ Ex hoc credo capitu. cum homines. de decimis. limitandum ad retardata peti seu subtracta: & sic nihil suffragatur proposito Hostiensis & aliorum. ¶ Fortasse mirabitur quispiam quo pacto audeam hæc publice docere: cum cle. cupientes. de pœnis: excommunicet omnes ipso facto qui in sermonibus suis vel alibi aliqua profer-

D

re prȩsumunt & audientes a decimarū ecclesijs debitarū solutione retrahant. Timeant literales, ego pœnam illam non formido, tum quia solum concernit religiosos, & non arctat clericos seculares: vt notat glosa. Tum quia nō prohibentur ibi religiosi pro conscientiarum quiete docere veritatem, sed eo fine, vt homīes retrahāt a solutiōe. &c. suggere falsitatem. Vnde manifeste videtur textus totus se astringere ad loca in quibus decimȩ petuntur, & ad itētionem seu finem impediendi decimarū solutionem medijs seu machinationibus indebitis. nō ergo contingit eos qui synceritate veritatem annunciant.



SECVNDO inquirēdum statui an quis eo ipso peccet, qđ alteri quod cōtra legē est suadet aut consulit. ¶ Et videtur ex tribus quod nō. Primo, licet sȩpe consilium prȩstāti ius ignorare diuinum vel humanum de quo cōsulitur Ergo vbi ad requȩstā alterius & pro bono eius sententiā suam quāuis erroneam intulerit, non videtur peccare. cōsequentia tenet: quia parati esse debemus ad satisfactionē omni poscenti nos de ea quȩ in nobis est fide & spe. i. Petri iij. ergo poti⁹ crudeliter agere videretur: si quod sentit reticeret. Et antecedens patet, quia non quisq̧ tenetur totā legem dei nosse, sed sufficit eorum expertem non esse, quȩ ad directionem eorum quæ sibi pro gradu & personȩ conditione agenda incumbunt, sunt necessaria. Quid em̄ mercatori vel laico de his quæ sacerdotes soli agere habent: & sic de consimilibus. ¶ Secundo, qa frequenter is qui errorem sequitur consulentis, immunis est a culpa, ergo saltē tunc non peccat consulens. Consequentia tenet: quia consulens pro eo solum peccare videtur errorem docendo: quia consentit peccato consilium petentis. Vbi ergo ille &c. Et antecedēs patet ex cap. si virgo. & ca. in lectum. xxxiiij q. ij. quo ad ignorantiam facti. Quo ad ignorantiā vero iuris patet de his qui iuxta consiliū Celestini papȩ ex Christianis altero coniugū in hȩresim labente, nupserunt alteri, & ad priorem coniugem redeuntē ad fidem redire noluerūt: de quo olim in antiqua cōpilatione habebat in. ca. laudabilem. de conuer. infide. in fine. sub ✠ idē sequēdum.

Pro eadem similiter de errore iam correcto per.c.licet.de sponsa.duorum.Et de Macchabęis, q̄ ob religionē sabbati nec speluncarum ora audebāt oppilare, nec aduersariorū vim repellere cū moderamine inculpatę tutelę.j.Macchab.ij. ¶Tertio, quia ex cōsilio nemo obligat̄ nisi fraudulentū fuerit,vt habet regula,nullus ex cōsilio.de reg.iur. lib.vj.& regula,cōsilij.ff.eodē. Ergo q̄ bona fide conatur p̄ viribus salutis viam hoībus suadere seu demōstrare,nō peccat si errorē forte p̄ veritate dixerit. Et confirmat̄ per legem.j.ff.si mensor falsum modū dixerit. vbi apte astruitur.Si agri mensor imperite versēt, sibi imputare debet q̄ eum adhibuit.Sed & si negligenter, mensor æque securus erit,sed pręstabit de dolo & de lata culpa,quæ ibi dolo cōparatur.Rationē videtur assignare textus, quia operā beneficij loco prębet:id vero quod ei datur:ad remunerandū datur: & propterea honorarium appellatur, nec interuenit locatio & conductio.Et ergo infert ibi glo.magis hoc p̄cedere in aduocato,cum multo sit dignius eius officiū. Ergo ad p̄positum nostrum cum consulens beneficij loco suā operam impendat,maxime cum mercedem seu remunerationem nullam expectat,videtur nec teneri de imperitia,nec de leui vel leuissima culpa. ¶Pro hui⁹ solutione sit hęc conclusio.Omnis assensus adhibitus peccato: est culpabilis,& peccatum.patet per illud Aposto.ad Romañ.j. Qui cū iustitiam dei cognouissent, non intellexerūt: quoniam qui talia agunt,digni sunt morte,nō solū q̄ faciunt, sed & qui cōsentiunt facientibus. Itē Leuiti.ij. Si populus terrę neglexerit occidere eum qui de semine suo obtulerit idolo Moloch,ponam faciē meam (inquit dñs) super hominem illum, & cognationē eius, succidamq ipsum & oēs qui consenserint ei vt fornicaret̄ cū Moloch, de medio populi mei.Ergo cōsentire pc̄tō est peccare. & iura oīa clamant agētes & consentientes pari pœna constringi.ij.q.j. notum.de officio delegati.c.j.cū similibus. Et p̄pterea de sententia excōmunicationis.c.quante. declarant̄ excōmunicati qui cū possunt desinunt iniectioni manuum in clericum obuiare.quod an locū habeat solum de ijs qui in potestate constituti sunt,& tenētur ex officio obuiare, vel etiā A

de alijs: remitto ad doctores ibi. Et.c.dilectio.de sent.excõmu.lib.vj.vbi dicit. Et quidē cum liceat cuilibet suo vicino vel pximo p repellēda ipsius iniuria impertiri auxilium: imo si potest & negligit, videatur iniuriantē fouere,
B ac esse particeps eius culpę. ¶Ex hoc infero: Consulens id quod est contra diuinam legem, peccat. Probatur primo: quia cõsulere est operi consentire. Consentire autē in opus diuina lege phibitum, est peccare. ergo. Maior patet: quia vt dicit glo.de offi.delega.ca.j. Quadruplex est cõsensus, scilicet negligētię, cõsilij, cooperatiõis, & auctoritatis seu defensionis. Et ad ppositū de consensu cõsilij.lxxxvj.dist. ca.tanta.excõmunicantur ad duos menses quorū consilio sacerdos dñico die rurale op⁹ exercuerat. Pręterea quicūq actu libero est causa per se actus vetiti seu phibiti, consentit peccato, & peccat. sed consulens per suum cõsilium est causa per se eorum quæ facit consiliū exequens: vt patet.ij.Physicorum. ergo. Maior patet ad ppositū de consilio per illud Psalm. Filij hominum dentes eorum arma & sagittę, & lingua eorū machera acuta, id est gladius acutus. Psal.lvj. Quo verbo pbat Aug. fratris occisorē esse, quicunq ei malū persuaserit. de pœni.dist.j.noli. Et cõcordando de hora crucifixionis domini Marcum & Ioannem, A Marco (inquit) pptterea dictū est. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eū: vt ostēderet magis crucifixisse dominū quorum consilio & clamore affixus est cruci, q̃ eos qui iuxta officium suum Principi ministeriū exhibuerūt: verissime iudicans magis fuisse domini necatricem linguā iudęorum, q̃ militū manus. Et ne existimemus hoc pcedere solum dum quis de industria malum suadet vel cõsulit, Hieronymū audiamus: Pœna (inquit) Arrij nondum est determinata: quia incertū est quot suo errore sint decipiendi. Nullus autē hęreticus sciēter seu de industria mittit alios in errorē: quāq̃ nitatur alijs persuadere quod sentit. Eo ipso quo hęreticus est errat, falsum habens p vero. Et si hoc leue videatur testimonium, dominum audiam⁹ Leuiti.xix.pcipientē. Non maledices surdo: & coram cęco non pones offendiculū. Quod Aug. tractās. Discite ergo legē (inquit) sacerdotes, ne surdo maledicatis. Tunc surdo

maledicitis, quando consilium propter ignorantiā dare nescitis. Tunc cæco offendiculum ponitis, quando falsa p veris ostēditis. Nolite ergo pigrescere, sed legite scripturā, discite eā. & sepe legite eā. hec em̄ est labrū. Exo. xxxviij. seu peluis quā in tabernaculo Moyses posuit de speculis mulierū, vt lauarentur in eo Aaron & filij eius, atq; conspectas maculas ablueret atq; purgarent. Hæc ille ad fratres in eremo sermone. xxxviij. Et Saluator ait: Sinite eos: ceci sunt, & duces cæcorū &c. Cæcos minime appellaret nisi errantes, & per imperitiā alios mittentes in errorē. ¶ Ad rationes p opposito. Ad primā nego consequentiam. Nam licitū est mihi ignorare præcepta medicine. non sequit, ergo licet mihi alteri per imperitiam medicamine incognito mortē inferre. Ius etiam humanū cauet medico imputādum esse q̄tum p imperitiā nocumēti intulerit. ff. de offi. presi. l. illicitas. §. sicuti medico. Et idē dicit ibi glo. in quolibet alio artifice per. §. Celsus. li. si quis fundū. & §. si gēma. l. itē queritur ff. locati. Excipit tamen mensorē: quia ei specialiter subuentum est de iure, quod procedit saltē quo ad actionem ciuilem, & certe equissimum est eius imperitiam culpe annumerari, qui facto peritū se exhibet seu ostendit cum nullus affectare debeat in quo intelligit vel itelligere debet imperitiā suā alteri piculosam futurā. vt in simili dicit lex de infirmitate mulionis. ff. ad legē Aquiliā. l. idē iuris. §. idē dicet Et eadē. l. si per imperitiā mularū impetū nō retinens aliū obtriuerit, vulgo dicitur culpæ nomine teneri. & l. sequenti de obstetrice dicitur, Si proprijs manib⁹ vnde mulier perijt supposuit, occidit. si vero dedit vt mulier sibi offerret, causam mortis p̄stitit, & actione in factū tenetur. Etiā de iniurijs. ca. fina. dicitur. Nec ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriā verisimiliter posse contingere vel iacturā. Et in eodē. c. si dānum datū est iperitia tua siue negligentia, iure sup his satisfacere te oportet. Ex quo cōcludunt doctores contra Innocentiū, in foro conscientie teneri hominē ad dāna resarciēda que sua culpa etiā leuissima alteri data sunt. Et p. c. cōsuluisti. ij. q. iiij. vbi dicit contestandos esse parentes vt tenellos secū in vno lecto non ponāt, ne negligentia qualibet proueniēte suffocentur vel oppri- C

mantur: vnde ipsi homicidij rei inueniantur. ¶Ex quibus patet aduocatū clientulo teneri ad æstimationē dāni quod sua imperitia accidit: prout tenet Panor. in ca. si de iniurijs Hostien. in summa de pœnit. & remiss. Ioānes Fabri institu. qui et ex quib⁹ causis manumitti nō possunt. Et Ioā. And. in additionibus ad specu. in titu. de aduocato. ad finem. Pro hoc facit textus. l. fina. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus, de iudice videlicet qui per imperitiā seu imprudētiam male pronūciauit, qui ibi dicit teneri quasi ex maleficio actione in factum. Et si assessoris imprudētia ius aliter dictū sit q̄ oportuerit, sibi oberit. ff. quod quisq; iuris &c. l. hoc edicto. & par ratio est de quolibet exibēte se in actu aliquo tanq̄ peritū: vt notant doctores, signanter Panor. in c. quia iudicante. de præscrip. Et Bar. in dicta. l. finali de varijs & extraordinarijs &c. Est em̄ in culpa immiscēs se rei ad eū non pertinenti, iuxta regulā, non est sine culpa de regulis iuris lib. vi. Obiicies forsan: Qui ob solam vtilitatem alterius aliquid pręstat, vel operas impēdit, solum tenetur de dolo vel lata culpa. Cōmodans em̄ alteri vas vitiosum, si ignarus fecit, non tenet. ff. cōmodati. l. in rebus. §. itē qui sciens. & l. penul. eodē titu. Secus in locato & deposito, vbi vtilitas versatur locantis vel deponentis. Ignorantia nanq; locantis dolia vitiosa, non est excusata: sed tenet ad interesse &c. ff. locati. sed addes. §. si quis dolia vitiosa ignarus locauerit. ergo videt consulens non peccare si ob solā alteri⁹ vtilitatem ex imperitia malū seu cōtra legē cōsuluerit. Et p illo facit qđ notāt doct. eos qui inter partes adhibētur ad discordiā sedendā, nō teneri de leui culpa vł impitia, sed de dolo vł lata culpa, sicut agrimēsor: de q̄ Bar. in. l. fina. de variis & extraordinariis cognitionibus. & Panor. i. c. q̄a iudi-
D cante. de p̄scrip. ¶Rn̄deo. Aliud est de cōmodo & detrimēto in bonis fortunę: quorū homines sunt dn̄i, & possunt fortunę sortiū cōmittere, aut quantūlibet imperiti hoīs dictamini. Aliud de vita animę vel corporis: quorū liberam dispositionem non habent, neq; licet amittere quicquid diligentissimus eiusdē cōditionis & professionis factur⁹ erat, vt eorundē animæ videlicet & corporis consulatur saluti. Et quis eū non culparet qui medices imperitus periclitāti

de morte auderet medicamen adhibere? Quanto igit acri⁹ arguendus venit, qui diuinę legis expers, consilium inferre de animæ morte ambiguo præsumpserit: cõtra illud Eccl. v. Si est tibi intellectus, responde proximo. sin aũt, sit manus tua sup os tuũ, ne capiaris in verbo indisplinato, & cõfundaris. Et Aposto. periculo huiusmodi obuiã ire cupiẽs, Dico inquit per gratiam quę data est mihi, omnib⁹ qui inter vos sunt, non plus sapere quã oportet, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuiq sicut deus diuisit mensurã fidei, causam adiũgẽs: Q m̃ non oĩa mẽbra eundẽ actũ habent &c. Nec certe sine graui discrimine esse potest si manus officiũ vsurpare velit ipsius oculi. Hinc pręceptũ legimus, Nolite plures magistri fieri: scientes quia maius iudiciũ sumitis. Iaco. iij. & Augu. coarctatus ad regimen ecclesię, inducias petijt a Valerio, vt diuinis pri⁹ vacans oraculis discere posset quid episcopũ vel sacerdotẽ oportet docere. Patet ergo non valere consequentiam, in solam alterius vtilitatẽ præstat consiliũ: ergo contra legem consulens non peccat. Magnam eñi cautelam adhibere necesse est vbi tã graue versatur animæ discrimen & periculum. Qui igitur cæcus est, ducem se alteri exhibere non pręsumat. sinat alium potius incedere ambigue, quam seipsum temere consulendo primum præcipitet. Et iuxta hoc aduertere potes per temeritatem aliquando mortaliter peccare hominem qui ad legem dei conformiter præbet consilium, puta dum se nouit aũt aduertere deberet in lege dei imperitum, & nihilominus de via salutis ambiguo, præbere audet ducatum consilij: persimile de illo qui mortaliter ęgro medices imperitus medicamen adhibet, quo fortuite recte sanat. ¶ Ad secundum nego consequentiam: & ad probationem dico quod omnis ille cõsentit in peccatum qui actum cõsentit diuinæ lege prohibitum: quanuis actum principaliter faciens excusetur a peccato: vt patet in eo qui procurat aliquos coniungi quos ipse sol⁹ nouit inuicẽ affines vel consanguineos infra quartũ gradum. Et vt clarius casum habeas, pone ꝙ sit mater vtriusq, & vnũ infantẽ exposuit: vt cęteris oĩbus sit incognitum cuius est proles. Si petas an ergo procurãs fatuam fatuo cõmisceri, qui ob defectum consensus matri- B

monium contrahere nõ valent, peccat, Respondeo, Prohi bitio & præceptũ ligat solũ ratione vtentes. ita consentiẽs in actum illorum, non consentit in actũ illis diuina lege p hibitum, non plus quã si brutorum cõmixtione assensum præstet secus de ignorantiũ actu qui ratione vtuntur, q̃q̃ per ignorantiã vel inuincibilẽ diuini iuris vel probabilem humani aut eorũ quę sunt facti vacent a culpa. etiã ignorã tia sæpe excusat simplices, quę culpa est in sacerdotibus cõ sulentibus. Vilissimus nanq; reputandus est nisi scientia & sanctitate præcellat qui est honore præstantior. j. q. j. vilissimus. Præterea ignorantia iuris diuini nõ excusat in actu phibito nisi sit inuincibilis non solũ quo ad dissolutionem, sed etiã quo ad euasionem: vt vult Altissio. & Gratianus: prout alias deduxi latius: ita q stante ignorãtia necesse sit vnum facere quod sit contra legem. Consulens aũt potest euitare peccatũ seu actũ lege prohibitum non consulendo saltẽ quoadusq; certior factus sit per alios peritiores, vel adhibito studio diuinæ legis, & ĩplorato diuino auxilio ora tionibus & lachrymis quid dominus de casu proposito iu bet. Quanta etiã requirat diligentia vt quis inuincibiliter iã erret. dixi in quarto quodlibeto articu. ij. ¶ Sed circa hęc dicta occurrit pulcherrimũ dubiũ. Sacerdos in confessione audit eos qui vł inuincibili ignorantia diuini iuris, vel pro babili ignorantia facti vel humani iuris excusantur a pecca to. an teneẽ eis innotescere veritatẽ, & de actu prohibito cõ scientiam formare pro futuro? Et apparet q sic. Primo, q̃a tenetur recte pœnitens quo ad animi præparationẽ omnia velle mandata implere: imo paratus debet esse in animo omnia consilia implere quantum aliorum saluti viderit es se necessarium. xxiij. q. j. paratus. Hinc hęretici quibus lice ret sæpe in subtilioribus errare: quia parati non sunt corri gi, peccant per animi pertinaciã crimine hæresis. xxiiij. q. iij. dixit Apostolus eadem causa & quęstione, qui morbidũ Ergo apparet q sacerdos tenetur de veritate confitentem informare. Et confirmatur. Qui alios ab errore dũ potest non reuocat, seipsum errare demõstrat. de hęreticis. ca. qui alios. ergo tenetur sacerdos &c. Neq; obstat si veritatẽ edo ctus scandalizabiẽ, vel deterius aget: quia iuxta Greg. sen-

tentiam vtilius scandalū nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur. de regulis iuris. q scandalizauerit. Pro eodē facit a contrario sensu. c. cum ex iniuncto de noui opis nunciatione. quo ca. cōuictus est Panor. dicere ꝙ papa male faceret rescribendo ꝙ sup certo casu alias prohibito esset dissimulandum, nisi simul dispensaret de cōsanguinitate & affinitate. ca. quia circa. Pro opposito videt̄ quia nemini debemus laqueū inijcere peccati. xxvij. q. j. de viduis. ij. etiā in his seu quo ad illa ad q̄ alias obligatur: vt ibi de viduis quę voto astrictę sunt ad castitatem. item. c. clericos. de cohabitatione clericorum & mulierum. prohibet̄ ne cogantur clerici abiurare suas concubinas, ꝑpter periculū periurij. sed in casu nostro inijceret sacerdos confitenti laqueum dū verisimiliter timeret̄ veritatis stimulo recalcitratur⁹, vbi iam ꝑpter ignorantiam immunis habetur a culpa. ergo. Et cōfirmat̄, quia in. c. quia circa. de consangui. & affi. consultus Romanus pontifex quid de nobili quodā agendum esset qui falso suggesto dispēsationem obtinuerat cū illa contrahendi quę sibi coniuncta erat quinto consanguinitatis gradu: respondet ꝙ dissimulare posset episcopus vt remaneat in copula contracta, cū ex separatione videatur graue scandalū imminere. Certum est autem ꝙ dispensatio obtenta falsi suggestione, aut veri suppressiōe, nullius momēti est, & penitus inualida, iuxta. c. secundū. de filijs prębyterorū. lib. vj. ergo licuit ibi dissimulando p̄terire, & veritatē eis nō innotescere. Neq̧ est vera theorica dñi Antonini & Panor. quā colligūt ex illo textu, ꝙ tolerātia principis specialiter de aliquo casu tolerādo scribētis, habet vī dispēsationis. secus cū specialiter non scribit: quomodo secundū eos ꝓcedit. c. cū iam dudū. de p̄bendis. Primo papa in casu. c. quē tolerandū dicit & dissimulandū, non habilitat vt de nouo contrahāt, neq̧ episcopo habilitādi facultatem cōmittit, sed dissimulādū dicit vt remaneāt in copula sic cōtracta, nō aūt vt de nouo cōtrahāt. Etiā sic nō contineret ius cōmune, sed casus particularis dispensationē: cū in similibus casibus non esset propter hoc (vt omnes fatentur) dispensatum. Et ita de nullo seruiret iuri communi, nisi ꝙ papa potuerit super quinto gradu consanguinitatis

(cum in prohibitione erat)dispensare. Itē ca. qui syncera. xlv. dis. Greg. specialiter scribit iudęorū tolerādos rit⁹ imo licentiam (inquit) habeant liberā, oēs festiuitates & ferias suas celebrandi. Et tamen certum est ꝙ super illo dispēsare non potuit necꝫ voluit. et. c. denicꝫ. iiij. dist. Cū venia ingenio suo relinquendi sunt: ne forte peiores existāt si a cōsuetudine tali prohibeātur. glo. cum venia pœnę & culpæ ꝓpter schismatis vel scandali periculum. allegat ca. nō pōt xxiij. q. iiij. &. c. vt constituerē. l. dist. minus ergo in ꝓposito nostro, vbi per iuris ignorātiam excusati, bona fide cōmanent inuicem, sicut & contraxerūt, sine peccato. & certe vbi culpabiliter inuicem adhęrēt adhuc minora mala toleranda essent vt grauiora euitentur. Et ita nō esset stultū papam rescribere vt in adulterio tolerētur propter graue scandalum imminens ex eorū separatione. ¶ Ex quib⁹ cōcludo cōtra Hostiēsem, innocētium, Cardinalem, & alios pro intelligētia Goffredi, ꝙ nuda erat ibi dissimulatio, sine effectu dispensationis. Verū si iuris ignorantia cognitum fuit eos non excusari: tolerari debebant, sed ad sacrorū participium non admitti, pręcipiente dño, Nolite sanctum da-
F re canibus &c, Mat. vij. ¶ Ad quęstionem respōdeo distinguēdo de ignorātia vel em est iuris diuini: vel iuris humani: aut facti, Si primo modo, tenetur sacerdos intimare cōfitenti diuinæ legis veritatem: nō obstante ꝙ forte timeat confitentē verisimiliter minime pariturum, quia de transgressione diuini iuris sola excusat ignorātia inuincibilis, & quādiu manet inuincibilis, puta dū facit quicquid in se est vt omnem diuini iuris ignorantiā vincat. Intelligo de iure diuino suos actus seu per eum agēda concernente. Altera in parte sacerdos constituitur diuinæ legis speculator, vt si videns gladium venientem buccina nō cecinerit, requirat dñs de manu ei⁹ &c. Ezech. xxxiij. Vnde Aposto. Actuū. xx. Mundus ego sum a sanguine omniū vestrum: nō enim subterfugi quo minus annunciarem omne consiliū dei vobis. Grego. Mundus ergo a sanguine eorū non esset: si non omne consiliū dei eis annunciare voluisset. xliij. dist. Ephesijs. & Ambro. sermone. lxxiiij. Ego interdū parcēs vobis tacere vellē, sed malo vos cōtumacię causas reddere: q̄ me

negligentię sustinere iudiciū. Quia ergo de inuincibilitate ignorantię non facile presumi potest: & vbi cōstaret sacerdoti, nihilomin⁹ officiū speculatoris explere debet viso gladio dei, id est verbo seu iure aut mandato dei, quo nō auisatus etsi non iam, post feriri posset, tenetur sacerdos cōfitentē super diuino iure facere certiorem. Si petas, reuelato sacerdoti a deo quod si confitenti veritatem edoceat, peccabit scienter dei legem transgrediens: vbi autem dissimulando prętererit, manebit inuincibili ignorantia excusatus, & saluabit: an sacerdos iuste tūc poterit silere? ¶Re G spondeo: Quia ignorātia nō maneret ei inuincibilis si sacerdos vellet annūciare diuinę legis veritatē: ad quod tenetē omni poscenti, prout confitens exposcere obligatur, vt digne possit absolui: nō excusatur sacerdos, quin potius sinere debeat perire aliū, q̄ ipse culpabiliter dispēsare omittat verbi diuini obligationē & veritatem: vt cum Aposto. vere dicat: Christi bon⁹ odor sumus: alijs odor vitę in vitā &c. ij. ad Corin. ij. Ex hoc patet quid dicēdum sit posito ꝙ sacerdos ex concretis circunstantijs & conditionib⁹ verisimiliter deprehendat eum inuincibiliter errare: & tamē pariturū minime si edoctus fuerit de veritate: maxime quia pręsumendū est talem non semper inuincibiliter erraturū & ita per ignorantiā illam, cum vincibilis fuerit, ex segnitie non faciētis iam quicquid in se fuerit ad veritatē agnoscendum, verisimiliter perditū iri in æternum. Hui⁹ simile datur. Possideo aliena: q̄ si restituero, scio verisimiliter ꝙ pˀles meę egenę & paupes multipliciter deū offendēt, quæ alias per ignorantiam excusatę de alieni occupatione, bene agent, & vitā recte ducent. Et vt vtriq; casui seruiat: ponatis mihi non solū ex verisimilibus hoc cōstare coniecturis, sed a deo esse reuelatum. non deobligabit me hoc a præcepto restituēdi. Ita in ꝓposito similiter neq; licet mihi furari vt alijs peccādi occasionē adimam eorum penuria releuata. ¶Non credo etiam via humana sacerdotem de hoc H certiorari posse certitudine probabilis coniecturę, ꝙ simul quis inuincibiliter in aliquo erret, totū quod potest faciēs vt mereatur veritatē edoceri: & nihilomin⁹ nolliturū parere cū primū edoctus fuerit veritatē. Etiā dicerēt multi, &

est ꝓbabilius, si sacerdos per diuinā reuelationem certioret̃ ꝙ scilicet edoctus de veritate dānabit̃, vbi alias inuincibiliter errans si veritatem eum nō docuerit, saluabit̃: iam ipso facto deobligat⁹ est ab onere officij sui, puta speculatoris ad veritatē innotescendā in foro pœnitentiæ: quando solum reuelāda est in vtilitatem confitētis. Secus in publico, vbi ꝓ vnius salute facere liceret vnde mille obstinarentur magis in peccato. Prima autem solutio ꝓcedit cum simul ei expressum fuerit deū nolle ipsum per reuelationē deobligari, vel celatio veritatis cederet in aliorum prȩiudiciū. Nec est simile de obligatiōe non capiendi vel detinēdi aliena, quȩ non soluitur constito etiam per reuelationē ꝙ nisi capiam vel detineam aliena, quidā alias saluādi ruent in peccatū: quia ex hoc certus non sum ꝙ nō idem periculum spectet dn̄m rei capiēdȩ, vel ꝑ me detinēdȩ, aut alios quibus ipse forsitā largiretur. Vel certe ꝙ illo nō enutrientur doctores, aut alij deo deuoti, qui plurīū animabus consultū ibunt, q̄ per me foret ꝓspectum. Et sic de alijs multis quȩ possent occurrere. In foro autē conscientiæ quo ad casum positū intelligo cū ex hoc nulli alteri affertur prȩiu

I dicium. Et ergo si ponatur doctor vel curatus confitens q̄ edoctus per me, plurīū cōsulet saluti qui veritatis inscij in periculo sunt dānationis: etiā reuelatio iuxta casus positos me nō absolueret a prȩcepto veritatē innotescēdi. Si vero fuerit ignorātia facti aut humani iuris, & sit ꝓbabilis, q̄d perpēdere pōt sacerdos ex ꝑsonȩ qualitate quȩ cōfitetur, (quibusdā enim licitū est iura ignorare, vt militib⁹, minoribus, rusticis, & fœminis: de q̄ est glo. notabilis. j. q. iiij. & notandū) vel si de hoc priuilegiata non sit, doctos seu peritos iuris cōsuluit, vel sine sinistra machinatione tres reportauerit sentētias: & sic de alijs. & subdistīguo, vel ignorātia illa alijs affert prȩiudiciū: vt in detētione alieni: vel alij scandalizantur, q̄q̄ confitens probabiliter ignoret: & tunc tenet̃ cōfitentē de veritate instruere. alioqui furti vel scandali reus erit: quēadmodū qui furti conscius quȩrente ꝓfessore non indicat. c. qui cū fure. de furtis. & qui videt asīnū odientis se iacentem sub onere, nisi cū eo subleuauerit, reus constituitur. Exodi, xxiij. Vel de nullius agit̃ prȩiu-

cidio, sed solũ est occulta humani iuris trãsgressio ex ignorantia probabili vel iuris vel facti: et tunc si timet agnita veritate verisimiliter deterius acturus, vt de hominis fragilitate ex retroactis operibus eiusdẽ vel aliorum qui earundẽ sunt conditionũ & morum, pensare potest: debet sacerdos silere etiã vbi dilucide docere posset cõtra ius esse ꝙ cõfitens agit, & sibi absolutionis beneficiũ impertiri. & ꝑ illo est casus. c. qui circa. de cõsan. & affini. vbi versat ignorantia iuris: & similiter est vbi aliquid est contra diuinũ vel humanũ ius, propter factum ignoratũ, Probabili inquam ignorantia hominis, scilicet neq̃ nimiũ remissi, neq̃ nimiũ scrupulosi in inquirendo: vt si sacerdos nouit eos primo affinitatis vel consanguinitatis gradu attinere inuicẽ, & se multũ diligere: vt verisimile sit in vetitum eos magis inflãmandos: & hoc maxime si iudicialiter probari nõ possit: quanq̃ sciat confitentẽ verbis suis fidẽ habiturũ. Et idem si probari potest dũ ex sua taciturnitate alijs scandalũ nõ imminеat, vel si imminet, graue scandalũ imminet vel equale periculũ ex eorũ separatione. De his vero ꝑticularib⁹ magis instruit vnctio q̃ ars vel sciẽtia. Obijcies fortasse ca. tua nobis. de cognatione spirituali: vbi dicit: Qui contractũ tale matrimoniũ sciuerint: tenent illud ecclesię nunciare. & loquitur de matrimonio inter filios duorũ compatrũ, per quorũ alterũ deuentũ est ad cõpaternitatẽ. ergo a fortiori tenet sacerdos cõfitenti indicare. ¶ Respondeo primo, textus ille loquit de eo qui probare potest impedimentum: K qa si ꝑbare nõ põt, non tenet ecclesiæ denunciare: quãuis cõmanantes inuicẽ peccẽt sic cõiuncti, non ignorãtes. s. impedimentũ: vt clare ꝑbat ex. c. si sacerdos. de offi. ordi. & c. plerũq̃. ij. q. vij. & ꝑ eodẽ est glo. de pœni. dist. vj. c. si sacerdos. & ibi ꝑbare põt, nõ tenet nũciare cũ exnũciatiõe scãdalum imminet, iuxta dictum. c. quia circa, nisi forte grauius immineret ex eorũ cõiunctione. Iã (vt dixi) sacerdos tũc silere debet cũ videt confitentẽ probabili ignorãtia excusatũ: & veritate manifestata passiue verisimiliter scãdalizandũ & nullũ iminere scandalũ aliorũ vel ꝑiudiciũ. Aliter etiã respõdeo ꝙ aliud est de iure quod cõiter publicari debet in ecclesia: prout loquit dictum. c. tua nobis. quia il-

lud nemo præsumitur probabiliter ignorare: & si cõstaret ipsum ex certis & legitimis causis ꝓbabiliter adhuc ignorare, nihilominus indicandum est, quia non poterit semper probabiliter ignorare. si ipse et sacerdos debitũ suũ faciãt, sacerdos videlicet publicanda huiusmodi in ecclesia, & ali⁹ ecclesiã horis debitis missarum & sermonũ visitando. secus de iure alio vel facto probabiliter ignorato: & ex cui⁹ ignorantia nulli immineat quodcunq; prȩiudicium aut scã
L dalum. ¶ Ad rationes. Ad primã dico ꝙ bona voluntas nõ est hȩreditas: vt patet. Mat. xij. de semine verbi dei iacto su per petrosa vel inter spinas: ꝓpter quod orta tribulatiõe, continuo scandalizaẽ tẽporalis homo: aut spinȩ, solicitudinum scilicet aculei suffocant verbũ. Quanq̃ igitur paratũ se offerat pœnitens facere quicquid ecclesia iubet, possum⁹ nihilominus probabiliter fragilitati suæ timere: & vnde verisimiliter casurus esset, non indicare. verum hoc cũ probabili ignorantia laborat, & sine animi pertinacia. si emĩ ita animo obfirmatus esset, vt nollet etiã sibi directȩ veritate ecclesiȩ mandatis parere absolui non potest: & veritatẽ ei conuenit detegi, quatenus status sui periculo conspecto vt tandem ad cor redeat, & a dño veniã precetur. ¶ Ad confirmationem respondeo. Cap. qui alios. loquitur de errore pernicioso & culpabili, cuiusmodi est hæresis, non de errore iusto & probabili, & vnde nulli paratur quodcunq; prȩiudicium. Ad verbũ Greg. procedit cũ vtiliter veritas denunciari potest. Frustra aũt niti, & nihil aliud laborando q̃ odium quȩrere: extreme dementiȩ est: vt inquit Hieronymus. Et ad propositũ nostrum de veritate tacenda ꝓpheta ait, Hostes iusti, capientes munera, & pauperẽ in porta deprimentes: propterea tacebit vir prudens in tempore illo: quoniam dies mali sunt. Amos. v. Et idem sentit Hiero. vt allegatur. xj. q. iij. quãdo ergo vir ecclesiasticus &c. In ꝓposito aũt nostro inutiliter veritas ipsa doceretur: vt patet ergo &c. ¶ Ad tertiũ autem principale de regulis iuris respondet Ricar. de media villa. xv. distin. Quarti sentẽtiarũ consilium malum datum ex ignorantia, si homo debitam diligentiam non adhibuit ad sciendum, sub fraudulento comprehendi, quia crassa negligentia, prope dolum est.

Ego respondeo ꝙ regula loquitur solum de obligatione ciuili quæ nascitur homini: dicta vero dubitationis resolutio de naturali, quia homo peccans fit reus & obligatus deo. Etiam si mandem vel consulẽ alicui rem turpem, nulla oritũ ciuilis obligatio ipsi mandatario. ff. mandati. l. si remunerandi. §. rei turpis. & tamen naturaliter & in foro dei reparare obligor ei quantũ nocumenti intuli malum persuadẽdo. Etiam volunt doctores multi regulam procedere quãdo aliquis sine consilio facturus erat: quia vt dicitur. ff. mãdati. l. si remunerandi. §. plane. quis ex mandato obligatur in solam alterius vtilitatem præstito, dũ alias minime facturus erat: quod tamen proprie mãdatum non est, sed cõsilium vt patet eodem titu. l. ij. ad fi. Et iterum speciale est de ijs qui se vt peritos exhibent et magistros: vt patet in ijs qui se vt medicos exhibent: & nullo modo excusantur qui se ad consulendum vel determinandum offerunt. Vt enim de omni culpa tenetur qui deposito se obtulerit, vel aliquid pra custodia receperit. de deposito. ca. ij. vbi alias dolum tãtum præstaret, vel latam culpam: non minus qui vt omniscij habeantur, vel peritiores appareant, moto dubio ad dissoluendum se statim ingerunt, & de capite suo diuinis libris non consultis determinare præsumunt: apud districtũ iudicem de omni culpa etiam leuissima rei sunt.

TERTIVM principale est an sine graui dolore possumus peccati veniã promereri. ¶ Et videtur quod sic. Primo Ezechielis. xviij. Quacũ ꝙ hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Item Zacharię. j. Cõuertimini ad me: & ego conuertar ad vos. Item Apoca. iij. Ego sto ad hostium, & pulso: si quis aperuerit mihi ianuã &c. Et Iacob. iiij. Appropinquate deo: & appropinquabit vobis. Ex quibus Anselmus cõclusisse videt̃ nostra ex parte causam esse si gratiam dei nõ susceperimus, quoniã deꝰ eã semper offert. Dat simile de offerente pomũ alteri non volenti accipere. Etiã Aug. tractans illud Apost. ad Rom. v. Iustificati igit̃ ex fide &c. Si deus inquit confugiẽtem ad se non susciperet, esset ĩ eo iniquitas. Sed remisso dolore interdũ homo ingemiscit, cõuertit se ad deum, aperit ostium B

cordis, confugit ad ipsum &c. ergo &c. Secũdo, quia sacramentum baptismi & pœnitẽtie ex opere operato conferũt primã gratiã. ergo pręter deuotionem et ministri & suscipientis operantur remissionẽ peccatorũ. Antecedens patet, quia in hoc solo eminet sacramenta nouę legis a sacramẽtis veteris testamenti, quia ipsa efficiunt quod signãt: vt patet. iiij. sententiarũ in principio. Et cõsequentia tenet: quia si ex deuotione ministri vel suscipiẽtis, iã non esset ex opere operato, id est ex opere quod extrinsecus adhibetur, sed ex opere operantis, scilicet ministri vel suscipientis deuotione. Hinc Scotus. xiiij. distin. iiij. senten. q. iiij. sentit nihil requiri vt assequatur homo gratiam per sacramentũ pœnitẽtiæ vel baptismi, pręter voluntariã susceptionẽ sacramenti: & exclusionem fictionis, quę est per obicem actualis culpæ mortalis. Et confirmatur. Quicunq; habet fidem sacramenti, & propositum suscipiẽdi, eo ipso suscipit effectum sacramenti, puta gratiã. ergo nõ requiritur magnus dolor siue deuotio. Antecedẽs patet de baptismo & eius effectu c. debitum. vbi de eo qui seipsum aqua perfundens in nomine trinitatis &c. dicitur, Si talis continuo decessisset, ad patriam protinus euolasset, propter sacramẽti fidem. etsi nõ propter fidei sacramentũ. Et de presbytero nõ baptizato, in. c. apostolicã. dicitur: Quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & confessione Christi nominis perseuerauerit, ab originali peccato solutum, & celestis patrię gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Propter quę glo. in. c. dudũ ij. de electione. cum dicitur q; occupans duas curas, de facto animas damnabiliter deceperit, dicit se non credere q; perierint, non quia ille posset eos absoluere, sed propter fidem sacramenti. iuxta. c. allegata. &. c. baptismi vicem. de conse. dist. iiij. Etiã nisi sic, graue videret iugum Christi, & onus importabile vt veteris legis, contra illud Mat. xj. Iugum em̃ meum suaue est, & onus meũ leue. ¶ Præterea tertio, minima contritio sufficit ad deletionẽ quantũlibet magni peccati. ergo non est magnus dolor necessarius. Antecedens patet: quia contritio est motus charitate formatus. Charitas aũt est vestis nuptialis diuidens inter filios regni & perditionis; vt ex August. allegat glo. j. Corin. xj. ergo


minima contritio delet omne mortale pctm. ¶ Et confirmatur. Modus implendi pceptū non cadit sub præcepto: ergo quicūq; dolet de pctō, siue intense siue remisse, satisfacit præcepto quo iubemur culpā dolore abstergere, seu de pctō dolere. Antecedens pbatur: quia reddens depositum siue intenso siue remisso effectu, æque satisfacit præcepto. Similiter dans eleemosynā necessitatem patienti, vel honorās parentes: & sic de alijs. ergo &c. ¶ Ad oppositū est descriptio cōtritiōis quā Isidorus tradit. ij. lib. de summo hono. c. xij. Contritio est cōpunctio & humilitas mentis cū lachrymis veniens de recordatione peccati, & timore iudicij. Sed pctm non deletur absq; contritione: ergo ad peccati deletionē requiritur magnus dolor. ¶ Pro hui⁹ solutione tria præmittam. Primū, Reprehensibile est valde peccatoribus veniam & securitatem de peccati remissione facile polliceri. Vnde Isido. lib. allegato. c. xiij. Sunt qui pœnitentib⁹ securitatē cito pollicentur: quibus bene p pphetam dicitur (Hieremiæ. vj.) Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, & nō erat pax. Cum ignominia igitur curat cōtritionem qui peccanti & non legitime pœnitenti pmittit securitatē. Vñ sequitur. Confusi sunt qui abominationē fecerunt. i. cōfusi sunt non pœnitētes, sed pœnas luēdo. & paucis interpositis: Quāuis per pœnitētiā ppiciatio pctōrū fit, sine metu tñ homo esse non debet, quia pœnitētis satisfactio diuino tm̄ pensat iudicio, non humano. Proinde quia miseratio dei occulta est, sine intermissiōe flere necesse est. Hæc ille. Itē. j. dist. c. si quis diaconus, dicit, Cū ante tribunal p suis peccatis dānādi aduenerint, q nō acta digna pœnitētia credūt sibi dimisisse deū, quomō sacerdotes indulsisse vident, cōtra nos causam dicturi sunt, qd dum durā asperitatē linguæ eorū expauim⁹, aut falsa blādimēta & periculosas adulationes eorū libenter accepim⁹, in peccatis eos pmanere inutiliter indulsim⁹. Necq; obstat verbū Chrysostomi, Nō debet dispensator esse tenax vbi paterfamilias est liberalis. xxvj. q. vij. ca. alligāt. quia loquit de pœna iniungenda vere pœnitentibus. Vñ dicit, Quemadmodū si fascem super humeros adolescentis imponas, quē baiulare non possit, necesse

habet aut fascem deponat, aut succumbens cōfringatur: sic & homo cui pondus graue pœnitētiæ imponis, aut ipsum reijciet, aut suscipiens dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccabit. Deinde et si erram⁹ modicā pœnitentiā iniungēdo, nonne melius est ꝓpter misericordiā rationem reddere, q̄ ꝓpter crudelitatem: vbi etiā paterfamilias &c.

B ¶ Secundū, ꝙ difficultas magna est inter doctores an claues sacerdotij se extendant ad culpę remissionem. & certe ꝓbatissimi theologi senserunt ꝙ nō. Magister sentē. xviij. dist. Quarti dicit. Sacerdotibus nō cōcessit deus potestatē culpā dimittendi seu ligandi &c. sed ostendēdi homines ligatos & solutos. In culpis igitur retinendis & soluēdis sacerdos operatur ecclesiasticus, qd̄ in leprosis olim legalis. Et sunt illa originaliter verba Hieronymi tractātis illud Matthęi. xvj. Quodcūq; ligaueris &c. Itē doctor irrefragabilis quarta parte. q. lxxx. Sacerdotis potestas se extēdit ad culpam delendam per modū deprecantis, sed per modum impertientis vel imperantis nequaq̄. Vnde dicit. Sacerdos nunq̄ tentaret absoluere eū de quo nō pręsumeret ꝙ esset absolutus a deo. concludēs potestatem clauium ad culpam delendam se nō extendere. Illud vero Ioannis. xx. Quorum remiseritis &c. dicit intelligēdum quo ad pœnę veram dimissionem vel alligationem, vel quantū ad culpam quo ad ostēsionem. cui alludere videtur glo. interli. ibidē dicēs, id est quos dignos remissiōe iudicaueritis, duabus clauibus, videlicet potestatis, & discretionis. Eiusdem sententiæ videtur Bonauētura. xviij. dist. Quarti: & certe probabile videtur, quia eadem est sacerdotibus data facultas culpā retinendi & dimittendi. Manifestum est autem ꝙ culpā retinere non possunt vere pœnitentis. Quomodo ergo soluere poterunt culpā minus digne pœnitentis? Attamen quia doctores alij ꝓbabiliter oppositū sustinent, ꝙ pœnitētia scilicet sacramētalis, vt secūda post naufragiū tabula, primā interdū cōfert gratiā ex ope operato: hoc indiscussum tanq̄ ꝓbabile dubium pręterero.

C ¶ Tertium, ꝙ non quęlibet displicentia de peccato ꝓpter deum, meretur de congruo gratiā & culpæ remissionem, probo. Deuter. iiij. dicit. Cūq; quæsieris ibi dn̄m deū tuum, inue-

nies eum: si tamẽ toto corde quesieris eũ, & tota tribulatione animę tuę: postquã &c. Vbi aperte innuitur non inuenturos esse deũ, nisi toto corde & tota animi tribulatione quęsierint &c. Item displicẽtia talis de omni etiam peccato ꝑpter deum, stat sine tremore ad sermones domini, & ꝙ tũc non respiciat dominus, aperte probat illud Esaię vltimo: Ad quem autem aspiciam nisi ad pauperculũ & contritum spiritu, & tremẽtem sermones meos? Tremor autẽ est magnus & manifestus timor: vt dicit glo. tractãs illud Apostoli ad Philip. ij. Cũ timore & tremore operamini vestram salutem &c. Præterea qui pœnitentiã morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia dominus dicit. Quacũque hora conuersus fuerit peccator, vita viuet. xxvj. q. vj. si quis presbyter. & ibidem ca. agnouimus. Salutem hominum adimit quisquis mortis tẽpore pœnitentiã sibi denegat. Ergo motus displicentię de peccato ꝓper deũ, cum ꝓposito suscipiendi sacramentum, imo cum requisitione sacramenti, non reponit statim hominẽ extra culpam ad statum gratię, sed stat cũ mortali peccato. Idẽ videtur sensisse Aug. cum dicit hominem nõ tam cito soluẽdum a peccato ex desiderio sacerdotis, sicut si per sacerdotem absolueretur. de pœnitẽ. d. vj. qui vult pœnitere. Et de pœni. d. j. quem pœnitet. Ergo nõ quilibet remissus gradus displicentiæ sufficit expurgare culpam hominis. Et idem videtur velle Scotus, qui cęteris tamen mitius est locutus. xiiij. distinctione. iiij. quæstione. iiij.



HIS PRAEMISSIS pono hanc conclusionem responsiuam. Mortale peccatum non remittitur adulto sine magno dolore intellectiui appetitus: puta voluntatis: excepta saltem gratia baptismatis. ❡ Probo per illud August. lib. de pœniten. Recte pœnitẽs quicquid sordium post purificationem contraxit, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat se culpabiliter durũ, qui deflet damna temporis, vel mortem amici: & dolorem peccati non ostendit in lachrymis. Non est itaque vt quis se excuset non habere fontem D

lachrymarum qui vnquam ostenderit lachrymis dolorem temporalium. Allegatur de pœnitent. dist. iij. sunt plures. Quod tractans beatus Tho. xv. dist. iiij. dicit verum esse cum defectus lachrymarũ prouenit ex defectu doloris: vt quia homo minus dolet de peccato, quam de damno temporali. secus si abundantia doloris lachrymas exsiccet ꝓpter concitatũ dolorem, vel si homo se continuerit vt corã solo deo doleat. vel ex duritia complexionis: vtputa dolor de temporalibus est magis sensibilis: & ideo magis vicin⁹ ad resoluendũ corpus in lachrymas. & Aug. lib. allegato tractans illud prophetię, Quacũq; hora ingemuerit &c. Adiecit inquit ꝓpheta, Et cõuersus fuerit. dixit cõuersum non versum vita viuere. Versum quidem puto q̃ dolet de crimine: conuersum qui dolet de omni eius quã exposuimus varietate. Vertitur a peccato, q̃ iã vult dimittere peccatũ. Conuertitur, qui iam totus, & omnino vertitur. qui iam pœnas non timet, sed ad bonũ deum tendere festinat. q̃ conuersio si contingat in extremis agenti, vita viuet. sed quoniam vix vel raro est tam iusta conuersio, timendũ est pœnitẽti sero. Hęc ille. Et certe potest hui⁹ dari ratio: quia eodẽ. c. Ezechielis. j. dicitur: Si iustus auerterit se a iustitia, omniũ &c. quod solum veritatem habet de perfecta auersione. Exilis nãq; vel admodum remissa auersio vel surreptitia non statim in obliuionem adducit omnẽ iustitiã hominis. Qua igit̃ ratione posset cõuersum de qualibet etiã tenui conuersione intelligi? Et Gratianus exponẽs allegatum verbũ prophetę, Conuerti inquit dicitur qui omnino iam vertitur, cuius vox & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut pri⁹ seruierat iniquitati. de pœni. dis. j. quis aliquãdo. & hoc voluisse videtur propheta cum ait: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & in planctu, dicit dñs. Scindite corda vestra &c. Ioanis. ij. Item Ambro. lib. ij de pœnit. Facilius inuenitur qui innocentiã seruauerit, quam qui congrue egerit pœnitentiam. Et probans quemadmodũ oportet pœnitentem valde dolere, & abnegare semetipsum, adducit verbum Christi: Si q̃s vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Matthęi. xvj. Debet inquit

pœnitens imitari adolescentē quē fabulæ ferunt post amores meretricios peregre profectum, & abolito amore regressum postea veteri occurrisse dilectæ: quę vbi non interpellata putauerit se non recognitam, rursus occurrens dixerit, Ego sum: responderit ille, Sed ego non sum ego. vt iā videlicet omnē peccati occasionē efficaciter vitet, et pœnitentię lamenta non deserat. Quod etiā requiratur magnꝰ dolor in suscipiente sacramentū pœnitentię, videtur idem Amb. asserere in adhortatione ad pœnitentiā, cū dicit, Agentem in extremis, & pœnitentiā cupientē assecurare nō audeo, ne decipiā. & tamē sanā pœnitentiā petentē securū dicit. Itē apertius astruit Aug. sermone. xj. ad fratres in eremo. Grauia (inquit) peccata grauissimis lamētis indigēt. O monache punge oculum mentis, vt lachryma prodeat cōpunctionis. O cōpunctio q̄ sancta & mirabilis prædicaris. tu spirituale lauacrū, tu flagellum dei es, per quod deꝰ mutatur. tu stimulus per quem deus ad homines inclinat. tu ligamen per quod deus fortiter astringitur. O compunctio sancta & immaculata sine qua adultis non valet baptismus: sine qua ad iudiciū domini corpus suscipitur: sine qua infructuosa est omnis confessio: sine qua omnis satisfactio inanis. O cōpunctio lachrymosa, o lachryma mentē purgans, intentionem fœcundans, confessionē irrigans: animā sanctificās. propter quod etiā felicē tabulā, & vitalem postea eam appellat nauiculā. Et ad eosdē sermone. vij. Cōpunctio est humilitas mentis cū lachrymis ex recordatiōe peccatorū, & timore iudicij. Ex gemino fonte cōpunctionis solent profluere lachrymæ, vno dū mens operum suorum mala considerat, altero dū desiderio æternæ vitæ suspirat. ¶ Quatuor sunt quibus cogitatio iusti tędio salubri cōpungitur, memoria prętcritorum facinorū, recordatio futurarum pœnarum, consideratio peregrinationis de vitę huius miseria, & desiderium supernę patriæ, quatenꝰ quantocyus illuc valeat peruenire. Quando ergo ista in corde hominis fiunt, signum est tunc deū per gratiam esse præsentem. psalm. lv. Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo: sicut in promissione tua. & Ber. c. j. libro de modo viuendi, ad sororē suā: B

Compunctio lachrymarũ remissio est peccatorũ: quia tunc peccata dimittuntur, quando cũ lachrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio spiritum sanctum reducit ad se: quia cũ spiritu sancto mens visitatur, statim homo peccata sua plorat. & ibidem plura alia idẽ confirmantia. & ca. xxvij. Nihil peius est quam culpã cognoscere, nec deflere. & allegat Isidorum: Quia miseratio dei occulta est: sine intermissione flere necesse est. Et ꝙ hæc velit requiri etiã in

F confessione, patet ex fi. capituli. ¶ Ex quibus omnibus concludo ad recte pœnitẽdũ requiri displicentiam de peccatis præteritis, propositum firmũ cauendi in futurum, & tertio propositũ confitendi loco & tẽpore opportunis seu debitis. Addo ad prędicta ratiõẽ, Peccati deletio in adulto requirit displicentiã diuinæ offensæ non præteritę tantum, sed absolute. Displicentia rationalis affectus seu voluntatis est tristitia: quæ ab Aug. xiiij. de ciuitate dei cap. xv. describitur dissensio animi ab his rebus quæ nobis nolentib⁹ acciderunt. ergo oportet nolle dei offensam. quod domin⁹ satis innuisse videtur cũ remittens peccata diceret, Vade, & iã amplius nolli peccare. & certe ꝙ non sufficiat propositum non peccandi cum voluntate suscipiendi sacramentũ, aperte affirmat Augu. Omnis (inquiens) qui suę voluntatis iam arbiter constitutus est: si veniat ad sacramentũ fidelium, nõ potest inchoare vitam nouã, si non eum pœniteat vitę veteris: a qua pœnitentia soli paruuli sunt immunes. multo ergo fortius si venit ad sacramentum pœnitentiæ. etiam quomodo poterit contritus dici si non simpliciter ad deũ cõuersus, amodo nolit ipsum offendere? Ad eum nãq; solum respicit deus, qui pauperculus est spiritu, contritus corde, & tremens sermones domini. Esaiæ. vlti. ¶ Ad ra-

G tiones ante oppositum. Ad primã respondeo: omnia ibi adducta solum probãt ꝙ si totum quod in se est fecerit homo confugiendo ad dominũ ostium cordis ei aperiendo &c. deus illum necessario recipit: non autem si segniter remisse & negligenter hoc fecerit, attentius vtiq; operam daturus ꝓ corporis sanitate, aut re vili bonorum fortunæ recuperanda. ¶ Ad secundam, si sacramentum pœnitentiæ ex opere operato confert primam gratiam, auget in homine dolorẽ

peccati, vt qui prius propter imperfectionem attritio solũ erat, auctus virtute sacramenti iam sit contritio. Nec mirum ꝙ possit augere, seu actum intendere: cum ponatur ab omnibus sic habitum gratiæ seu charitatis posse perficere. Quomodo etiam repellanda sit opinio Scoti ibi recitata. patet ex dictis in corpore quæstionis. ¶ Ad confirmationẽ de textibus iuris respondeo, Ecclesia dum opinionẽ sequitur, vel præsumptioni innititur, fallit sępe & fallitur. de senten. excommu. ca. nobis. In capitulis autem allegatis innititur præsumptioni ꝙ talis salutis suæ memor obicem alterius peccati non posuerit, & quicquid in se fuerit ad salutem consequendam facere non omiserit. Sola autem expressa in capitulis illis certum est non sufficere homini ad salutem. Quod etiam remissus motus cum desiderio sacramẽti peccatũ delere non possit, efficaciter deduxi supra in corpore quęstionis. Et quanuis in dicto capitulo dudum. sit allegatio partis ꝙ animę fuerit damnabiliter deceptæ. & ita parum vel nihil probans: in cap. tamen si quis presbiter. & cap. agnouimus. xxvj. quæst. vj. reᵘ animarum dicitur qui morienti pœnitentiam denegat. supponens solũ sacramenti desiderium salutem non dare, saltem in quolibet gradu. & est in parte decisa, nõ allegatio partis. Quod addit de onere de iugo Christi, fateor cũ glosa ibidẽ graue esse detrectantibus, sed non dilatato iam corde viã domini currentibus. & ibidẽ concordans verbũ allegatũ cum illo Matthæi vij. Angusta est via quę ducit ad vitam &c. dicit, Angusta est, quia non nisi angusto initio incipitur: processu vero temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur: ¶ Ad tertium respondeo ꝙ vtiꝗ minima contritio sufficit: sed non minimus motus displicentiæ: qui potest esse tam exiguus, ꝙ de congruo non mereatur charitate formari, & ita deficit a ratione contritionis. ¶ Et ad confirmationẽ dico. Aliud est pręcepto satisfacere, aliud vero exercitio actᵘ pręcepti gratiam & gloriam promereri. Contritio aũt dicit motũ meritorium gloriæ, & culpe delendę: & ita quãuis per minutam displicentiam satisfaceret forte pręcepto quo iubemur de peccato dolere, non tamen ex hoc habetur quemlibet motum esse contritionem, & delere culpas. Etiam mo-

dus extraneus illi quod pręcipitur,seu materiæ quæ poni tur sub pręcepto,est circunstantia ad quā ꝑcepto tali non obligamur:vt magnitudo affect⁹ cōparatione ad pręceptū quo iubemur creditoribus sua dare. vel depositū reddere. sed aliquando modus est pars eius quod ponitur sub præcepto,& ad illū modū certum est quod obligat ipsum pręceptū:vt patet de modo ex toto corde seu sup oīa diligendi in pręcepto quo iubemur deum diligere: & sic in proposito est de pręcepto quo dominus mandat vt peccata nostra lauemus & deleamus pœnitentia. Hiere.iiij. Laua a malitia cor tuū &c. ¶Effectualiter materię decisio consistit in
K tribus propositionib⁹. Prima: Obligatio decimarū quo ad veram quotam decimæ inducta est legis veteris dispositione,& morte Christi extincta:quā denuo innouauit vniuersalis ecclesia:sed non debentur cū effectu nisi petantur. Secunda. Consulens aliquid contra legē dei temere,peccat: quāuis consiliū insequēs excusari interdū possit a peccato. Tertia. Non omnis displicentia peccati reponit hominē ad statum gratię,sed quæ humili ex corde procedens,hominē non attritum solum,sed contritum constituit.

¶Argumentum Quodlibetarii.


RGVIT Quodlibetarius cōtra tertiā cōclusionem sic. Quibusdā paruā displicentiā de peccatis habētib⁹ de⁹ cōfert gratiā. ergo & omnibus.& ꝑ consequēs quęlibet displicentia &c. Antecedēs patet:qa quibusdā infert de⁹ sua gratia quasi coactis:vt dicit glo. ad Rom.x. Multo ergo forti⁹ his quibus pc̄m aliqualiter displicet. Et consequētia tenet, qa si æqualiter dispositorū de⁹ vni cōferret gratiā,& nō alteri,excepta via sacramentorū q̄ applicatiōi passionis Christi innitit̄:videret̄ acceptor personarū Et confirmat̄: Intentio seu augmentū est circūstantia act⁹ non trahēs in aliā speciē,vt manifestū est. Nulla aūt circūstantia quæ speciē non mutat,potest actus conditionem in infinitū meliorē vel deteriorē facere,ergo si displicētia magna ꝓmeret̄ pc̄i deletionē& gratiā:idē erit de quarumlibet parua displicētia: & ita quælibet videt̄ repo-

nere ad statum gratię. ¶ Respondeo. Ad primã post Aug. L
lib.j.seu epistola ad Simplicianũ. In gratuitis nõ est perso
narũ acceptio. Si eñ debitũ originalis peccati deus alicui
remittat, est gratię. si vero exigat, est iustitię. sed in his q̃ ex
iustitia debẽtur, si vni paris cõditiõis fiat cõpensatio meri
ti, & alter ꝑmittat: hic est acceptio ꝑsonarũ: vt si æque
meritis apud rẽpublicã vni tribuat stipendiũ laborũ, & al
teri negetur laboris cõpensatio. in ꝓposito nr̃o cum deus
quasi coactis infert gratiã, aut ad preces aliorũ, totum est
gratię: & ita iuste potest sine acceptiõis vitio vni cõferre,
altero pariũ conditionũ penitus prętermisso. ¶ Ad confir M
mationẽ dico: Licet circunstãtia magnitudinis seu quanti-
tatis in actu, non mutat speciẽ naturæ, bene tamen speciẽ
moris: vt in simili auferre vnicum granũ est eiusdem spe-
ciei naturę, cum auferre mille milia: & th̃ secũdum pellit
charitatẽ, & est furtũ: non autem primũ. Similiter diutur
nitas actus ad tẽpus quo homo deliberare posset, nõ mu-
tat speciẽ naturæ, certũ est: tamen surreptitiũ odium fra-
tris, solũ est veniale: vbi vero tẽpus cesserit quo delibera-
re potuisset, reddit mortale pc̃tm: & est iã actus alius se-
cundũ speciẽ moris: puta deliberatus, & humanus inter-
pretatiue. Similiter ex circũstãtia tẽporis: puta mercari in
die festo: est mortale: quod alio tẽpore oĩno est licitũ. Ali- N
ter respõdeo (non intrãdo difficultatẽ vtrũ actus merito-
rius ꝓprie dici possit specie moris differre a quolibet non
meritorio. probabile enim est velle subuenire pauperi ꝓ-
pter deũ, siue ex charitate fiat siue non, cæteris oĩno pari-
bus idẽ esse in specie moris) ꝙ minor est falsa cũ circũstan-
tia illa facit impleri vel transgredi pæceptũ qđ alias vel
non impleretur vel certe non præteriretur seu violaret.
verbi gratia necessitas fidei vel parẽtũ interdum requirit
feruentẽ & laboriosam subuentionẽ: quo casu si quis fidei
vel parẽtum necessitati remisse & tepide succurreret, non
satisfaceret pręcepto, sed peccaret omissione zeli quẽ adhi
here tenetur: vbi scilicet fidei vel parentũ necessitas nõ suf
ficienter releuaretur. & similiter est si ponat hominẽ iam
totum facere quod in se est, vbi aliter vel remissius agens
non totum faceret. In ꝓposito circũstantia magnitudinis

ponit heminem in statu facientium totum quod in se est: & ita facit de congruo mereri &c. Etiam in casu per remissum dolorem, vbi mortis periculum instat, vel temp⁹ necessitans ad sacramentorum susceptionem, non satisfit prę cepto disponendi se sufficienter ad gratiam.

Prima quæstio sine argumentis.

A PROPTER quid propheta ait Psalm̄.lxviij. Obscurentur oculi eorū ne videant: & dorsum eorū semꝑ incurua: cū dicat Aposto.j. ad Corinth.vj. Maledici regnū dei non possidebunt. ¶Pro hui⁹ solutione prę mitto. Maledicus dicitur qui alteri malū imprecatur, finem iustum non prętendēs, ob quē videlicet alteri liceat malū illud imprecari: quāquā non inferre. tunc e. n̄ in malo nō sistitur, sed per malum in bonum precantis affectus protenditur, vnde Gregori⁹ tractās illud Iob.xxxij. Si gauisus sum ad ruinam eius q me oderat, & exultaui ꝙ inuenisset eū malum non em̄ dedi ad peccandum guttur meum: vt expeterem maledicens animam eius. sic inquit: Plerūque euenire solet vt non amissa charitate & inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria sine inuidię culpa contristet: cum & ruente eo quosdā bene erigi credimus: & ꝓficiēte illo plerosq; iniuste opprimi formidam⁹: qm̄ si de inimici morte omnino gaudendum non esset, propheta non diceret. Letabitur iustus cum viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Eadē autē ratione licet ei optare malum qua & gaudere cum acciderit. vnde & alibi ꝓpheta. imprecando ait: Imple facies eorum ignominia: & quęrēt nomen tuū domine. Erubescant & conturbentur in seculū seculi: & confundantur & pereant. Psalm̄.lxxxij Sed cum nulla iusta possit esse ratio aut finis debitus alteri culpam imprecandi, vel occasionē ꝓximam impingendi ad peccatū, sed tenemur lege charitatis affectu & opere ꝓximos subleuare ne ruant in culpam: ac vbi casuri fuerint, minus deum offendant: mirum videtur quo pacto recte precetur sanctus ꝓpheta. Obscurentur oculi eorū &c. Sed in scripturis sacris cū talia legimus quæ ruinam sonāt, vel occa-

sionem ꝓximā ad offensam: non precantis voto, sed ꝓnunciātis affectu intelligēda fore nos docent sancti: queadmodum illud dn̄i ad spiritum malignū posteaquam se obtulit decepturū Achaz: & fore spiritū mēdacij in ore omniū ꝓphetarum: Decipies, & preualebis: egredere, & fac ita. iij. Regū vltimo. Non deceptionem mendacij iussit dominus, sed egressum prenunciauit, & futurū euentum prout spiritus malignus obtulerat. & illud dn̄i ad Iudā. Ioannis xiij. Quod facis, fac citius. prænunciatiue exponitur, & permissiue, nō imperanter vel optatiue. & illud angeli ad Ioan. Apocalip. vltimo. Ne signaueris, id est occultaueris verba ꝓphetię libri huius. tēpus em̄ prope est: qui nocet, noceat adhuc, & q in sordibus est, sordescat adhuc, sic exponit̄ illud eiusdem Psal. Appone iniquitatē super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. In ꝓposito autem recte prædixit quemadmodū oculis obscuratis consequens sit dorsum semper incuruari ad culpam. Cum enim cęci preeunt, necesse est precipites ruant q sequuntur. Nihil enim tam est ad præcipitandum de via morum efficax, nihil ad abducendū in culpę foueam tam opportunum & validum, nihil ad suffodiendum & eneruandum aptius, quam ignorantię cęcitas. hæc est fex calicis domini de vino mero, quā perditis & iam desperatis pctōribus ꝓpinat. psal. lxxiiij. Verūtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Et recte inquā fex est, quoniam alijs ad inebriādum plus vigoris habet, & solo fumo rationis lumen obducens, omne bonum extinguit. Hinc Sophię primo contra eos q in fecibus suis demorantur, dicit dominus, Tribulabo eos, & ambulabunt vt cęci, quia dn̄o peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. & Esaiæ. xxix. dicit dn̄s: Eo ꝙ appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor aūt ei⁹ longe est a me, & timuerunt me mandato hominū & doctrinis: ideo ecce addā vt admirationē faciā populo huic miraculo grādi & stupendo: peribit sapientia a sapientib⁹, & intellectus prudentiū abscondetur. Quā pœnam cęcitatis vniuersa tādem mala comitari idem propheta. v. cap. suo testis est, Propterea

(inquit) captiuus duct⁹ est populus meus, quia nō habuit scientiā, & nobiles eius interierūt fame, & multitudo ei⁹ siti exaruit. ꝓpterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; vllo termino: & descendent fortes eius & populus & sublimes gloriosiq; eius ad eū: & incur
C uabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiū deprimentur. Hinc non ab re hoc summe curauit ecclesia, ne duces populi sacerdotes a diuinę legis intentione auocarētur quarūlibet secularium rerū solicitudine, adeo vt apud altare in sacerdotum prece eum nominari vetuerit, qui sacerdotem ab altaris ministerijs & studio legis auocando tutorem vel curatorem nominauerit. lxxxviij. distinctiōe neque apud altare. &. xxj. quęst. iij. Cyprianus. Hinc tot iura a secularibus negocijs clericos & monachos arcent, vt theologiæ seu diuinæ scientiæ insistant. excommunicantur quotquot monachi aut sacerdotes ad physicam aut leges audiendas conuolauerint, nisi intra duorum mensium spatium ab incepto destiterint. ne clerici vel monachi &c. c. super specula. Sed prohdolor iam impletur ꝓphetæ verbū: Caupones tui miscent aquam vino. Qui pręsumus ecclesijs, & vt doctrinę Christi vacemus, pauperū sustētamur eleemosynis, nō totos dam⁹ nos vino diuini verbi q̄ simplices potare habemus, sed sanctis rebus & feruidis aquā miscemus temporalis cupidinis: Ac vtinam pro doctrina sana non inferremus exempli perniciem. Sed hęc missa facio, satis est soluta quæstio, si ostenderim nihil consequentius quam quod cæcitatem pastorū qui sunt oculi, comitetur (vt propheta pronunciat) incuruatio dorsi, error videlicet & culpabilis impactio subditorum.

Secunda quęstio sine argumentis.



ROPTER quid ad scripturæ sacrę lectionē alios cohortantur theologi, cū melius sit veritatis viam non agnoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti a sancto mandato? ¶ Quia secundā quæstionis partem apo. Petrus affirmauit secundæ canonicę ca. ij. similiter Iacob. ij.

Scienti bonum & non facienti peccatū est illi.& Lucę.xij: Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis: qui aūt non cognouit, & facit digna plagis, vapulabit paucis: causa subditur: Quoniā multū quęretur ab eo cui multum est cōmendatum. propterea satius videretur hominibus veritatis notitiam non inferre, & ad sacræ lectionis studiū eos minime cohortari. Quando em̄ aqua fauces exsiccat, quid adhuc oportet bibere? vt dicitur. vij. Ethi. Quando notitia veritatis deteriorem facit, & culpam aggrauat, qđ oportet discere? Sed aliud longe est simplex veritatis nesciētia: aliud discendę veritatis contēptus. Vnde Ambr. tractans verbū Lucę allegatū, Multi (inqt) existimantes se minus vapulaturos si nesciāt quid operari debeant, auertunt se ne audiāt veritatē. Sed cū possent scire si vellent studium adhibere: non nescientes, sed contemptores iudicantur. Et sapiens, Qui obturat aurē suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Prouerb. xxviij. Qua em̄ fronte petit vt deus eum exaudiat, quem in tātum despicit vt eius præcepta legere dissimulet? Et certe si grauitas peccatorū cōtemptus magnitudine pensenda sit. (vt concors est doctorū sententia) & grauius contemnat q̄ regis præceptum aduertere non curat, q̄ si cognitū fragilitate quadā prætereat regis mandatū: manifestum est grauius peccare eū qui non tā magnifacit domini legem vt discere curet, q̄ si ex dei reuerentia incorporatā pro humanæ fragilitate interdū sciens p̄tereat. Quid de se (inqt Aug.) cogitant serui, qui ita præsumunt domini pręcepta contēnere, vt nec ipsas inuitatorias literas quibus ad regni beatitudinem eos inuitat, dignētur relegere? Adijciens, Si aliqͤ nostrum procuratori suo in remotis agenti literas dirigeret, & ille non solum non impleret quod præcipitur, sed etiā ipsa iussoria legere dedignaretur &c. sermone .lvj. ad fratres in eremo. Hinc Matthęi & Lucæ. x. a. legit, Qui vos non receperit, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij, quam ciuitati illi. Multum ergo culpę conditionem grauat, noluisse A

dei verbum discere. Et quid stultius atque magis preposterum? Hominem exteriorem de limo terre formatum, multa solicitudine perficimus: interiorem vero hominē ad dei imaginem factum, vt vile mancipiū verbi dei fame & siti cruciari permittimus. Hoc (ni fallor) propheta deplangit cum inquit: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meū. psal. cj. Non enī corporis panem oblitū fuisse credibile est, quem corporis defectus tantū esurire facit: sed panem spiritus, verbū scilicet dei: quo nisi reficiatur, facile increscit concupiscentię ardor qui hominē percutit vt fœnum, ac totum humorē de-
B pellit. i. quicquid virtutis est & gratiæ. ¶ Quod etiā se exponat discriminibus q̄ multis, & validis se obijciat peccatorum procellis, qui defixos in terrā seruans oculos, mandata Christi minime curat agnoscere: hinc perpēdere licet: Si quis in acie positus bellorum, aut cum duello inuaditur, nolit vel oculos leuare vt impetum ictus deflectat, neque attēdat quemadmodū iacula præuisa minus feriant: aut si in tempestate nolit nauta respicere quam ad partē nauem dirigens possit salnus euadere. In via autem morum non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in celestibus. ad Ephe. vj. Incomparabiliter ergo maius discrimen subit qui diuinę legi non intendens, mare peregrinationis nostrę transire præsumpserit. Opportune ergo & vtiliter admodum ad sacræ scripturę lectionem alios cohortantur theologi, ne quando irascatur dominus, & pereant de via iusta si disciplinam non apprehenderint, & præuaricationis omnium dei mandatorum rei sint, quorum se temerādorum per cęcitatem ignorantię exposuerint discrimini: cum non ab euentu culpa aut eius grauitas iudicanda sit: sed ab eo quod per se aut vt frequenter sequi natum est. Et hæc sub benigna omnium interprætatione de propositarum quæstionum decisione dicta sint. Finis.

¶ Dicta anno domini. 1495.

¶ Eiusdem sexta quæstio quodlibetica.



ESPONSVRVS AD Questionem propositam, an trasgressio humani pręcepti iuris vel hominis inducat mortale peccatum: cum sit stultū ante historiā affluere, & in ipsa hystoria succingi. ij. Maccab. ij. prætereo excusationē meæ insufficientię, ac sub correctione sanctæ sedis apostolicę atq; omnium quorum interest deuiantes ad tramitem veritatis reducere, quam breuissime tria inquiram. Primum, An lex statutum vel præceptum humanum obligat in foro conscientię. Secundum, supposito q; sic, an eius transgressio inducit mortale peccatum. Tertiū, an cuiquam licet in suis defensionibus & impetitionibus indifferenter qualibet iusta lege vti. ¶ Et primo inducam media quibus probari videtur pars negatiua primi. Primo dicit Apostolus. j. ad Timo. j. Iusto non est lex posita, sed non iustis & non subditis impijs & peccatoribus. Et ad Gala. v. dicitur: Si spiritu ducimini: non estis sub lege. Tertio Vrbanus papa: Qui lege priuata ducit, nulla ratio exigit vt publica lege cōstringatur. xix. q. ij. duæ sunt leges. Lex autem priuata (vt ibi dicitur) est que instinctu spiritus sancti scribitur in corde hominis, Quarto Aug. sermōe de charitate, Respice (inquit) ad munera ecclesiæ, & vniuersis excellētius charitatis munus cognosces: quę (vt oleum) nō potest premi in imo, sed semper superebulit. dilige. & fac quod vis. Quinto Matthæi. xvij. dicitur: Liberi sunt filij regni a præstatione tributi. sed habens charitatē, est filius dei. ad Roma. viij. Quicunq; spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis &c. Ego habens charitatem, est liber a præstatione tributi: & per consequens etiam ob a-

lijs legis & statutorũ obligationibus. Sexto, Anselmus primo Cur deus homo, cap. v. ait. Per se redimere voluit deus hominẽ, vt in pristinã redigeret libertatem: & sibi homo subiectus esset, non homini. ergo. Septimo, quia actuũ. xv. dicitur: Quid tentatis deum, imponere iugum ceruicibus discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Sed grauius multo est humanis præsumptionibus subiacere, quam diuinis ordinationibus, quas solas complexum est vetus testamentum: vt vult Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. xij. distinctione, omnia. Etiam cum in veteri lege solum fuerint. 611. præcepta, vt post Hebręos refert Lyra psalmo. xviij. super eo verba: Delicta quis intelligit? præcepta humana innumera sunt, & fere infinita. ergo &c. Octauo transgressio eius quod quis debet & facere tenetur in foro conscientiæ, inducit peccatum. Sed peccatum describitur ab Augustino libro de duabus animabus, quod est dictum vel factum vel concupitum contra legem æternam dei. Cum igitur præceptum humanum vel lex humana non sit lex æterna dei: sequitur quod eius præteritio seu transgressio non sit peccatum: & per consequens &c. ¶ Materiam

A huius articuli complectar duabus conclusionibus, Prima est, Lex iniqua siue præceptum iniustum neminem obligat in foro conscientię. Contigit autem legem esse iniustam, vel quia contra deum est, puta si prohibet quod deus pręcipit, aut certe iubet aut concedit quod deus vetat. Exemplum. Iustinianus concessit causa religionis consummata coniugia debere dissolui, vt patet. xxvij. quęstione. ij. sunt qui dicunt. & per glos. x. distinctione cap. legẽ Imperatorum. contra apertam dei prohibitionẽ Matthęi xix. Quod deus coniunxit, homo non separet. Et ergo textus in dicto. capit. lege Imperatorum, dicit Imperiali lege non in omnibus controuersijs vtendum, ea de causa, quod inuenitur euangelicæ & apostolicę doctrine nonnunquã contraria. Item Celestinus papa olim deciderat idem iuris esse si alter fidelium labatur in hęresim, & si alter infidelium conuertatur ad fidem: vt videlicet vtrobique si fidelis contraxerit, teneat secũdum matrimonium in alte-

ro trium casuũ de quibus capi, quanto. de diuortijs. puta si infidelis nolit cohabitare, vel non sine contumelia creatoris, vel vt fidelem pertrahat in mortale peccatũ. qui error aperte contrarius est Apostolo. j. ad Corinthios. vij. Olim tamen insertus erat cap. laudabilem. de conuersione infidelium. in antiqua cõpilatione: vt dicto ca. quanto, refert Hostiẽs. in verbo licet quidã prędecessor. Item plures Romani pontifices iudicauerunt aliquando inter matrimonia per verba de præsenti cum duabus contracta, quod consummatum erat carnali copula, alteri quamuis priori præiudicare: vt patet in cap. licet. de spon. duorum. & ꝙ error fuerit, ex hoc patet, quia Alexander tertius consultationi respondendo dicet semper primum per verba de præsenti contractum tenere, licet quidam prædecessores aliter aliquando iudicauerunt. Quando autem consultationi respondet, nihil noui iuris inducit, sed quod prius erat declarat: vt notat glos. in cap. consultationi. de tẽpo. ordinatio. Neque obstat cap. fina. de spon. duorũ. eo quod mandat papa episcopo Mutinensi vt in matrimonijs de cætero contrahendis obseruet Romanæ ecclesiæ traditionem. ex quo a contrario sequi videtur quod in prius contractis seruari nõ debuit. Tum quia vt communis omniũ doctrina habet, argumentũ a cõtrario non tenet cum sequeretur absonus intellectus. Et quid certe absurdiꝰ, quã vt consuetudine induci potuerit quod posterius matrimonium propter copulæ accessum primum rumperet, contra naturalis & diuini iuris dispositionem: & consuetudo nulla inducere possit aut potuerit vt matrimonium in tertio aut quarto gradu consanguinitatis contractum, validum esset & teneret: quod tamen concorditer volunt canonistę: & est cap. quod super his. de consanguinitate & affinitate. Tum secundo, quia contrarium quod inferri debet, non repugnat prędeterminatis: puta si ẽpiscopus nõ tenebatur hoc seruare cũ effectu in prius cõtractis, vt ea separaret: quia propter scandalum (vt deduxi quodlibeto anni prçcedẽtis) licet matrimonia quę omnino nulla sunt, sustinere, per ca. quia circa. de consangui. & affinita. de quo etiã per glos. & doctores in. c. sup eo. de cognatione spirituali.

Item sic, Gratian⁹ dicit illud Greg. quod ꝑposuisti.xxxij. quęst.vij. fuisse euãgelicę & apostolicę doctrinę cõtrariũ; de muliere quę infirmitate correpta reddere nequit coniugale debitum, & marit⁹ cum alia cõtrahit. An vero campus iuris ab huiusmodi erroribus sufficiẽter hoc tempore expurgat⁹ sit, videant iuristę, mihi nil incerti⁹. Quod autem legi iniustę hoc primo modo obedire nõ tenemur, patet: quia obedire deo oportet magis q̃ hominibus. Actuũ v. Idem. xj. q. iij. ca. non semper est malum nõ obedire. cũ

B nouem capi. sequentibus. ¶ Secundo modo cõtingit legẽ iniustam esse, quia contra bonũ humanũ. Et hoc tripliciter, Vel per defectum authoritatis in condẽte: de quo in. c. vt animarũ. de constitutionib⁹, lib. vj. Vel ex fine, quia scilicet ordinatur ad priuatũ bonum rectoris seu prędidentis & non ad communẽ vtilitatem. Vel tertio ex forma, quia videlicet onera inęqualiter non secundũ ꝑportionẽ gęometricam imponũtur subiectis. Et quolibet horũ modorum lex fuerint iniusta & iniqua, nõ ligat in foro cõsciencię: vt dicit btũs Tho. j. ij. q. xcvj. arti. iiij. & est ratio: quia vt dicit beatus Aug. primo de libero arb. c. ix. Quę iusta nõ fuerit, non est lex. Quod etiã ꝓbat. c. erit autẽ lex. iiij. dist. Item. iiij. de ciuitate dei. c. iiij. dicit Aug. Remota iustitia q̃d sunt aliud regna q̃ magna latrocinia? & paucis interpositis, Eleganter enim & veraciter Alexãdro illi magno quidam cõprehensus pirata quum eum interrogaret Alexander quid sibi videretur ut mare haberet infestum, libera contumacia respõdit, Quid tibi vt orbem terrarũ? Sed quia ego illud exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, imperator. Hic pirata scd̃m aliquos vocabatur Dionides: cui⁹ responsionẽ magis intelligibiliter ponit Aulus Gelli⁹: & habetur etiã in Polycratico. li. iij. ca. iiij. & Esaię. x. dicit: Ve qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerẽt causæ humiliũ populi mei. Sed oppressioni & vi nemo tenetur parere, imo naturaliter cuilibet licet a se repellere, nisi forte propter scandalum imminens, quo casu tenetur etiam homo iuri suo cedere, iuxta illud Matthęi. v. Qui angariauerit te mille passus, vade

cũ illo & alia duo. Et q̃ tecũ voluerit cõtẽdere in iudicio &c. Vnde notant doctores post Bartolũ.c.j.de constitutionib⁹. ꝙ licite fraudatur gabella quę iniuste fuerit imposita ¶Ex quo infero ꝙ iniuste cõdẽnatus secundũ veritatem, quãuis iuste secundum allegata & ꝓbata: non tenet in foro cõsciẽtiæ soluere, quia sentẽtia sustinetur sola prę sumptione iustitiæ: vt notat in.l.Iulian⁹.ff.de cõdi. indebiti. & non inducit naturalẽ obligationẽ: imo voluerũt Innocentius Hostiẽ. & post eos Panor.in.ca.quia pleriqꝫ.de immunitate ecclesiarum, ꝙ nec licet sic condemnato sponte soluere, quia induceret victorem ad peccandum. quod limitat Panor.nisi animũ donandi habuerit. Credo tamen ꝙ sine animo donandi licite soluere possit, tum ad redimẽdum vexationes quas verisimiliter timet: tum ne cõtumaciter videatur sentẽtię nolle parere, & subterfugia q̃rere: tum etiã q̃a si alius pat⁹ sit recipe iniuste priusq̃ iste soluit, non coinquinatur consensu in peccatũ, nisi non soluendo eũ correctur⁹ esset, vel casu simili sicut insoluẽte vsuras. ¶Sed quid si iudex mandet, an teneat parere? Respondeo, Sicut non tenet sententię obedire, ita nec vocali mandato. Vñ Petrus de Palude.xxvij.dist.iiij.senten. tenet ꝙ marit⁹ nõ tenet ad mãdatũ iudicis vxori occultę adulterę reddere debitum, argu.cap.siqñ.de rescriptis. obedit enim mẽti, etsi nõ verbis: q̃m si iudex sciret, nequaq̃ p̃ciperet, & marit⁹ p̃iudicaret sibi cognoscendo, ex quo fieret bigamus. Idẽ.xxxv.dist. Quarti tenet post Petrum de tharentasia ꝙ potest maritus ꝑpter occultum adulteriũ vxoris eam repellere a thoro, quia potest in defectũ ꝓbationum sibi ius dicere, quãuis a domo nõ possit eam expellere, ꝓpter scandalum. Et ꝓbo istud sic: omnes doctores concedunt si quis contraxerit cum ancilla credens eam liberã, ad nullius mandatũ: tenetur cum eadẽ detecta vel cognita seruitute cõtrahere. infero, ergo nec tenet eidẽ ad quodcũqꝫ mandatum iudicis pendẽte etiã lite carnale debitum exoluere. Consequentia tenet: quia nõ potest illam quam scit vxorem suã non esse, sine peccato mortali cognoscere nisi de nouo cũ eadẽ matrimoniũ contrahere velit. Nec releuat si velit ei cõmisceri maritali affectu quasi ex primo C

mini cōpetit ex vi charitatis, neq; quod ratione intentiōis generalis ecclesiæ volentis sua merita &c. Probo. dicit Augu. Si quis fideliū iniuste fuerit anathematizatus, potius ei oberit qui facit, q̄ qui hanc patitur iniuriam. xj. q. iij. illud plane. Et secundum Hierony. qui non recto iudicio foras mittitur, si non ita egit vt mereretur exire, nihil lęditur ex eo quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. xxiij. q. iij. si quis non recto iudicio. Vnde dominus Petr⁹ de Palude. xviij. dist. Quarti. q. j. art. j. ponit hanc quartā cōclusionem. Ecclesia cū sciat se posse errare, videt̄ nolle aliquem lædere iniuste. propter quod ipsa non intendit excludere iniuste excommunicatos a participio secūdi modi: & sic licet intendere cū cęteris non excōmunicatis & pro excōmunicatis iniuste: imo quod amplius est, eadē dist. iiij. tenet iniuste excōmumicatū, si confitet̄, assequi beneficium absolutionis: & eadē peccata denuo non cōfitenda esse. idē de participio suffragiorum ecclesię tenet Ricar. xviij. dist. iiij. articu. vij. q. ij. & Alex. de Hales quarta pte. q. lxxxij. membro primo. Quod autem dicit Tho. xviij. distin. primi. q. j. in fi. hominem posse iniuste amittere quæ ex parte nostra ad gratiam dei disponunt, sicut patet de subtractione verbi doctrinæ: & similiter fieri in excōmunicatione iniusta quo ad suffragia participāda: reuerentia doctoris tāti salua non videtur verum: quia non sustinet ecclesia quascunq; sententias iniquas nisi pręsumptione iustitiæ. nō videtur ergo tā graui pœna eos laqueare velle, quū pręsumptioni veritas non respondeat. Quantūcunq; em̄ medicinalis dicitur excōmunicatio. ij. q. j. multi nulla. tñ est in ecclesia pœna maior excōmunicatione. xxiiij. q. iij. corripiant̄

F ¶ Ad rationes pro opposito: & primo ad §. hic & si. c. qui iustus. respōdeo. est verbum Gratia. quod ratione vel auctoritate non probat̄: ideo illi stare non oportet. vel dico simul & ad. c. per tuas. q̄ cōtēnendo vtiq; peccaret, quia videretur auctoritatē & ordinationē quæ a deo est spernere. Sed hoc non probat quin sine contemptu extra casum scādali & aliorum quæ extrinsecus occurrentia possent hominem obligare, possit præterire iniustæ excōmunicationis mandatum. sed de contēptu latius dicā in secundo articulo.

❡Secunda conclusio est. Lex iusta, præceptum iustū superioris laici vel ecclesiastici ligat in foro conscientę, sed ad metas solū rationis seu causę finalis quæ prętendit. Prima pars patet, quia vt iurę naturę parentib⁹ obedire tenemur in re familiari, ita cuilibet superiori in ijs quæ ad suū officium spectant: vt sentire videtur Philosophus ix. Ethicorū innuens non in omnibus parentibus obediri oportere, sed duci in bello, medico in ægritudine. Neq; idem est bonum virū esse, & bonū ciuē: vt dicit Philosoph⁹. v. Ethico. vnde post Gerardū Oldonis. ix. Ethi. tenet Buridanus: Si princeps ciuile aliquid seu politicū iusserit, puta vt pro republica tuenda fili⁹ ad arma vadat, pater vero cōtra vt eat in agrum, tenet patris mandato præterito, principi obedire: Quod intelligo nisi altera in parte magnitudine seu excessu reformet necessarij cōditio, honesti vel debiti: vt ibidē ix. Ethi. Pro isto est glos. xxij. q. v. de forma fidelitatis, quę tenet ꝙ pater tenet dn̄m iuuare contra filiū: iuxta. l. feudi. sub titu. quemadmodū feudū amittatur. dicentē ꝙ vasall⁹ obligatus est filio tm̄ vinculo naturę, dn̄o vero vinculo iuramenti. & facit lex minime. ff. de reli. & sumpti. fu. in eo ꝙ. dicit p̄mio afficiendū si filius patrē aut pater filiū occidisset sine scelere. Qua particula satis patet partē primā, de eo videlicet qui ad patriā delendam, liberos & parentes interficiendos venerit, lugendum non esse: intelligi debere cū id scelere tentauerit. qđ nihil facit cōtra p̄determinata. Probo idē diuino iure. ad. Rom̄. xiij. Necessitate subditi estote potestatibus sublimioribus, nō solū propter irā, sed etiam propter conscientiā. Ideo em̄ & tributa præstatis. ministri em̄ dei sunt. Et infra. Reddite ergo omnibus debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorē: cui honorem, honorē. nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicem diligatis. &. j. petri. ij. Subiecti estote omni humanę creaturę siue regi quasi pręcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorū, laudē vero bonorum: quia sic est voluntas dei: vt benefaciētes obmutescere faciatis imprudentiū hominū ignorantiā. Secundā partē probo: quia cessante causa finali, cessare debet effectus. ca. post translationem, de renunciationibus. ca. cum cessante.

de appellationibus.ca.generaliter.xvj.q.j. cũ similib⁹. Ratio nãq; est non solum anima legis, sed lex ipsa.C.de legibus.l.nõ dubiũ.&.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de legatis.ij. vbi est textus ad literã quod dictũ generale restringitur ad rationem dispositionis etiã contra tenorem verborum. Legauit eñi mulier omnia bona materna fratribus, ne cum auunculis suis quãdã cõtrouersiam filius habeat: quod generale ad ea solum bona restringitur, quę cõmunia cũ fratribus habebat: quia cõmunitas parere solet controuersiã. Imo & si lex tam vehementer pro causa præsumpserit in omni casu, vt probationẽ in cõtrariũ non admittat: nihilominus si a parte rei veritas non correspondeat, lex ipsa ligat minime: vt patet in ca.is qui fidem. de sponsa. & matrimo. Neq; refert vtrũ lex causam exprimat, vel pbabili ratione seu indubitatis coniecturis colligi poterit: vt vult Panor.in c.q̃ a plerisq;.de immunitate ecclesiarũ. post Cy. in.l.non dubiũ.C.de legibus.& Bal.in.l.maximũ vitium. C.de libe.præteritis. Istud euidenter probo tali ratione. Si vinco vincentem te, multo forti⁹ vinco te.l.de accessionib⁹ ff.de diuer.& tẽpora.præscript. vbi dicit, Qui me potior est: cũ te superaturus sim, multo magis aduersus te obtinere debet. Sed lex dei quę incõparabiliter humanã superat: vbi causam non exprimit, recipit, huiusmodi limitationem ergo &c. Minor patet de præcepto corripiendi fratrem: Matthæi.xviij.cui⁹ causa est vtilitas spiritualis fratris. Vbi ergo id minime futurũ esse constiterit, non tenemur ad correptionem. Vnde Augu. Si scirem tibi non prodesse, non te terrerem, nõ te admonerẽ.de pœnitẽtia dist .vij.si quis secundo. Itẽ.ij.ad Thessal.vlt. Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi vt subtrahatis &c. qđ præceptũ limitamus ad rationẽ præscriptam, quantũ scilicet ad nostrã vel aliorũ cautelam, aut fratris reductionem vtile fuerit & necessarium. Vnde multa oportet epijken & verum æquũ attendere, quę lege minime cõprehendi possunt. verbi gratia.c.quanq̃.de vsuris.lib.vj.generaliter statuitur neminem posse manifestum vsurarium ad cõfessionem admittere, nisi quantum suæ facultates permittunt idonee cauerit de vsuris restituendis, Occurrit casus,

solus sacerdos est præsens agonizãte vsurario: aut si & alij presentes fuerint, iudicio medici premorieꝶ nisi accelerata fuerit absolutio dimissa cautiõe. hic si sacerdos ad corticem literę ꝓcedere voluerit, necator erit animę sine sacramentali absolutiõe decedentis. xxvj. q. vj. cap. agnouim⁹. & cap. precedenti. limitand⁹ est ergo textus, nisi animarũ obuiet saluti. ¶ Ex hoc infero primo. Si filiofamilias mutuatũ fuerit non ob necem parentũ, vel aliud scelus: non licet ei contra mutuantẽ exceptione Macedoniani se tueri: imo nec in foro iudicij suffragaretur, vt post Innocentium tenet Panormitan⁹ & alij cap. quia pleriq̃ʒ. de immunitate ecclesiarũ. allegant ad hoc. l. tertiã. ff. eodem, de eo scilicet qui reputabatur communi opinione hominũ paterfamilias. & l. Macedoniani. C. ad Macedonianum. cum scilicet ad eos vsus mutuũ datũ est, quos p̃ris pietas verisimiliter non recusasset. quibus casibus exceptio Macedonianĩ filiumfamilias non releuat, quia cessat causa ob quã Macedonianũ constitutum est. Idem tenet Bar. in extrauaganti ad reprimendũ. in verbo denunciationem. licet Panormi. in dicto ca. quia pleriq̃ʒ. dicat ipsum tenere ibidem contrarium. ¶ Secundo infero, Non obstante nullitate contractus ob defectũ solennitatum quæ de iure adhiberi debent, potest quis sic adeptũ licite seruare in foro cõsciẽtię: nisi fraus vel deceptio interuenerit. Ratio est, quia solẽnitates adinuentę sunt vt fraudib⁹ & dolis obuiã iri possit. Vbi ergo fraus dol⁹ vel deceptio nulla interuenerit, dispositio iuris sup solẽnitatib⁹ adhibendis seruãda nõ est in foro cõscientię. Hinc Inno. in. ca. ꝙ sicut. de electione, dicit, si alias legitima interuenerit eorũ ad quos spectat electio: q̃ scilicet sufficeret ad metas iuris naturę: nõ obstãte nullitate ex defectu solennitatũ quas ius statuit adhibẽdas esse, põt tuto dignitatẽ seruare, si fraus aut dolus nõ interuenerit. quod ꝓ singulari dicit Panor. notandũ in. c. quia pleriq̃ʒ. de immunitate ecclesiarũ. quia facit ad multa. Nec valet consequentia, talis electio iure irritari potest, vel irritã declarat &c. ergo nõ iuste tenet: quia vt bene dicit Innoc. multi contract⁹ iustissimi irritari possunt beneficio restitutionis in integrũ: & tamẽ cõtrahens iuste tenet, si aliũ nõ

circũuenerit. Ex eodẽ capite Panor. tenet hæredem teneri in foro conscientię ad soluendũ legata testamenti min⁹ solennis si sciuerit nullã fraudẽ interuenisse. Quod intelli-
L go mõ ei constet decedentẽ recte testari voluisse. ¶ Tertio infero, Nemo obligatur pœnã soluere priusq̃ condẽnetur. Ratio, quia pœnę infliguntur & exacerbãtur cum multis grassantib⁹ opus est exemplo. l. aut facta. ff. de pœnis. Vbi ergo pctm̃ occultum fuerit, ratio non habet locũ: & si publicũ, potest efficaci⁹ multo occasioni illi vel scãdalo aliorum q̃ per pœnę exsolutionẽ occurri. de isto videt̃ textus ad literã & glo. singularis quã oẽs sequuntur. xij. q. ij. ca. fraternitas. vbi dicit Grego. Absit vt ecclesia cũ augmẽto recipiat qđ de terrenis reb⁹ videtur amittere, & lucra dãnis quęrere. limitat istud Panor. c. j. de cõstitutiõnib⁹: nisi lex pœnam imponat ipso facto, vt cũ bona cadunt in commissum: iuxta notata. c. ij. de p̃scrip. lib. vj. Non em̃ requirit̃ condẽnatio: vt videlicet sic p̱ illã constituatur reus pœnę, vt ipsi dicunt: quãuis requiratur criminis declaratio, si notorium non fuerit, anteq̃ bona ipsa fiscus apprehendere poterit. c. cũ secundũ apostolũ. de hęreticis, lib. vj. Et quia partiũ conuentus seu pactũ ęquipollere videtur condẽnationi iudicis: limitat illud Felinus, & est tertia limitatio ad dictã glo. de constitutionib⁹ ca. primo, q̄ nõ p̱cedit in pœna ex conuentiõe partiũ. Sed istud videt̃ minus verũ. Nõ em̃ ipso iure cuius bona cadunt in cõmissum, mãdatur ei vt bona ipsa tradat ad manus fisci: sed sufficit si illatam pœnam patienter ferat. Pro isto adduco textũ ad literam. ca. suã, de pœnis. vbi casus est, postq̃ rectores quidẽ episcopo Spoletano condẽnati fuissent ad. xl. libras ad certũ terminũ exsoluendas sub pœna. xxx. librarũ, & in termino manssent obligati in. vij. lib. obtinuit episcop⁹ vigore cuiusdã rescripti eos in tota pœna condẽnari. mandat summ⁹ pontifex vt. vij. librarũ solutiõe contẽtus, eos sup pœna. xxx. lib. non molestet: prę mittens: Quia te non decet in tantũ põtificalis modestię obliuisci, vt inhonestis quęstub⁹ anhelando desideres cum aliena iactura ditari: mãdamus &c. Quod etsi doctores laborẽt exponere q̄ agere nõ potuit ad totã pœnã, sed p̱ rata partis non solutę: non expositio,

sed corruptio est textus, quin mandat episcopo vt septem librarū solutiōe sit contētus, & non anhelet questu inhonesto cum alteri⁹ iactura ditari. ergo alij tuti sunt saltem ante condēnationem, sicut in casu. c. fraternitas. q̄q̄ in foro iudicij etiā in casu furti & fraudis cum pœna legibus constituta restituere veniant cōpellendi: vt Grego. in registro c. viij. videlicet puenit. Credo tamen & si quest⁹ in pœnis exigēdis sit inhonestus, & eapropter papa episcopo mandat non attentare: si nihilominus petat, etiā vltra interesse est parti agenti adiudicāda, siue spiritualis persona fuerit siue secularis: vt in. d. c. suā. vult Inno. & facit. c. dilecti. de arbi. & c. cōstitutus. de pœnis. ¶ Circa hoc nota tamen Si crimē ꝓpter quod bona ceciderint in cōmissum, iuris ordine ꝓbabile fuerit: non potest ea alienare titulo oneroso: quia cederet in grauamen eorū cū quibus cōtrahit: quādo scilicet post ab eis euincerent, nisi aliunde vel ex cōtractu penes se retineat vnde valorem bonorū possit cōpensare. Dicit etiam circa hoc Paulus in clementina pastoralis. de re iudicata, ꝙ filij nō obstante crimine læsæ maiestatis in p̄re possunt subtrahere, & post nūq̄ restituere. sed hoc nō assero. ¶ Quarto infero, Licet homini ꝓpria auctoritate rē suā vel equiualentē, dū sine scandalo & sine turbatiōe fieri poterit, recuperare: & vbi cū scandalo etiā ꝑ vim aut alias recuperauerit, non tenet ob hoc in foro animæ restituere. Prima pars patet: quia ius humanū hoc ꝓhibet, ne sequatur turbatio aut scandalū. cum illi ergo prospectum fuerit, nihil fit illiciti, vt etiā vult Alexāder de Hales in. iij. parte. q. lxxxvj. mēbro. j. & dñs Altis. in materia restitutionū. q. v. Idem fatetur glo. in. c. ius gentiū. j. dis. vbi alias per viā iuris suū consequi nō possit. allegat. c. j. & ij. xxiij. q. j. & §. si debitorem. l. ait Pretor. ff. de ijs que in fraudē creditorum. Et secunda pars patet: quia. l. si quis in tātam C. vñ vi. & l. extat. ff. quod metus causa. & c. placuit. xvj. q. vj. & cetera huiusmodi humana iura nō priuant hominem ipso facto domino, sed volūt priuandū esse: vt notat glo. in dicta. l. si quis in tantā. C. &c. Et vbi sic disponerēt, quia pœnale esset: patet ex supradictis quomodo ante sententiam saltem declaratoriam criminis tute seruare possit. M

Nec forte vnq̄ sine speciali mandato tenetur tradere, sed
N sinere auferri. ¶ Ad ratiões. Ad primā & secundā respon
deo secūdum Augustinum Psal.j. Aliud est sub lege esse,
aliud in lege. Qui est in lege, secundū legem agit: qui est
sub lege, secundū legē agitur. Ille ergo liber est, hic seru⁹.
per hoc soluens verbū apostoli, Iusto non est lex posita, vt
sit sub lege quasi timore instar bruti actus ad opera legis.
Hanc distinctionē notauit apostol⁹ cum.j.ad Corinth.ix.
diceret, His qui sub lege non erant, factus sum quasi sub
lege non essem, cū in lege essem Christi. Etiā nō dicit apo
stolus iustum lege non ligari, cuius vtiq; contrariū ad Ro
ma.xiij. & plurib⁹ alijs locis asserit: sed iusto, hoc est pro
pter iustum, non esse positam. & ad Gala.v. ad literam lo
quitē de lege veteri quo ad cerimonialia & iudicialia præ
O cepta, cui⁹ obligatio morte Christi extincta est. ¶ Ad ter
tiam rationē, cum ductus spiritussancti sit superior omni
lege: nihil mirum vbi legibus aduersatur, vt hoc casu liceat
humanas leges prǽterire dei seu spiritussancti licentia. Et
per idem respondeo ad quartā, ꝙ August. intendit, Dili
ge, & fac quod vis: ex dilectiōe seu vera charitate, quǽ ad
malum inclinare non potest: & eo ipso ꝙ ad contrariū hu
manǽ legis inclinat, illius prǽteritionem licentiat, seu lici
P tam facit. ¶ Ad quintā respondet Bonauentura.ij. senten
tiarū. q vlt. articu.j. ꝙ hoc solum probat immunitatem a
prǽstando tributum in Christo & eius perfectis imitato
ribus: qui videlicet oībus relictis ꝓ Christo nudum Chri
stum nudi sequūtur: & sic non habent quod præstent seu
prǽbeant. Etiam textus ad literam loquitur de naturalib⁹
filijs regni, qui a præstatione tributi ꝓ se & familia sunt
liberi. Christus autē erat filius & pater regni &c. Sed nec
hoc arguit exemptionē filiorum a legib⁹ patris vel regni.
Q ¶ Ad sextā dico. Ansel. loquitur de ea subiectione quæ vt
R redēptori debet: hanc sibi solus deus seruare voluit. ¶ Ad
septimam ꝙ loquitur Petr⁹ de onere vmbroso quod in fi
guram & vmbrā eorū quæ Christo nascente futura erāt,
datum erat. Onus autem legum & cōstitutionum huma
narū non sic in figuram datur, sed vt actus nostros modi
ficet. Etiam ꝓbabilis ignorantia in tanta multitudine ex

cusat a culpa, nec omnes humanæ leges cognitę ligant ad culpam, sed ad nudam temporalē pœnā: Sed de his in secūdo articulo. ¶ Ad octauam respondeo: Licet lex humana non est lex æterna, lex tamen æterna disponit humanam legem transgrediendam non esse. & ita qui humanę legi contrauenit: æternā legē transgredi conuincitur. Huius simile est: conscientia erronea nō est lex æterna, sed qui cōtra eam fecerit: æternam transgreditur, quæ cōtra cōsciētiam agere vetat, & ergo peccat.



SECVNDVS ARTICVLVS, Vtrū trāsgressio legis iustę seu pcepti humani inducit mortale peccatū? ¶ Pro cuius clariori deductione inducā primo media pugnātiora p parte affirmatiua. Primo, sicut puaricatores diuinarū legū, ita cōtēptores ecclesiasticarum cōsuetudinū coercēdi sunt. xj. distin. in his rebus. & oēs sanctiones apostolicę accipiēdæ sunt tanquā ipsius Petri diuina voce firmatę. xix. distinc. sic omnes. & qui sanctorum patrum statuta, quæ canonis nomine ptitulantur, non indifferenter recipit: nec catholicam & apostolicam fidem. nec sancta quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectū suum retinere vel credere probatur. xx. distin. de libellis. Itē canones sacri dictati sunt instinctu spiritussancti: & contra eos agere pręter necessitatem, vnū est genus blasphemantiū, quia contra deum agit, cuius nutu & gratia sancti canōes editi sūt. xxv. q. j. violatores. & eadem causa & quæstione. c. generaliter. decernitur vt execrandū anathema sit, & velut puaricator fidei catholicæ apud deū reus existat, quicūq regū vel episcoporū seu potentū deinceps Romanorū pōtificū decretorū censuram in quocunq crediderit vel permiserit violandā. Item de maiorita. & obedi. c. ij. si quis veniat contra decretū episcopi, ab ecclesia abijciat: qa in lib. Reg. legit. Qui nō obedierit principi, morte morietur. Hęc omia euidenter probare videntur q transgressio &c. inducit mortale. Secūdo sic, communicans excōmunicato peccat mortaliter, & hoc solū pter pręceptū ecclesię in contrarium. ergo &c. Antecedens pbo, qa cōicans scienter excōicato in casu nō cōcesso, pōt

& debet secundum præceptũ apostolorum simili excõmunicatione innodari.xi.q.j.sicut apostoli.cũ tribus ca. sequẽtibus.Sed excõmunicatio solum infligi debet pro mortali. eadem causa &.q.nemo.ergo.Confirmatur,quia.c.sacris. de ijs quæ vi metusve causa fiunt.dicitur, Cum nullus ob quemcũq metum crimen operari debeat mortale: excõmunicationis labe eum credimus inquinari,qui scilicet ob quemcũq metum,nisi vis pręcisa seu coactio fuerit,excõmunicato cõmunicauerit.&.c.signauit de sen.excõ.Clerici quiscienter & sponte cõmunicauerint,excõmunicato,a papa in diuinis eadem sententia inuoluuntur, & debent a papa absolui:ergo factum cõmunicationis propter ecclesiæ præceptum fuit illis mortale. ¶Præterea qui ignorantia seu timore aut necessitate cuiuscũq negocij maximi & maxime necessarij,eorũ se conuictu salutatione osculo aut oratione cõmaculauerint,minori pœnitentia societatis nostræ participationem sortiuntur.Qui vero sponte vel negligenter inciderint,sub ea debent disciplinæ coerctione suscipi,vt cęteris met⁹ incutiat.xi q.iij.ca.si. Ergo pręceptũ ecclesiæ apud sponte transgredientem inducit mortale peccatum.Et ne domestica testimonia attulisse videar,& quę de officina prælatorũ emerserint:adduco diuinę legis auctoritatẽ.Luce.x.Qui vos spernit,me spnit. Et ad Rom. j.apostolus mortaliter peccantibus connumerat parentib⁹ inobedientes.Idem aũt imo fortius v detur de inobediẽtia superioris:ergo &c.& ibidem.c.xiij.ex intentione.probat pręlatis ex conscientia obediri oportere:quia omnis potestas a deo est.Et quę a deo sunt,ordinata sunt.Itaq qui potestati resistit,dei ordinationi resistit. Qui aũt resistũt,ipsi sibi dãnationem acquirunt. Damnatio aũt solum infertur pro mortali.Item Deutero.xvij. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio,morte moriatur: & auferetis malum de medio Israel:cunctusq populus audiens timebit, vt null⁹ deinceps intumescat superbia Ergo trãsgressio pręcepti humani legis vel hominis inducit mortale pctm &c.¶Ad oppositũ videtur q nulla transgressio humani pręcepti legis vł hominis inducit mortale vt huiusmodi,sine concursu videlicet diuini mandati.Probo. Matthęi.xix.

Christus interrogatus quid ad æternā vitam possidendam necessarium sit, respōdit: Si vis ad vitam ingredi, serua mā data. Et quæ mandata exponens, sola cōmemorat præcepta Decalogi, & hoc vnum, Diliges proximum tuum sicut teipsum &c. Cum ergo nullo eorum iubeamur superioribus obedientiam præstare, sequitur propositum. Propterea Saluator Matthęi.vij. cōcludens sermonem quē in monte habuit ad discipulos, dicit: Omnis ergo q̃ audit verba mea hæc, & facit ea: similis erit viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illam, & non cecidit. fundata em̄ erat supra firmā petram. Ex quo verbo Saluatoris concludit Augu. in lib. de sermone domini in monte ad principium, dicēs: Verba mea hęc, satis (inquit) vt arbitror, significauit hæc verba quę in mōte loquutus est, tam perfecte instruere vitam eorū qui voluerint secundum ea viuere, vt merito cōparentur ædificāti supra petram. Supra petram aūt dixit, vt appareat istum sermonem omnibus pręceptis quibus humana vita informatur, esse perfectum. Nullam autem mētionem facit de humanis præceptis aut traditionibus. ergo. Pro quo est illud Deutero.iiij. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neq; auferetis. Ex eo similiter Prouerb.xxx. Omnis sermo dei ignitus clypeus est omnibus sperātibus in se. ne addas quicquam verbis illius, inueniaris[q;] mendax. Vnde Cancellarius Parisien. doctor egregius in opere lectionum q̃d cæteris oēs anteferunt, lectione quarta pro generali cōclusione tradit ꝙ solus deus potest dare præcepta sub pœna mortis æternæ, ob duas causas. Prima, quia solus illā infligere potest. Secunda, quia peccatū est dictum vel factum vel concupitum contra legē æternā dei. Infert primo nullā naturalis legis vel humanę transgressionem, vt huiusmodi, esse mortale peccatum: quia neq; homo neq; natura illam inferre potest. Quarto ꝙ omissio horarum canonicarum, transgressio ieiuniorū ecclesiæ. & generaliter omniū regularum statutorū & canonum nunq̃ est mortale, nisi quantū legi diuinæ præceptum dissonās inuenit. Et quinto corollario docet non valere consequentiā, Transgrediēs

peccat mortaliter, ergo trāſgreſſio humani præcepti vt huiuſmodi eſt mortale peccatum. Si enim medic⁹ ægro denūciet niſi triduo abſtinuerit a vino, pro certo morietur, ſi cōtra fecerit ægrotus, mortaliter peccat, non quia medici pceptum trāſgreditur, ſed quia ſui homicida eſt. Et ſexto, ſi lex aliqua humana cōcludi nō poſſit ex diuina lege niſi coaſſumpta propoſitione vel conſequētia diuinæ legi impertinenti, conſequenter impertinēs eſt an eius trāſgreſſio ſit mortalis ꝙ etiam prælatis oppoſitum aſſerentib⁹ per theologos in faciem reſiſti debeat, quia nō recte ābulāt ad veritatem euangelij. Et corollario .x. auctoritates generales Qui vos ſpernit, me ſpernit &c. huiuſmodi dicit pcedere qn poteſtate non abutuntur, & diuino iuri ſufficienter innituntur. neqꝫ aliud inquit poſſunt ſanctorum vel canonū auctoritates probare: quia ſicut non ad fidem, ita nec ad legem præceptiuam dei plat⁹ quicq̄ adijcere pōt qđ videlicet prius de fide aut pceptiua lege nō fuerit. Et corollario xiij. Nō plus habēt in poteſtate plati eccleſiæ ligare ſubditos ad aliqua nō cōtēta in regula euāgelica ab eis pteſtata q̄ nec abbas obligare religioſos vltra regularē pfeſſionē, et

A ꝙ ille nō poſſit, eſt cōcors omniū ſentētia, ergo videt &c.

¶ In hac q̄ſtione duo ſunt errores extremi: qui etſi hæreſes nō ſint, nihil tñ hæreſi vicini⁹. Prim⁹, ꝙ nulla lex naturalis vel hūana niſi cū diuina lege coincidat, obligare pōt ad pœnā æternā. qui facile confutat. Nā apoſtolus ad Roma. j. de gentibus ad ſolam naturæ legē obligatis inter cætera mortalia connumerat, Parentibus inobedientes. ſubiungens finaliter, Qui cum iuſticiā dei cognouiſſent, nō intellexerūt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, nō ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus. Et ne ſimplicibus hoc videatur elidi poſſe, quia ad conſimile quāuis non gentes, Iudæos tamen obligat lex diuina, adduco apoſtolum ad Romanos .vij. ex intentione deducentē quod ante legem peccatum mortuum erat, & reuixiſſe adueniente mandato: & mandatum quod erat ad vitam, factum eſſe ad mortem, & peccatum: vt appareret peccatum per bonum, videlicet per mandatum, operatum eſſe mortem, ita videlicet quod ante legem erant ſed non apparebant mor-

talia peccata concupiscere rem vel vxorem proximi: & sic de alijs. Et hoc sola lege naturæ, vt literaliter illum passum exponunt sancti Augustin⁹ lib. j. ad Simplicianum, & Ambrosius in epistola ad Roma. Vnde stultissimū est & hæreticū dicere ꝙ mandata (excepto quod dicitur de sabbato quo ad temporis specificationem) per datam legem vim obtinuerunt obligādi ad mortale, & ante legem datam non obligauerint ad pœnam ęternam. ¶ Error secundus in altero extremo, qđ omnis lex legitime constituta, maxime si canonica fuerit, aut per canonem confirmata, obligat ad mortale, per iura & auctoritates allegatas: & hic certe non min⁹ est pestifer, sed plus veneni habet. Multę enim sunt leges naturæ, quæ de per se solum ligant ad veniale peccatum: vt lex de non mentiendo, quæ etiam in diuinis literis tandem expressa est. Leuiti. xix. Non mētiemini, neq; decipiet &c. Et lex de non ociādo: de qua Matthęi. xij. Omne verbū ociosum quodcūq; loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. & certe omne peccatū diuinę legis pręuaricatio est. Psalm̄. cxviij. Pręuaricantes reputaui omnes peccatores terrę. Et quod rigorosius multo est, voluit beatus Bernard⁹ libro de dispensatione & præcepto, omne peccatum diuini præcepti p̄uaricationē esse. Sed extense vtitur verbo præcepti: non prout in cap. cxijt. de verborum significa. & clemē. exiui. eodem titu. Hostieñ. paulo moderati⁹ opinat⁹ est in summa de sententia excommunica. versicu. necesse. §. sed nunquid communicans. ꝙ trāsgressio legis humanę sit venialis, sed pręcepti hominis mortalis: quia mitius agitur cum lege quā cū ministro legis: iuxta. l. Celsus. ff. de arbitris. cum similibus. & dicit. c. sacris. de ijs quæ vi &c. intelligi de excōicato cum sibi participantibus: & sic contra pręceptum hois: quod ꝓbat: quia eīr pars. c. sacris. de sen. excō. quod loquitur de sic excōicato. Principalis dicti assignat Hostieñ. hanc causam: quia cōmunicans excommunicato etiā cum participantibus non potest ꝓpterea excōmunicari maiori excōmunicatiōe, nisi prius fuerit legitime imo specialiter & nominatim monit⁹. c. statuimus. & c. constitutionem. de sent. excō. lib. vj. ergo ante monitionē cō-

B

municans, quę habet vim ꝓcepti hominis, nō peccat mor
C taliter: alias posset ꝑ illo excōmunicari. ¶ Dominus Ioā. Andr. post multa dicit communicantem cum excōmunicato solum peccare venialiter, nisi in sex casibus. Primus, si in contemptum clauium cōmunicet. Secundus, si in contemptum superioris cōtra eius præceptū. Tertius, si in diuinis, argumento. c. significauit. de sent. excōmu. Quartus, si in crimine ꝓpter quod est excommunicatus. c. si cōcubinę. & c. nuper. de senten. excōmu. Quintus, si est excōmunicatus cum participantibus. c. statuimus. & c. constitutionem. de senten. excōmu. lib. vj. Sextus, cum cōmunio est nimis freqūes. xxv. dist. §. criminis appellatione. Panor. dicto. c. sacris. recedit ab eius opinione, & dicit per eā
D euacuari effectum excōmunicationis &c. ¶ Pro huius decisione pono hanc vnicā conclusionem. Legis humanę statutariæ transgressio vt pręceptiuæ, mortalis est si fiat ex contēptu, sine contēptu vero interdū venialis est, aliquando mortalis, interdum pro occurrentium circūstantiarum varietate, nulla culpa. De prima parte cōclusionis concordant omnes doctores verbo: sed certe in qua significatiōe verbi contemptus, magna est apud doctores discrepantia & diuersitas. Domini iurisperiti intelligunt hominē contemnere quando passim & frequenter trāsgreditur, & sic quasi negligendo & nō curādo præceptum ipsum contēnere videtur. Hoc notat Ioan. Andr. quum in sexto modo cōmunionis cum excommunicato dicit eam mortalē esse si nimis freqūes fuerit. & Hostiēs. passu allegato dicit cōmunicantem excommunicato ante monitionem excommunicari non posse, nisi in contemptū vel nimis frequenter. Et ita reperies cęteros plurimos saltem iuristarū opinatos ꝙ frequentia actus inducit cōtemptum & mortale peccatum. pro quo allegant verbum Aug. Ebrietas si assidua fuerit, inter mortalia deputaẛ. xxv. dist. vnū orariū. §. criminis appellatione. Et ibi Gratianus: Multa ex deliberatione ꝓcedunt, quæ nisi sæpius reiterata & in consuetudinem deducta fuerint, quāuis grauent post mortem, non tamē ęternaliter perdūt. Et videtur fundari in verbo alio Augu. ibi allegato homilia. xxiiij. Nullū peccatū est adeo

veniale quod nõ fiat criminale dũ placet: ſi vero diſplicet, nullũ iudicatur. Sed certe longe a vero eſt, & error pernicioſiſſimus, ꝙ ſola frequẽtia inducit & facit mortale quod de ſe veniale eſt. Minuta enim peccata ſine quibꝰ hæc vita non ducitur, plurimum ex cõſuetudine fiunt: vt iocoſe aut officioſe mentiri, & alia innumera de quibus Augu. ſpecificat. Quoties aliquis plus ſumit in potu aut cibo q̃ neceſſe eſt, ad minuta pc̃tã nouerit ꝑtinere. quoties plus loquit̃ q̃ neceſſe eſt, plus tacet q̃ expedit, pauperes importune petẽtes exaſperat, quoties vxorẽ ſuã excepto filiorum deſiderio cognouerit. Quod intelligo carnale cõmerciũ petendo: vbi cauſa fornicatiõis vitandę nõ releuat. Quæ omnia conſtat ſolũ venialia manere quãtũcunq; in cõſuetudinem deducta fuerint. Quod autẽ dicit Augu. Ebrietas ſi aſſidua fuerit &c. non intendit ꝙ aſſiduitas inducat mortale ꝑpter ſolam frequentiam actus: ſed quia eſſe nõ poteſt quin is q̃ aſſidue inebriatur, ſciens & volẽs aliquãdo ebrietatem incurrat: quod eſt peccatum mortale: quia frequenter expertus eſt vim vini, & ſuã facilitatẽ ad ebrietatẽ: vt recte dicit Tho. ſecunda ſecundę. q. l. arti. ij. ad primum. Et ſi ita intelligat Gratianus dictũ ſuum ꝙ quædã ſcilicet ignoranter facta ſunt venialia, quę deducta in conſuetudinẽ (quia tunc ſcienter fiunt) ſunt mortalia: vera eſt eius ſententia. Sed nihil ad propoſitum iuriſtarum: qui volunt cõmunionem etiam ſcienter cum excõmunicato habitam eſſe veniale peccatũ: ſed frequentiam ſine pluri, adducere mortale. Quod etiã dicit, Nullum peccatum adeo veniale eſt &c. exponit btũs Tho. ij. d. iiij. ſententiarũ. q. vlti. (quia nõ quęlibet cõplacentia venialis cõſtituit mortale) de illa complacentia quę ad fruitionẽ ſpectat: in qua ſecundũ Augu. conſiſtit omnis animi peruerſitas. Gerſon vero in lib. regularũ ſeu cõcluſionum moralium exponit de veniali ex circũſtantia, puta propter ſurreptionem vel inaduertentiã: quod ex genere eſt mortale, vt eſt ſurreptitia ira vel odium in fratrem. Hoc enim dũ placet, exuit circunſtantiã alleuiantem: ratione cuius veniale erat. aut (dicit) dum placet in ratione peccati: quod eſt diabolicę obſtinationis & pertinaciæ &c. ¶ Ad videndũ ergo cum diui-

nę legis tractatoribus qua significatione contemptus humanę legis vniuersaliter inducit mortale peccatū, pręmitto secundum dominū Altissiod. in secunda parte summe,
E quod contēnere quatuor modis sumitur. Primo modo est appreciari rem min⁹ iusto, scilicet nō tāti ęstimare quantum valet recto iudicio. Et hoc modo sumit Matthęi. vj. cū dicitur: Aut vnum sustinebit, & alterum contēnet. Secundo modo idem est quod rem negligere, & eam nō curare, dum scilicet sine freno temperatię curritur per campos licentię. Tertio modo idem est quod aspernari & indignari rei tanquā vili. Quarto idem est quod volūtas mala, qua a deo quis se auertit, & quasi terga ei vertit. Hoc quarto modo dicit intelligere Ambrosi. cū dicit omne peccatum esse ex contemptu. Tunc dico ꝙ solus contemptus tertio modo vniuersaliter & in omnibus adducit mortale peccatum, siue sit legis humanę, siue pręcepti. Vn̄ beatus Tho. secūda secundę. q. clxxxvj. articu. ix. arguit, Contēptus inducit mortale. sed si frequenter aliquid facit quod debet non facere, videt ex contemptu peccare: ergo peccat mortaliter. Respondet, Tum quis trāsgreditur ex contēptu. quādo renuit subijci ordinationi regulæ vel legis: & ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulam. Quando autem econtrario ꝑpter aliquam particularem causam, puta concupiscentiā vel iram inducitur aliquid facere contra regulam, & non facit ex contemptu, quāuis illud frequenter faciat: ipsa tamen frequētia disponit ad cōtemptum, iuxta illud Prouer. xviij. Impius cum in ꝓfundum peccatorū venerit, contēnit. Idē determinat Gerson quinta lectione de vita spirituali animæ, pulchre adijciens quomodo aliud est contēnentem facere, & aliud ex contēptu: ex verbo Philosophi. iij. Ethicorū dicentis, quod aliud est ignorantem aliquid facere, & aliud ex ignorātia. Item patet istud exemplariter de trāsgressione ꝓhibitiōis mentiendi, si ex cōtēptu fiat primo, secūdo, vel quarto mō, nō est mortale, si tantum officiosum vel iocosum mendacium quis dixerit. si vero tertio modo, absq; dubio mortale peccatū est. ¶ Quo ad secundam partem conclusionis probo
F primo, ꝙ superior potest nos obligare ad pœnam ęternam

ex causa sine concursu diuini præcepti vel prohibitiõis super eodem: quia nõ minor est auctoritas principis seu superioris ad obligandum subiectos: q̃ parentum ad obligandũ filios suos, sed parentes hoc possunt. ergo &c. Maior patet, quia consimili precepto mandatur filijs vt parentibus obediant: & seruis vt dominis suis, ac subiectis vt principibus seu superioribus & p̃latis pareãt. Et minor probatur, quia inobedientia ad parentes, est distinctum peccatũ mortale, vt patet ad Roma. j. Etiam inobedientia parentum iure diuino consueuit plecti morte, vbi nullũ aliud suberat ꝓpter quod mortem inferre licuisset: vt patet Deutero. xxj. Si genuerit homo filium contumacem & superbum, qui non audierit patris aut matris imperium, & coactus obedire contempserit, ducent eum seniores ad portam iudicij, & dicent: Filius noster hic contumax est, monita nostra audire contemnit: comessationibus vacat, atq; luxurię & conuitijs. lapidibus eum obruet populus. vt auferatis malũ de medio vestri: & vniuersus Israel audiẽs pertimescat. Nusq̃ autem in scriptura pro comessationibus & luxuria nuda, quę scilicet non est adulterium, vel consimili circunstantia grauata infligitur pena mortis. ergo. Præterea nisi sic, magis teneremur obedire viris doctis quam parẽtibus aut superioribus, quod manifeste falsum est. Sequela patet, quia illis tenemur obedire in his quæ secundũ cathedram docuerint. Matthęi. xxiij. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia quæcumque dixerint vobis: facite glos. Quæcunque iuxta cathedram docuerint. Quod nusquam legitur de parentibus vel principibus. Tum secundo, quia in explanatione mandatorũ dei quanto aliquis maiore ratione nitiť, eo maioris auctoritatis eiꝰ verba esse videntur. xx. distinctione in principio. Hoc certe magis regulariter competit viris doctis quam principibus: parentibus aut prælatis. ergo &c. Neque obstat capitu. per venerabilem. qui filij sunt legitimi. quia solum procedit de auctoritatiua decisione quo ad forum iudicij, non autem absolute & in se. Ex quibus euidenter patet quod non peccat quis solum quia contrauenit præcepto dei concurrenti simul cum præcepto prælati, vt Gerson voluit G

per simile quod adducit de ęgroto comparatione seu respectu ad præceptum medici. Sed forsitan confingetis glossam aliam, ꝙ licet inobedientia ad parētes vel superiores, sit distinctum peccatum mortale: hoc tamē solū contingit quādo simul occurrit præceptum dei circa idē. verbi gratia vbi filius fornicando vnicum mortale cōmitteret, si cōtra parētum vel superiorum præceptum fornicetur: duplex mortale committit. Sed cum homo præcipit quod deus alias non mandat: nullum peccatum est in eo casu hominis præceptū præterire. Et certe ꝙ falsa sit, probo'. Non iubemur diuino iure tributum vectigal aut gabellas soluere. Postquā tamē a principe iusta ex causa indicta seu præcepta fuerint, qui fraudat illa, peccat mortaliter: vt manifeste voluisse videtur Apostolus ad Roma. xiij. Ergo præceptum humanū obligat ad mortale non concurrēte super eodem facto præcepto dei. Prima pars antecedentis probatur, quia & si iusta causa subsit ex qua licet principi tributū vectigal vel telonium imponere, non peccant nō soluētes quādiu princeps non indixerit. Item soluere veram quotam decimę frumēti, olei, aut lucri personalis: non est nunc diuini aut naturalis iuris: & tamē vbi ecclesia (iusta de causa intelligo) pręceperit, peccat qui ad exactionem sacerdotis non soluerit: vt deduxi quodlibeto anni pręteriti. ergo. Item idoneus ad curam pastoralem potest licite studio cognoscendę veritatis intendere: & laudabili in ocio viuere sed vbi cura pastoralis ei iniuncta fuerit mandato superioris: non potest licite recusare. viij. q. j. qui episcopatum. & ca. in scripturis. Quia eīn licite potest sibi periculū formidare, & alios psumere magis idoneos: ideo se non debet ingerere: & tamen præcepto superioris, cum vocatus fuerit vt Aaron, tenetur obedire &c. Idē est si plures sint æque idonei aut pręssendum militiæ, & alteri a principe mandetur vt onus subeat, imo licite cogitur homo, vel excōmunicatur, vt onus curæ militię vel præfecturę suscipiat. xxiij. q. iiij. displicet. Et ibi in glo. vide solutā obiectionem de. c. vbi & ca. gesta. lxxiiij. distin. Et certe nihil mirum ꝙ accedente hominis pręcepto parentis vel superioris fit hominis mortale quod alias eidē liceret: quū idipsum sæpe faciat inter priuatas personas al-

terius exactio. verbi gratia habens superflua ad suum statum, obligatur ad eleemosynã ei qui arctam & non extremam necessitatem patitur, si petit vere vel interpretatiue & non obligatur si nõ petierit, sed velit egere. Similiter ministrãti spiritualia, vt curato. tenemur ad sufficientiã sustẽtationis temporalia subministrare, si petat: & vbi non petierit, non delinquimus: vt patet ex hoc ꝙ Paulus Corinthios de omissione illius subuentionis non reprehendit: quorum tamen curatus imo episcopus erat. Præterea confirmo idẽ sic. Non minor est sommo pontifici potestas ligandi q̃ soluendi. sed ex causa potest soluere obligationem cuius transgressio alias foret mortale peccatum. ergo ex causa potest consimilem obligationem inducere: ita videlicet ꝙ sicut in casu primo causa sola non liberat: consimiliter in secundo causa sola obligationem non inducat. Minor probatur de voto super quo ex causa dispensat: vt in cap. Non est. & in ca. magnę deuotionis de voto & voti redemptione. vbi sola causa eũ qui voto astrictus est, non liberat. Pro eodẽ videtur illud Geñ. xix. de vxore Loth conuersa in statuã salis, quia contra pręceptũ angeli retrospexit: quod tamẽ ei non innotuit quasi præceptũ dei. & super iuramẽto ex metu papa dispensat relaxando, & non solum declarando: q̃a sic etiam ante dispensationem licuisset iuranti ex metu nõ seruare sacramentum, contra cap. ad audiẽtiam. de his quę vi metusve causa fiunt. & cap. si vero. de iure iurando. Itẽ qui iurauit soluere vsuras, tenetur adimplere iuramentũ. ca. debitores. de iureiurando. & nemo dubitat transgressorem peccare mortaliter. si tamen papa dispensauerit, tute non seruat. ¶ Si quæras quæ causa debeat legitima censeri vt ex ea pręceptũ parentis vel superioris obliget ad mortale peccatum: Respondeo: disciplinati est in vnaquaq; re certitudinem exquirere quantum natura rei recipit. Similenanq; est. vt dicitur. j. Ethicorum, a rhetore demonstrationem expetere, & mathematicum persuadentem acceptare. Humanorum actuũ tanta est varietas circunstãtiarum occurrentiũ, vt generali sermone non magis tradi possit quę causa ad hoc sufficiat, & quæ non: q̃ medico quę causa est potens mortem inferre, & quę non. sed in huius- H

modi opus est circa singularia directione prudētię: & magnā circunspectione, quā subministrare cōsueuit vnctio. ¶ Tertio probo ꝙ pro circunstantiarum varietate aliquādo trangressio humani pręcepti venialis culpa est, interdū nulla culpa. Nam si nulla penitus causa subsit pręcipiendi nulla culpa est tale pceptū transgredi. Patet, quia sine causa subditos grauare pręceptis, quędam species est tyrannidis: Vnde. v. Ethi. dicit philosophus, Non sinimus principari hominem, sed ratione: quia cum sibi hoc agit, tyrānus efficitur magistratus vero custos est iusti & ęq. & viij. Eth. in hoc tyrannum distinguit a rege, quia rex quęrit nō suā vtilitatem, sed eorum qui ab ipso reguntur. Qui vero talis nō est, tyrannus est. Sed cū sine causa absqꝫ ratione aliquid pręcepit subiectis: homo dominatur, nō ratio: & suā potius vtilitatem quęrit, q̄ subditorum. ergo precepto huiusmodi tyrānico iniquo & iniusto nō tenemur parere in foro conscientię, nisi forte propter scādalum: vt supra deduxi in primo ar. Quod aūt dicit glo. in. l. relegati. ff. de pœnis. ꝙ magna ratio in pricipe est volūtas sola, videtur gl. Aurelianeñ. non textum exponens, sed corrumpens. Cum enim dicat textus neminem posse exuli commeatū remeatumve concedere, nisi imperatorē ex aliqua causa: cęsareā maiestatē supra q̄ par est attollens, dicit principē pro sola voluntate hoc posse, & quicquid fit, præsumitur pro principe in foro exteriori ꝙ iusta ratione fecerit, sed in foro cōscientiæ cōtra præsumptionē statur veritati &c. Præterea nō potest princeps sine causa legitima externarū rerū dominia vni auferre: & alteri dare iuxta cle. pastoralis de re iudicata. & notata doctorū ibidē. & in ca. quia plerique de immunitate ecclesiarū. Ergo nec pręter rationē potest suo præcepto ad aliquod onus nos astringere: etiā vbi soluit, & sine causa legitima, nō tutat in foro conscientię, vt patet per glos. & docto. cap. non est. de voto, & voti, redēptione. ergo sine causa & ratione nō ligat in foro cōscientiæ. Quod etiā proportionabiliter ad causam trāsgressio humani præcepti aliquando fit mortalis, aliquando venialis, interdum etiam nulla culpa, aperte firmat dominus Petrus de Palude. xv. distictione. iiij. cum dicit quod trāsgre-

diens legem ecclesię de ieiunio ex causa sufficiēti, nullum peccatum committit. transgredi vero ex causa insufficiēti, veniale peccatum est. sine causa vero mortale pctm̄ est: imo ex causa licet non seruare iuramētum: puta dū bonū aliquod magnū impediret, vel necessitas spiritualis occurrit: vt est textus ca. quod pdecessor. &.ca. antecessor. xj. q. iij. & hoc notat Innocē.ca. venerabilem. de electione. quē sequitur Panor. & quāuis hoc limitare videātur quando superior adiri non potest, credo tamen superioris auctoritatem in huiusmodi necessariam nō esse, nisi ad euitādū scandalum, vel aliquid eiusmodi. & hoc aperte videt̄ sentire Tho. secunda secūdę. quęst. cxx. arti. j. quando manifestum est causam sufficere. In dubio vero dicit procedere legem primam. C. de legibus & constitutionibus principū. Mouetur, quia ibi dicitur interpretationem inter ęquitatē & ius nemini licere inspicere quam principi. Interpretatio autem est de dubio, nō de manifesto. Etiam pcedit solum in foro exteriori, in quo non licet pro ęquitate nō scripta contra ius sententiā ferrę pręterquā principi soli: secus in foro animę. Et in casu dubij intelligo etiam pcedere cap. venerabilem. de electione. & cum versatur inter magnas personas: vt vult Speculator titu. de lega. § nūc videndū. I
Idem dicit beatus Tho. de statuto ecclesię vniuersalis quo ad ieiunium. secunda secūdę questione. xlvij. articu. iiij. in corpore quęstiōis. Si causa sit euidens, per seipsum potest homo statuti obseruantiam pręterire, pręsertim cōsuetudine interueniente, vel si nō posset de facili recursus ad superiorem haberi. Si vero causa sit dubia: debet ad superiorem recurrere, qui potestatem habeat in talib⁹ dispēsandi. & eadem quęstione articu iij. in solutione ad secundū: Pręcepta quę per modum statuti cōmunis proponuntur, non eodem modo obligant omnes: sed secūdum quod requiruntur ad finem quem legislator intēdit: cuius auctoritatē si quis contēnendo transgrediat̄, vel sic transgrediatur quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter. Si vero ex aliqua causa rationabili statutū non seruet precipue eo casu quo etiā si legislator adesset, non decerneret esse seruandū, non peccat ex hoc mortaliter. Quod

autem dicit idē Tho. secunda secundę. q. lxxxviij. arti. xij. in solutione ad secūdum, ꝙ homo non gerit vicem dei, sed superior, nisi forte in casu in quo id qd vouit, esset manifeste illicitum, & non posset opportune ad superiorē recurrere: vt supra allegatis dictis eius non repugnet, intelligo cum alias ex transgressione propria auctoritate scādalum aut periculū aliquod immineret. Ex quib⁹ omnibus patet non valere consequentiam, Iste transgreditur pręceptum superioris sub interminatione ęternę mortis vel excōmunicationis factum: ergo peccat mortaliter: tum quia potest non subesse legitima causa sub tam formidabili pœna id præcipiendi. Vel ex altera parte iusta causa in toto vel in parte transgressorem releuat a peccato, aut ꝓbabilis eum excusat ignorātia vel inaduertentia ꝑcepti superioris &c. Et quia ratiōes ad vtrāq; partē adductę falsum inducūt, oportet ad rationes respondere, & primo ad eas quę ante
K oppositum sunt adductæ. ¶ Ad primam dico quod procedit cum sufficiens causa subest a parte pręcepti vel pręcipiētis, & ex altera parte subditū nihil releuat quo min⁹ teneatur præceptum seruare. ¶ Ad secundam nego antecedens pro prima parte: & ad primam eius probationem dico ꝙ ex nudo participio in alias indifferentibus solū incidit cōmunicans minorem excōmunicationē. Quod autē dicitur in allegato cap. excommunicatos. xj. q. iij. ꝙ simili excommunicatione debeat innodari: respōdeo ꝙ vel intelligi debeat de simili in genere, vt complectatur etiam minorem excōmunicationem: vel ꝓcedit dum communicat in contemptum, aut ex hoc sentētia verisimiliter veniret apud alios in contemptum. Quandocunque enim quis hoc perpenderit, vel adeo manifestū est vt merito aduertere deberet, peccat mortaliter communicans, & sic iuste excōmunicari posset maiori excommunicatione: secus dū ꝓbabiliter creditur ꝙ nunquam ex hoc sententia contēnetur, & timore quodam affabilitate vel societate in nō concessis ei cōmunicat: vt bene tradit Bonauentura. xviij. dis. iiij. sententiarū. q. v. De ca. sacris patuit supra ꝙ secūdum Hostiensem ꝓcedit in excōmunicato cū participantibus: Bea. Tho. xviij. dist. iiij. sententiarū. q. vij. dicit cap. sacris.

procedere de communione in diuinis, vel (vt dicit) idē iudicium est de veniali quod & de mortali quantū ad hoc ꝙ non sit cōmittendū propter quęcunqꝫ metū. Aliter respōdeo ꝙ procedit dum metu cogitur in contemptum sententię, & directe ad hoc agitur vt pręceptū ecclesię transgrediatur: de quo latius dixi primo quodlibeto in solutiōe ad quintum. Contra eam partem cōclusionis quæ dicit nihil fieri debere aut posse contra veritatem vitę ꝓ scandalo vitando, ad ca. significauit. licet quidam velint ꝙ procedat in excōmunicatis cum participantibus: alij ꝙ in cōmunicantibus in crimine criminosis: cōmunis tamen sententia doctorum habet ꝙ procedit quinqꝫ cōcurrentibus. Primum, ꝙ communicantes sint clerici. Secundum, ꝙ scienter communicent. Tertiū, ꝙ sponte. Quartū, ꝙ in diuinis. Quintum, ꝙ excōmunicatis a papa. Ratio autem assignatur a doctoribus quare potius sit mortale communicare excōmunicato in diuinis q̄ in alijs, quia illa cōmunio ex intentione semper est prohibita, sicut & communio in crimine damnato. Communio autem in alijs solum est ꝓhibita nisi cum participantib⁹ excommunicatus fuerit, aut alia legitima causa subsit: quod intelligo procedere cum effectu quando specialiter & nominatim moniti fuerint, secundū formam ca. constitutionē. de sen. excommu. lib. vj. Ad ca. si. xj. q. iij. dico ꝙ ꝓcedit quando vitatio eorum necessaria fuerit vt sententia nō contēnatur, vel ꝓ eorum reductione, aut aliorū cautela. Tūc enim communio esset mortalis ex crassa ignorātiā, vel negligentia improbabili. Vel dico ꝙ parua culpa licite potest ad errorem aliorum acriter puniri, imo & factū nullo modo culpabile: iuxta regulā, sine causa. de reg. iur. lib. vj. quomodo ca. fina. dicere videtur puniendum qui ex necessitate cuiuscunqꝫ maximi negocij & maxime necessarij eorum se conulctui &c. ¶ Ad tertiam rationem dico ꝙ solum probat ꝙ causa legitima & sufficiente subsistēte quare ꝑcipi debeat, si quis prætereat seu transgrediatur superioris vel parentis pręceptum, peccat mortaliter: non autem quod passim omnis trāsgressio pręcepti humani sit mortalis: imo large vtendo vocabulo pręcepti potest quis transgredi multa præcepta iuris na- L

turæ & dei sine mortali culpa: vt præceptū non mentien di, præceptum non dicendi verbū ociosum, & sic de multis alijs. ¶ Ad rationes post oppositū quę probare videntur ꝙ nulla trāsgressio humani præcepti vt huiusmodi sit mortale peccatū. Ad primam dico ꝙ quarto pręcepto decalogi iubemur parentibus obediētes esse. Sub nomine vero parentum etiam superiores & pręlati comprehenduntur. Ad secundū dico ꝙ totus ille sermo in monte, additio quędam est ad legem & ꝓphetas: & adimpletio pręcipue mandatorū decalogi, quę sermo ille pręsupponit: vt apertissime cōstat ex decursu textus. Iam (vt statim dixi) quarto pręcepto decalogi mandamur parentibus & superioribus honorē non reuerentię tantum, sed subuentionis & obediētię exhibere: imo & ipsimet deo in se vel suis creaturis, prout ordo quem reb⁹ indidit, & cōtinuo administrat, requirit, hinc est quod concordi doctorū sententia q̄ egenti de superfluo sibi ad necessitatem & statū, non subuenit, contra hoc pręceptum (quod tamen minus videtur) peccare conuincitur. ¶ Ad confirmationem Deutero. & Prouerbiorū dico ꝙ peccarent quicunq; pręceptum dātes, ipsum ex hoc dicerent diuinum præceptū, adijcientes aliquid numero mandatorum dei, supra quam se veritas habet. Laudabiliter tamen doceri potest & veritas est ꝙ pręcepta parentum & superiorum, modo legitima causa subsit, etiam obligant ad mortale peccatum: vt patet ex dictis.

TERTIVS ARTICVLVS est an licet cuique in suis defensionibus vel in petitionibus indifferenter qualibet iusta lege vti. Et videtur quod sic. Primo, quia hoc possumus quod iure possumus. ff. de verborū significatio. l. nepos Proculo. Et secundum Augustin. nemo peccat legis auctoritate vtens. xxiij. quęstione. iiij. qui peccat. Pręterea dicit Amb. Bonus iudex nihil ex arbitrio facit, vel proposito domesticę voluntatis: sed sicut audit, secundum leges pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget proprię volūtati. iij. quęst. vij. iudicet. Et confirmatur, quia non nascit iniurię occasio vnde iura nascuntur. C. vnde vi. l. meminerint.

& quod iure fit, iuste fit. xiiij. quest. iiij. quid dicā. de verborum significatio. ius. ergo. ¶ Praeterea si non, sequit quod nō liceret homini lucrum excedens iustum precium seruare, quāquam citra medium iusti precij alium emendo aut vendendo deceperit: cuius falsitatem ostendo, quia in precio emptionis & venditionis naturaliter licet contrahentibus se circūuenire. l. in causae. ff. de minorib⁹. & ff. locati. l. item si precio. dicitur: Quemadmodum in emendo & vendēdo naturaliter cōcessum est quod pluris sit, minoris emere et quod minoris sit; pluris vēdere, ita se inuicem circūscribere. Idem in locationibus & conductionibus iuris est. Et cōfirmo illam probationem falsitatis sequele; quia solo iure imperatorum habetur diuisio rerum: & illo sublato nemo audebit dicere, haec res est mea. haec villa est mea, vt dicit August. in Ioā. & allegatur. viij. distinctione, quo iure. Ergo licet in tuitionibus seu defensionibus temporalium vel in petitionibus qualibet lege iusta vti. ¶ Pro huius decisione premitto quod duplex est aequitas. Vna abundās, quae supererogationis est, & consilij, & istā praeterire, siue scripta siue nonscripta fuerit, nulla omnino culpa est. Praecepto (inquit August.) non obedire, peccatum est, cōsilio vero si vti nolueris: boni min⁹ adipisceris, sed mali nihil ppetrabis. xiiij. questione. j. quisquis. & capitu. sequenti. Hui⁹ exemplum est. post depositum rancorem aequū est etiam satisfactionem remittere, sed ad hoc non obligamur. xc. distinctione si quis contristatus. Alia est equitas in limitib⁹ virtutis, & vltimo ratiōis recte, quae preteriri nequit nisi fiat iniquitas. Secundo premitto quod publicae potestatis est communi vtilitati intendere, & ea statuendo, iudicando, exequendo prouidere; que ad pacificum conuictum hominum noscuntur magis profutura, quanquam occasionaliter ex hoc foueantur quorundam peccata. Hinc voluit Bartholomeus in extrauagante ad reprimendum. in verbo denunciationem, quod contra eum qui tutus est exceptione rei iudicatae, non est admittenda denunciatio, quantumcunque maneat in mortali peccato, nisi in certis casibus, puta si de nouo reperiantur instrumēta: & sic de alijs. quod limitat Panormitanus ca. nouit. de iudicijs. nisi ex cō A

fessione partis constet sententã iniustam esse, vel alias notorie aut certe per clara indicia ostendere possit peccatum detinẽtis. Probo illud suppositum per simile, Recte medetur physicus, quanquam paruam ęgritudinẽ alicui⁹ mẽbri induxerit, vt per medicinam adhibitam a lętali curet, ergo similiter in ꝓposito. Nec obstat si occasionaliter crimen quorundam adauxerit, cum mandatum dei sic peccatum auxisse legatur. Occasione (inquit Apostolus) accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. ad Roma. vij. Sed dices, Lex quæ fouet peccatum, nõ est lex, iuxta cap. ex parte. de consue. vbi est text⁹ ꝙ corruptela est, & non consuetudo, quæ peccato fomentũ præbet, vt ꝙ vir prodigalitatis vitio laborans, vel incuria suis facultatibus consumptis, bona tam mobilia quã immobilia vxoris pro suo libito expendit, & ꝙ mulier rupta fide thori committens adulterium, nihilominus medietatem omnium bonorũ quę vir eius adeptus fuerit, improbe exigit & apprehendit. Item de pręscriptionibus ca. fi. dicitur ꝙ omni constitutioni derogãdum est quæ seruari nõ potest sine mortali peccato. ex quo trahit Panor. ca. quia plerique, de immunitate ecclesiarum. q. vij. hanc maximam, ꝙ nunquam ius canonicum fundans se super veritate inducit aliquid cum periculo animę, id est cum peccato mortali etiam quantum ad forum iudiciale. allegat etiã c. Mattheus. de simonia. vbi dicitur: Nihil ꝓdest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.

B ¶Respondeo. Sicut superuacuis laborat impendijs qui solem facibus certat adiuuare. vj. q. j. si omnia. ita inuacuum & frustra nititur qui lege omnium voluerit pecca ta excludere. Tolle (inquit August. de libero arbitrio) meretricia, & omnia confundes libidine. Et do exẽplũ vbi ius canonicum fundans se super veritate &c. quia ad instãtiã vsurariorũ dicit cogendos debitores ad soluendũ vsuras si super earum solutione iurauerint, sed postquam solutæ fuerint, creditores ecclesiastica seueritate restituere cogendi sunt. cap. debitores. de iureiura. vbi fundans se super veritate, quod scilicet sint vsuræ: vtens vocabulo vsurarũ, inducit aliquid cum peccato partis agentis. Similiter statuit

ꝙ ordinarius, quia ei nõ cognitio ſed executio demãdatur, tenetur delegati ſentẽtiam exequi quanuis ſciuerit eã iniuſtam, niſi delegatum inducere poſſit vt ab hoc onere ipſum abſoluat ca. paſtoralis. de offi. & poteſtate iudicis delegati. & tamen vt plurimum fit cum peccato partis q̃ ſentẽtiam iniuſtam obtinet. Item lege dei tenetur quis ſępe alteri obedire in quo obedientiã requirens ſeu exigens peccat: vt patet Nume. xxx. & ſumptũ eſt ex illo c. manifeſtũ xxxiij. quæſtione. v. Quare ergo ius canonicum fundans ſe ſuper veritate non poſſit inducere aliquid cum peccato? Item omnium doctorum ſententia mulier tenetur marito debitum reddere quanuis ob voluptatem petat, vel in die feſto. Quare ergo non poſſet ius canonicũ ſtatuere vt ad hoc veniat compellenda? & tamen fiet cum mariti peccato in illis caſib⁹. Item ſtatuit quod in minorib⁹ annis cõſtituti ſi ſuſcepto religionis habitu ante ꝓfeſſionẽ intra annum monaſterium exierint, poſſunt libere in eccleſijs miniſtrare, & nõ ſunt propter hoc amouendi, & tamẽ ſi fuerint doli capaces: & abſolute voluerint vitã mutare obligantur religioni, imo Inno. decretalis illius auctor excepit cum ſunt doli capaces: vt refert gl. in ca. poſtulaſti. de reg. & tranſeuntibus ad religionem. Non tamẽ dico ꝙ monachat⁹ tenet ante annos pubertatis cõpletos. de quo remitto ad cap. firma. xx. q. j. & ea q̃ tractant doctores ibidẽ. Idem vult ius canonicum de his qui expreſſe emiſerũt ſimplex votum religionis, ar. c. de viduis. ij. xxvij. quæſtione. j. Et tamen peccant non adimplẽtes votum. Idem vult de intrãte religionem vxore manente in ſeculo & nõ vouente cõtinentiam vt reuocetur, & reddat debitũ vxori, quæ peccabit exigendo. xxiij. q. vij. quod deo pari voto. Idẽ. xxvij. quęſtione. ij. Agathoſa. ¶ Ad rationes dico. Ad primam quanuis ex legis diſpoſitione quidam reddantur proniores ad peccandum, ſi tamen ex parte altera per legem vel conſuetudinem grauioribus obuiam itur vt pluribus, lex illa vel conſuetudo non eſt iniuſta vel nulla tanquã fouens peccatum, ſed quantum poteſt cenſetur excludere peccata, Et certe niſi ſic, nulla valeret lex conſuetudo vel ſtatutum ratificans mercatum initum in ſacro loco, vel in die fe- C

sto aut dominico, aut matrimonium cõtra ecclesiæ vel iudicis interdictum contractum: cum manifestissimũ sit homines ex hoc proniores reddi ad sic contrahendum, qđ eis vtiq̧ peccatum est. Allegatum vero cap. ex parte ꝑcedit cum absq̧ vtilitate spirituali fouentur quorundã peccata Simile dico ad ca. fi. de præscript. ꝙ procedit nisi ex opposito dispositi per legem graui⁹ vel maius periculum immineat. Sic iusta est lex diuortij Deuterono. xxiiij. quãquã proniores quosdam ad dimittendũ culpabiliter suas vxores effecerit, secundũ cõmuniorem theologorum sententiã: qui tenent diuortium tale cum superductu vxoris alteri⁹ semper fuisse illicitum. Et ex hoc probabiliter sustineri potest ꝙ lex concedens præscriptionem cum mala fide, fuerit iusta ad lites dirimẽdas, & ꝙ seruari debeat in foro laicali extra terrã sedis apostolicę Cõfirmat prædicta qđ super facto inducit ꝑsumptionem, excludeus probationẽ in contrarium, quo sæpe fouentur multorũ peccata, quod tamen facit lex vt grauioribus vel pluribus occurrat, alias nihil foret aliud q̃ oculos claudere ne veritatẽ agnoscerent, qua deprehensa &c. Etiam si ex actis constet eum matrimonium noluisse consummare, vel in ipsum quouis modo consentire, puta corã testibus hoc protestatus sic ad carnale commercium admissus est a spõsa audiente & cõsentiente in protestationem, nihilominus iudicandũ est in foro exteriori pro matrimonio, vt volunt doctores in cap. is qui fidem. de sponsa. quod nullo modo liceret nisi per viã illam oporteret occurrere illusionib⁹ quæ verisimiliter fierent in matrimonio.

D ¶ His præmissis pono hanc vnicã cõclusionẽ respõsalẽ. Nemini licet statuere, iudicare, vel aliđ cõtra ęquitatẽ siue scriptã siue nõ scriptã expetere. Et intelligo de æquitate non abũdanti & supererogationis, sed secũdo modo dicta. Probo sic. Nulli licet iniquitatẽ facere, etiã si fuerit publica potestas. Vnde Apost. j. ad Corint. vj. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? Item Leuiti. xxiiij. Aequum iudiciũ sit inter vos, siue ciuis siue peregrinus peccauerint: quia ego dñs de⁹ vester. Et Psal. lxv. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo, nõ exaudiet domin⁹ Et in promptu est ratio: quia hęc iniquitas semꝑ est vitiũ

a medio rationis rectę recedens, cõtraria ęquitati secundo modo dictę. Sed nulli vnquã licet peccare: ergo nec iniquitatem facere. Item cõmune iuramentũ iudicũ est seruare vtriq; parti ęquitatem: vt dicitur in authentico iusiurandum. Non obstat lex prima. C. de legibus & consti. principum. cum dicitur, Inter æquitatẽ iusq; interpositã interpretationẽ nobis solis & oportet & licet inspicere: quia pbat solum inferiores a principe non posse p æquitate non scripta sententiã ferre sed certe nec pbat q contra ęquitatem etiam non scriptam debeant vel possint sententiã ferre. Vnde emergente casu quo sententia secundũ ius scriptum obuiaret æquitati, tenetur iudex ad superiorẽ puta principẽ remittere, qui poterit & tenebitur contra rigorẽ p ęquitate nõ scripta iudicare. ¶ Ex his infero primo: Et si ius actionẽ nõ concedit decepto citra medium iusti precij, quisq; tamen diuino iure teneẽ alteri refundere quantũ habet vltra iustũ pciũ: nisi forte modicũ fuerit: vt iuxta Scoti sententiã. v. d. iiij. aut pręsumãtur inuicẽ cõdonasse. Vñ triplex est gradus iusti pcij: quidã rigid⁹, & est extremus: quidã gratiosus, & est infimus: quidã discret⁹, & est medi⁹. Inter hós grad⁹ est ęquitas naturalis: sed supra vel infra eos est iniqtas iure poli. Probo, naturali iure oportet cõmercia fieri scdm pportionẽ arithmeticam q cõsistit in ęqualitate quãtitatis: vt patet. v. Eth. Itẽ Leuitici. xix. Nõ mẽtiemini, nec decipiet vnusq;q; pximũ suũ. Et Apost. j. ad Thessal. iiij. Ne quis supergrediaẽ neq; circũueniat in negocio fratrẽ suũ, quoniam vindex est de his oĩbus dñs. Et August. xiij. de trinitat. cap. iij. reprehendens mimum illũ dicit reuera vitium esse velle vili emere, & caro vẽdere. Et ad legẽ, in causę. & ad legẽ, itẽ si precio, allegatas in tertio argu. respõdeo post Innocẽ. ca. in ciuitate. de vsuris. q licet iure fori, sed non iure poli. Et si replicaueris, tũc lex illa esset iniusta, quia foueret & defensaret iniquitatẽ sic contrahentium. Et qui alienum defendit errorem, damnabilius ipse peccat & errat. xxiij. quęst. iij. qui aliorũ. Etiã lex faceret iniquitatem illam esse suam. Omnia enim nostra facimus quib⁹ auctoritatem nostram impertimur. C. de veteri iure enucleãdo. l. j. Tum quia sic nõ liceret iudi-

E

ci partem conuentam ad totum precium condemnare cõstito ex actis ꝙ decepta sit, citra tamen medietatem iusti ꝑcij. Sequela patet, quia dicit cõclusio ꝙ nemini licet contra ęquitatem iudicare. ¶ Respondeo ad primã. Lex non

F censetur fouere peccatum quãdo expedit ad occurrendũ pluribus vel grauioribus criminibus sic constitutũ esse: vt in proposito: ne passim homines inuicem se molestent, & infinitis quæstionibus se inuicem super contractib⁹ impetant. Hoc modo licuit Iudęis condemnare alienum ad soluendum vsuras Iudęo, tanquam in casu permisso a deo. Deutero. xxiij. Nõ fœnerabis fratri tuo ad vsurã, sed alieno. quãquã Iudęo peccatum erat vsuras petere & accipere ab alieno. & ꝓ diuortio ad datum libellum repudij: qđ tamen repudium secundum cõmunem doctorum senten tiam eis erat illicitũ: intelligo post doctores, cum superductu secundę, vel si fiat propter solam corporis fœditatem, aut aliam indebitã causam sine cõcursu adulterij. Sed tũc lex aut sentẽtia faceret iniquitatẽ, quando iuxta rectę rationis staterã non conuenit inter homines iudicari vel constitutum esse vt hunc casum comprehendat: quo casu ꝓcedit verbum Philosophi. ij. Rhetoricę. c. de locis enthymematũ: Vt piscib⁹ marinis sale, & oliuaceis oleo, sic legib⁹ ipsis lege opus est qua corrigantur. Idem tradit sentẽtialiter. v. Ethi. cap. de epijcia. Patet ergo quomodo lex illa de deceptione citra dimidium iusti precij, neq̄ fouet iniquitatem, neq̄ facit eam suam, sed potius occurrit grauioribus & pluribus hominum peccatis: quãquam occasionaliter

G quidã ex ea fomentũ peccandi sumant. ¶ Aliter respõdeo ad primum & secundum simul, Licet lex & iudex sententiant pro parte iniqua: hoc tamen faciũt de assensu saltem debito eius contra quem &c. Leges enim quibus forũ publicum dirigi habet, nulla alia de causa nos tenent, quã ꝙ iudicio populi sunt receptę. l. de q̄bus. ff. de legib⁹. Et quia populus omne imperium & potestatem in principẽ concessit. ff. de constitutionibus principum. l. j. Idem iudicium est de constitutionibus principum. Consentienti autem nõ fit iniuria, iuxta regulam, scienti. de regu. iur. lib. vj. Non aũt ita cõsentit in exactionem iniquã partis, sicut in hoc

vt fiat quod communi vtilitate in consimilibus expedit & est necessarium. Huius simile est de cōcursu dei ad actum furti: & si quis iuuet furē aliena efferre, ne graui⁹ lædat: quo casu eodem facto fur peccat, non alius. ¶ Secūdo infero: In ijs quę dāna rerum concernūt, licite potest iudex secundum allegata & ꝓbata iudicare contra veritatē quam nouit, vt priuata persona: sec⁹ in dānis corporis, vt occisione, mutilatione, vel detrūcatione mēbri. Pro prima parte faciūt textus innumeri & ciuilis & canonici iuris. c. pastoralis. de officio delegati. c. iudicet. iij. q. vij. c. summope. xj. q. iij. l. illicitas. ff. de officio p̄sidis. & vt supra deduxi, populus facultatem habet consentiēdi, & ius tribuendi vt sic iudicetur: & hoc fecit. Nulla ergo fit cuiq̄ de pprio iniuria si sic iudicetur, & mandetur executioni. Secūda pars patet: quia homo non habet liberam mēbrorum suorum dispositionem: sed solum ad metas iuris naturalis, puta ne alias totū corpus pereat: & in casib⁹ similibus. Vñ ad Gal. iiij. inquit apostol⁹: Testimoniū ꝑhibeo vobis q̄m si fieri posset, oculos vr̄os eruissetis, & dedissetis mihi eos. vbi posse (secundū glo.) negat quod fieri nequit per iustitiam, etsi vtiq; fieri poterat ꝑ potentiā. Item ꝓbat idē lex, liber homo. ff. ad legem Aquiliā. Hanc partem etiā firmat verbū dñi. Exod. xxiij. Insontem & iustū nō occides. Neq; posset hoc casu lex iuste dici occidere hominē, & non homo: iuxta verbum Augu. in. q. Leuitici. Cum homo iuste occiditur: lex eum occidit, non tu. xxiij. q. v. si homicidiū. quia facultatem nullā habet, nisi a deo specialiter vel hoībus. Ex hominib⁹ vero non potest ad hoc auctoritatem habere, cum nō possunt hoīes plus iuris trāsferre q̄ eis cōpetere dinoscat: iuxta regulā, nemo plus. de reg. iur. lib. vj. Nō etiam a deo: vt certū est: ergo. Hanc opinionem tenet Inno. c. pastoralis. de officio delegati. & cōmuniter doctores theologi ꝓpter verbū Exodi allegatū. Circa prædicta tñ aduertendū est ꝙ etsi liceat iudici in ijs quę dāna rerum concernunt, iudicare secundū allegata & ꝓbata: nunq̄ tñ licet cōtra conscientiam iudicare. Si eñ opinetur vel credat secundum allegata sententiandnm esse contra veritatem quā nouit vt priuata persona, in nullo cōtrauenit conscientiæ. Si

vero tenet nō licere vt sic iudicet: nulla eum excusare potest publicę potestatis auctoritas. Stultissimū enim est vt quis dicatur bene agere, q id facit quod credit malū esse, & non liceret. Ex quo patet absurditas Hostiē. & dñi Cardi. qui cum aliam euadendi viā non viderent, dixerunt iudici licere vt contra cōscientiā agat: & illud, Qui agit cōtra conscientiā, ędificat ad gehennā: procedere in priuato, non iudice: existimantes iudicē non posse contra veritatē quā nouit iudicare, quin cōtra cōscientiā hoc faceret. Tertio infero ꝙ nemini licet cōtra aliū ad sui cōmoditatē lege fundata sup p̄sumptione vti, mō ei constiterit p̄sumptioni veritatē minime correspondere, siue ius admittat contra p̄sumptionē ꝓbationē, siue nō. Verbi gr̄a lex disponit hęredē q sine bn̄ficio inuētarij hęreditatē adierit, ad oīa debita & legata teneri: p̄sumēs nisi sufficiat hęreditas, ꝙ eam fraudauerit. C. de iure deliberādi. l. fina. Si creditor vel legatari⁹ sciuerit eū nihil fraudasse, non pōt salua cōscientia debitū vel legatū supra vires hęreditatis extorquere. vñ Philosophus. v. Ethi. c. de ęqtate seu epiicia: Bon⁹ & ęqu⁹ vir non amplectit̄ ius ad peiorem partē, sed de suis cōmodis detrahi patitur, etsi lege se tueri possit. Idē patet, quia vt in primo articulo deduxi, cessante causa cessare debet & effectus, & p̄sumptio cedit veritati. c. veritati. viij. dist. Et tenent idē concorditer doctores post Inno. c. quia plerięꝫ de immunitate ecclesiarum. ¶ Ad ratiōes ante oppositū.

K Ad primam respondeo: Hoc possum⁹ in foro iudicij quod iure humano possumus: quia iudiciū illo iure regulari habet: sed non semper idem possum⁹ in foro conscīetię. Vnde Augu. in sermone de vita cleri. Quidā nec habens ꝓles necꝫ sperans, saluo vsufructu donauit oīa sua ecclesiæ. nati sunt ei pręter spem filij. reddidit episcop⁹ quę donauerat. in potestate (inquit Aug.) habet episcop⁹ non reddere, sed iure fori, non iure poli. xvij. q. vlt. c. fi. Qđ etsi iuristę quidā conent̄ exponere ꝙ ius poli, id est naturale aut diuinū, non induxit diuisione, sed oīa sunt cōia: frustra est: quia licet diuisionem nō induxit, disponit tñ vtiqꝫ quomodo liceat aut nō liceat diuisionem seu res partitas seruare: & Augustinus voluit episcopo illicitū fuisse diuino iure seu po-

li, quod iure fori & humano tutari & defendere seu vsur pare sibi poterat. Q᷑ vero dicit Augustin⁹, Qui peccat, non legis auctoritate peccat, loquitur ad litera de lege diuina, vt apertissime & clarissime ex legibus quas introducit ibi patet, Detrahentem in secreto proximo suo, hūc psequebar. & quod apostolus tradidit quendam satanę, vt discat non blasphemare. Et quod hoc velit, patet ex eo qđ in principio adiūgit, sed peccat contra legis auctoritatem: Multi autem peccant qui non peccant cōtra humanæ legis auctoritatem. Verum est tamen quod nemo etiā peccat auctoritate legis humanæ, quia facultatem non habet concedendi vt quis peccet, & vbi aliquid pmiserit criminosum, non dat facultatem aut auctoritatē crimen ipsum committendi. Vel secundo respondeo, hoc possum⁹ quod iure concedente possumus, non autē omne quod iure permittente. Quandocunq̃ autem pars exigens peccat, licet ius ei assistat, vt grauioribus obuiet: non cōcedit tamē neq̃ dat parti ad hoc faciendū facultatem, sed est permissiuū quo ad hoc, sicut in veteri lege de commodādo ad vsuram extraneo, vel repudiando vxorem cum superductu alteri⁹ de quo prius dixi. ¶ Ad secundum patet quo casu licet iudici secundum allegata & probata iudicare, & quo nō. Et ad cōfirmationem, iuste fit quod iure fit, verum est si iure concessiuo, sec⁹ si iure permissiuo, ad sensum statim dictū. L

¶ Ad tertium etiā responsum est, post Inno. ꝙ licet iure fori, non iure poli, Et si replicetur quia textus dicit, Naturaliter licet cōtrahentibus in precio emptionis & vēditionis se circumuenire, vt dicta. l. item si precio. dicitur, naturaliter cōcessum &c. respondeo ꝙ naturaliter licet iure fori. i. naturali rōne sic cōuenit, & necesse est statuere iure fori, ī odiū litū, & hoc innuit lex itē si pcio, cū dicit cōcessū est, sed hoc nō pbat iure naturæ bonū eē & licitū parti circūueniēti, saltē sciēter circūueniēdo. Vel dico naturaliter licere re ipsa circūuenire ppter difficultatē sciēdi vera precia rerū, sed nō sciēter ex aīo, q nimo vbi re ipsa circūuenit, & post ei innotuerit, tenet naturali iure quātū deceperit refundere, quū iustitia cōmutatiua cōsistat ī media rei ęqualitate, videlicet corū de quib⁹ fit cōmutatio, vt patet. v. M N

Ethicorum, quod intelligo post beatum Tho. ij. ij. q. lxxvij arti. j. si notabiliter damnificatus sit: quia ipse dicit difficile est punctaliter rei precium scire. & secundũ Scotũ. v. dist. iiij. Quod modicũ est (inquit) videntur contrahentes inuicẽ donare. ¶ Ad confirmationẽ dico, quanuis solo humano iure inducta est & habetur diuisio rerum, ius tñ diuinum & naturale disponũt quomodo oporteat res iam diuisas adinuicem commutare, aut pro precio distrahere.

¶ Prima quæstio sine argumentis.



PROPTER quid pcepit philosoph⁹ omnia lege determinari oportere, & q̃ minima reliqui iudicibus: quũ Lesbiæ ędificationis oporteat plumbeam regulã esse, quę ad figurã lapidis transmutet. ¶ Philosophus. j. Ethi. tres

A causas seu rationes assignat quare ea solum iudicibus cõmitti debeãt, q̃ legislator prędeterminare nõ potuit, vt est facti cognitio, & similia. Prima, quia facilius est vnũ aut paucos inuenire qui legem ferre possunt quã multos, iudicum autem requiritur magna multitudo. Secunda, q̃m longi temporis consideratiõe leges ferunt, quũ iudicia breuissime conficiantur, & ita difficile est vt bene a iudicibus iustum & conducibile distribuatur. Tertia: quã potissimã & maximã causam esse dicit, quia legislatoris iudiciũ non de singulis nec de præsentib⁹, sed de vniuersalib⁹ & futuris est, senator vero aut iudex de præsentibus tanq̃ de terminatis iudicat. vnde fit vt cũ amẽt aut oderint, sua quoq; vtilitas connexa sit, non satis queant veritatem pspicere, sed ppria vel voluptas vel dolor iudicia obũbret. Et. iij. Politicorum. c. xxij. mota quæstione vtrũ expediat magis ab hoïe optimo regi, vel optimis legib⁹ gubernari adducit in argumentũ φ expediat magis a viro bono gubernari. Videm⁹ leges solum vniuersaliter prouidere, nõ ad singularia ordinare: & in quacũq; arte literis præcipere fatuũ est. Et ergo secundum literas medicari vanum esset, meliusq; foret si possidentibus artem vtamur. Hoc soluẽs dicit falsũ exemplũ esse de arte, puta medicis: quia illi nihil cõtra rationem per amicitiam agũt: vt in magistratib⁹, qui multa

per affectionẽ & gratiam consueuerunt delinquere. Si aũt de fide medici timeret, & suspicio foret ne suscepto ab inimicis precio necare velit, tũc ex literis magis curã optaremus. & ægrotantes medici alios medicos vocant, quasi nequeant verũ discernere qui de proprijs iudicant, & in affectu constituti sunt. Et finaliter & si minus fallitur homo q̃ ij qui secundum literas iudicant, non tamen q̃ qui secũdũ cõsuetudinem. Et validiorea sunt leges quæ ex morib⁹ ꝓueniũt, q̃ quæ ex ex literis. Vnde & illd̃ memoratu dignissimũ ibi firmat: Qui legẽ præesset iubẽt, deũ pesse iubet et leges. Qui autẽ hominẽ iubet præesse. adiungit & bestiã sæuam, quia libido talis est atq; ira, obliquos agit etiã viros optimos qui sunt in potestate. ¶ Cũ vero in oppositũ B adducitur ꝙ Lesbiæ ędificatiõis &c. Lapides patrię q̃ dicta est Lesbia, quia durissimi sunt. & ꝑcidi & coaptari nequeunt, opus est mẽsura plũbea, q̃ ad lapidis figurã transmutetur, qua deprehẽdi possit qua in parte muri vel dom⁹ commode locari debeãt. quo verbo philosoph⁹. v. Ethi. ca. de equitate seu de epijcia deducit op⁹ esse decreto seu sententia quę sit emendatio legis vniuersaliter aliquid tradẽtis. q̃m indeterminati indeterminata est regula, queadmodum Lesbiæ &c. Et tãta est varietas agendorũ, vt nõ possit lex recte dicere, cum debeat vniuersaliter ferri. Et ergo opus est directione legis. Dico hoc primę parti & prædeterminatis minime repugnare: quia dũ nõ habem⁹ omnẽ negociorum certitudinem, despicim⁹ ex ijs quædã, ne cũctorum patiamur dispendia: sicut qui mare nauigant, tempestate vrgente, nauiq; periclitãte anxiati quædam exonerant, vt cætera salua permaneant. j. q. vij dispensationes. Ita in proposito, qd̃ lege determinari recte nõ põt alicui puta principi vel consilio cõmittere oportet, vt scilicet ꝓ æquitate non scripta per principem vel cõsilium iudicet. sed q̃ minus potest homini supra legẽ cõmittendum est, vt vult prima pars quæstionis. Qui passim iudicib⁹ vberiorem voluerint tribuere facultatẽ vt pręter legẽ ꝓ suo arbitrio iudicare possint, quia ad quædã foret vtile, Stesichorum audiant secundo Rhetoricæ ca. de exemplo, populo persuadentem, qui cum Phalaridem imperatorẽ consti

tuisset, & custodes etiã dare deliberaret, equus, inquit: solus prata obtinebat: quorum dum ceruus adueniẽs pascua deuastasset, de vltione cerui hominem consuluit, si vna secũ pœnas ex ceruo sumere posset. At ille, facile inqt, si frenũ patieris, & ego te in hastã tenẽs ascẽdero. Accepit equ⁹ conditionem, ascendit in ipsum homo, & ita ꝓ vltione homini equus seruiuit. Quamobrẽ inquit & vos cauete ne dum velitis hostem vlcisci, idem quod equus patiamini. Frenum enim iam accepistis, ꝙ imperatorem dictatorẽ cõstituistis. Si vero custodiam quoqꝫ dederitis, atqꝫ ascẽdere permiseritis, seruietis profecto Phalaridi. Nos frenũ recipimus, cum iudices constituimus. Quos si ascẽdere permiserimus vt facultatem habeãt vel glossulis suis iura interuertere, ac pro voluntate iudicium ferre, dilationes concedere, & cætera id gen⁹ opa, seruiemus profecto iudicib⁹.

QVARE dicit sapiẽs, Acetum in nitro qui carmina cãtat cordi peruerso, quũ eiusdẽ sentẽtia, mollis responsio iram frangere noscantur, & animum turbatũ reducere ad temperiẽ. ¶ Pro huius dissolutione est aduertendũ ꝙ secundum Philosophũ, iij. Politic. c. xxiiij. mens absqꝫ appetitu. i. sine affectu seu passione, lex est, sed pace omniũ dixerim, cũ affectu sęuissima belua. cum enĩ iuxta sentẽtiam Senecę, sęuissima sit iustitia habens arma, quanto cæteris animatib⁹ homo ꝓstat industria, ꝓ affectu magis sæuire cognoscit, et quanto mediis abundat, difficilius a malo cohibetur quod affectat. Operatur enim tria in homine terren⁹ affectus si nimius fuerit & supra q̃ par est immodicus. ¶ Primo ita mentem illi quod diligit infigit, vt cęterorum nihil aduertere credere amare vel dolere possit. Secundo corrũpit & interuertit iudiciũ rationis. Tertio vñ corrũpi deberet, de cõtrario fomentũ sumit. ¶ De primo Philosoph⁹. x. Ethi. docẽs queadmodũ voluptas extranea corrũpit opationẽ, quia mẽtẽ distrahit, illud familiare exemplũ inducit: Qui fistulis delectanẽ, nõ possunt mentẽ adhibere sermonibus si fistularum sonum exaudierint. Itẽ Ioã. v. Quõ potestis credere: qui gloriã abinuicẽ accipitis, & eã quæ a solo deo est nõ quæritis? Item. j. ad Corin. ij. Animalis hõ non per-

cipit ea quę sunt spũs dei. stultitia em̃ est illi: & nõ potest intelligere: quia spiritualiter examinat. Itẽ: Prouer. xviij. Non recipit stultus verba prudẽtiæ, nisi ea dixeris q̃ versant in corde suo. Ratio huius, q̃m affect⁹ ita mentẽ visco suo implet, vt sicut vas pice refertũ, cęterorum nihil capere possit. Hinc mens auari semper aurũ, semper argẽtum videt, semper reddit⁹ cõputat. gratius intuetur aurũ quã solem. Ipsa eius supplicatio ad deũ aurũ quærit, & vellet atq; optare vt oĩa ei in aurũ conuerterentur. Vnde recta est sententia sapientis: Sanguisugę duæ sunt dicẽtes, affer affer. Prouer. xxx. s. auaritia (vt Lyra exponit) & luxuria. Crescit enim amor nũmi quantum ipsa pecunia crescit. Et Amb. sermone. lxxxij. Pueris nimiũ gulę deditis indulgemus interdũ desideratos cibos auidius sumere, vt nimietate sua horrescant & auertant se de reliquo ab hmõi cupiditate. Auaritia nihil tale patit: sed quãto plus inuenit, tanto ampli⁹ q̃rit. de luxuria idẽ tradit Philosophus. iij. Ethi. ad finem. Voluptatum appetitus insatiabilis est: stultoq; vndiq; affluunt. Et exequutio libidinis innatam cupiditatẽ exauget: quinimo si magnæ & vehementes sint, mentẽ a suo statu dimouent. Quid igitur mirũ si pręter terrena nihil vel credit cogitat vel amat q alteri filiarũ sanguisugæ nuptus est? Difficile em̃ consortiũ dilecti amittit qui totã animę vim & intentionẽ trahit cõuertitq; ad se. ¶ Quod secũdo peruertit atq; corrũpit rationis iudiciũ, patet: quia hoc omnis affect⁹ habet, vt in quo ipse insanit, cęteros furere putet. Vnde Ecclesiastes. x. Stultus per viã ambulãs cũ ipse insipiens sit, omnes stultos putat. Stultus enim est non qui sensu vacuus est, cuius nullũ est rationis iudiciũ, qui secundũ Isidorum fatu⁹ ꝓprie dicitur: sed qui sensum habet insipientię moribus hebetatũ. Aliquando tñ fatuus pro stulto ponitur. Ecclesiasti. viij. Cum fatuis cõsiliũ non habes, non em̃ poterũt nisi diligere quę eis placent. Si igitur non eadem videntur amantib⁹ & odientibus, iratis & quietis, sed omnino diuersa, vel saltẽ magnitudine. ij. Rhethoricę: vt iudici nullã vel paruam videatur reus iniuriã fecisse, si amet, contra vero si oderit, maximã: manifestissimũ est affectum intercipere deliberationẽ, iudicium per- B

citur, Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriā ſibi facit: & q arguit impium, ſibi maculā generat. & Matt. vij. Neq͂ mittatis margaritas veſtras ante porcos (in ceno. ſ. vitiorū volutātes) ne forte conculcent eas pedibus, & conuerſi dirūpant vos. & ibidē de ſancto nō dādo oblatrātib⁹. ¶ Qui vero experiri volet ſi terreno affectu plenus ꝓhibeatur a celeſtib⁹ meditādis, amādis & credēdis: aduertat ſi quib⁹ ipſe mordeť libenter audit diuina carmina; ſi vere gaudet magnificari audiens celeſtē gloriā, & terreť de miſeria atq͂ de pœna inferni: qm̄ ſi nō, Ambroſij, non meā ſentētiā audiat: Timeo (inquit) ne plurib⁹ veſtrū cōueniat euāgelica lectio, Cecinimus vobis, & nō ſaltaſtis, lamentauimus vobis, & nō planxiſtis. annūciauimus vobis regni celeſtis gaudiū, & minime corda veſtra motu quodam alacritatis exultāt. p̄dicauim⁹ vobis triſte iudiciū, & ſenſus veſtri ad pœnitentiā in lachrymis non ꝓrumpunt. Infidelitatis em̄ genus eſt in diuinis reb⁹ nec gaudere ꝓſperis, nec flere cōtrarijs. ſermone. lxxxj. Et Chriſtus inquit, Qui ex deo eſt, verbū dei audit: ꝓpterea vos non auditis, quia ex deo non eſtis. Ioan. viij. Quod aūt in contrariū primę partis quęſiti allegatū eſt, Mollis reſponſio &c. Prouerb. xv. p̄cedit de reſpōſione quę ſubiectionē & humilitatē oſtēdit. Canes naq͂ (vt. ij. Rheto. tradit Philoſophus) reſidentes non mordent. Secus cū mollib⁹, ęquiſſimis ſcilicet diuinę ſcripturę carminib⁹ argutus deſpicere ſeu contemnere videť, quibus ali⁹ maxime afficiť. Tunc naq͂ efficiet quod acetū in nitro. Prouer. xxv. Et hæc ſub benigna omniū interpretatione de propoſitis quæſtionibus dicta ſint.



Sequitur ſeptima quęſtio Quodlibetica.

VOLO IN ECCLESIA DEI (inquit apoſtolus) quinq͂ verba loq vt alios iſtruā, q̄ decē milia verborū in lingua. j. ad Corin. xiiij. id eſt, Appeto magis in cœtu fideliū qnq͂ verba, puta credēda, agēda, vitāda, timēda

& speranda,sensu meo,id est plano & doctrinali loqui,vt alios instruā,q̄ decē milia verborū in lingua,id est sub miraculo varietatis idiomatis q̄ ipsi non apprehendant. Huius vereor exemplo cōmonitus dominus Quodlibetari⁹ quęstionem agenda & vitanda concernentem mihi ꝓposuit,Vtrum mortalis culpa cōmitti possit absq̧ eo ꝙ libero consensu creaturam aliquā incommutabili bono peccator prętulerit in amore.Hanc quęstionē qua possum breuitate decisurus inhęreo ꝓtestationi solitę, ac omnia dicenda per me submitto correctioni sanctę sedis apostolicę.& omniū quibus incumbit errantem ad semitā veritatis reducere. Et vt planior decisio fiat: quatuor sub ordine inquiram. Primum,an mortale pc̄m̄ committi possit absq̧ libero consensu voluntatis. Scd̄m, an amor pecuniæ,aut alterius primū inculpabilis,aut tantū venialis,adeo increscere possit & augeri vt fiat mortale peccatum. Tertium, an in quolibet mortali peccato ita aberret pc̄ōr vt creaturam tanq̄ vltimum finē & supra deum diligat. Quartū, an dilectio dei super omnia sufficiēter nos reponat ad statum gratię,vel compati secum possit aliquā mortalē culpam. Quo ad primū inducam in primis fundamēta quibus irrefragabiliter se tueri videt error Manichęi ꝙ homo non possit vitare ne peccet. Primo, infidelitas est mortale pc̄m̄:& non interuenit ibi cōsensus liber volūtatis. ergo &c. Prima pars antecedentis patet ex verbo apl̄i ad Hebręos.xj. Sine fide impossibile est placere deo. Et secunda pars probat̄:quia implicat ꝙ aliquis erret volens. Si enim vult errorē:cū nequeat ferri in icognitū, oportet vt noscat esse errorē:quod impossibile est,nisi sciat veritatem:& sic cum notitia veritatis staret error circa eandē &c. quę sunt contraria. Quanquā ergo quis possit velle errare in futurum,& optare vt erret, impossibilia tamen sunt adinuicē velle errare circa aliqd, & de facto errare circa illud. Etiā confirmatur ex verbo apostoli Ioannis.xij Propterea non poterant credere,quia iterum dixit Esaias: Excęcauit oculos eorum,& indurauit cor eorum vt nō videant oculis, & intelligant corde,& conuertantur, & sanem eos. Non est autem consensus liber vbi intercurrit necessitas, ergo.

Etiam dicit apostolus ad Romanos .x. Quomodo credēt quem non audierunt, aut quomodo audient sine prędicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Ergo ab vltimo ad primum, quib⁹ prædicatores missi nō sunt, manent necessario infideles, & sic absq; libero voluntatis consensu. ¶ Secundo quia desperatio est mortale peccatū, & fit absq; libero consensu. Prima pars patet per illud Isidori secundo lib. de summo bono: Committere vitium mors est animæ, desperare autem, descēdere est in infernum. Et secunda pars probatur: quia nemo desperat quin vellet vtiq; sperare posse: & rem desperatā in futurū obtinere. ¶ Tertio secundum Augustinū. xij. de trinit. cap. xij. Illecebra seu delectatio morosa sine consensu adhibito in op⁹ est mortale peccatum. Vnde Augustinus ibi comparans in nobis progressum ad peccatū, illi qui erat pridem apud primos parentes: sensum dicit vicem tenere serpentis. Et cū inferiorem rationis portionē quę temporalia concernit ad delectationem in aliquo turpi opere & prohibito produxerit: si nō decernat mēs in opus progredi, habēdū est quasi mulier sola māducauerit: sed nō sola dānabit, quia vnus hic homo vtrāq; rationis partē tenet superiorē & inferiorē. ¶ Quarto vt apostol⁹ inquit ad Ephe. vj. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates mundi, rectores tenebrarum harum, puta dæmones. sed illorum rabido & violento impulsui resistere non possumus. ergo &c. Minor patet per illud Iob quadragesimo primo. Non est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est vt nullū timeret. om͂e sublime videt. ipse est rex super omnes filios superbiæ. Sed potestas quæ alteri resistere valet, illi est cōparabilis. ergo. Itē Gregorius. Illud præcedentis capituli, videlicet quadragesimi Nerui testiculorum Leuiathā perplexi sunt: implicatis inquit inuentis argumenta sua (scilicet diaboli) alligātur, vt nequaquam se ab vna culpa valeant absoluere, nisi in aliā consentiant se ligari. xiij. distin. nerui. Et confirmo, quia cō suetudo necessitat ad peccatum: ergo forti⁹ impulsus dæmonum. Antecedens patet per illud Isidori secundo libro de summo bono cap. xxiij. Cogitatio praua delectationem

parit:delectatio consensionem:consensio actionē:actio cō suetudinē:consuetudo necessitatem. sic his vinculis homo implicat⁹, quadam catena vitiorum tenetur astrictus, ita vt ab ea euelli nequaq̄ valeat, nisi diuina gratia manū iacentis apprehendat. Peccatum admittere est in puteum cadere, consuetudinem vero peccādi facere, est os putei coāgustare ne is qui cecidit valeat exire. ¶ Ad oppositū & ꝓ veritate est illud Augustini: Vasis irę, de⁹ nō inferret interitū si nō spontaneū homo inueniretur habere peccatū.

A ¶ Pro huius decisione dicam primo quid sit cōsensus, secūdo quis consensus sit liber, & tertio quale peccatū sit consensus in actum peccati, & ꝙ necessario interuenit liber cōsensus in peccato mortali. Et quo ad primū, motus appetitiuus circulo agitur: vt. iij. de anima tradit Philosoph⁹. Appetibile enim mouet appetitum trahēdo ad se vt incipiat ab appetibili, & in ipsum terminet. Primo enim apprehēditur appetibile in rōne cōuenientis seu boni, et imprimit voluntati connaturalitas quædam, videlicet amor & cōplacentia ad bonū apprehensum: & ex amore cōcupiscentia illi⁹ boni, ex cōcupiscētia deliberatio de medijs cōgruis & opportunis quibus consequi possit, & sibi complacet in his quæ reperta fuerint cōducibilia ad finē pręstitutū, quę complacentia consensus dicitur. Vnde Damascenus lib. ij. Post iudiciū homo disponit & amat quod ex cōsilio iudicatum est: & vocatur sentētia. i. cōsensus. Si vero quis iudicet, & non diligat, non est sententia. Et si mediorū plura fuerint placita, restat electio ei⁹ quod ꝓsequi voluerim⁹. Si vero vnicum duntaxat placet, idē re sunt electio & consens⁹: vt dicit Tho. prima secūdę. q. xv. arti. iij. sed differūt ratione. Nam inquantum mediū illud placet, eius est consensus. inquantū alijs reiectis ipsum accipitur præ illis, dicitur amor ille electio. In motu ergo appetitiuo primū est apprehensio finis, secundū eius amor, tertiū concupiscentia ei⁹: quartū deliberatio & inquisitio cōsultatiua de medijs

B opportunis, quintū amor medij aut mediorum quę cōducere possunt, & dicitur cōsensus. Si vero plura media fuerint, & quę homo persequi nō velit vel nō possit, sequitur electio. Consensus ergo nunquā est ipsius finis, sed medij

ad finem: quemadmodũ consiliũ & deliberatio. ¶ Videamus nunc secũdo quomodo cõsensus sit liber. Et certe differim⁹ a brutis, quia nosmetipsos agim⁹, bruta sese nõ ducũt, sed impulsu quodam naturę ducuntur. homo aũt ducit seipsum ratione, consilio seu deliberatione. Nulla enim alia de causa dicimur libertatẽ & dominiũ actuũ nostrorum habere, nisi pro quanto ratione & cõsilio discurrẽdo placita prosequimur: & fugimus cõtraria. Sed delibaratio & consilium nunq̃ sunt de fine, imo p̃supponũt appetitũ seu amorem finis. Vnde philosophus. vij. Ethico. ostẽdẽs in agibilibus principia virtute saluari, & malitia corrũpit, adducit quẽadmodum in mathematicis ratio nõ est edoctiua principiorum, ita nec in agibilibus, sed virtus a natura seu consuetudine recte sentire faciens circa principia. Dominium ergo & libertas est ad consensum, amorem & electionem mediorũ. Sed amor finis naturaliter & quasi a causa naturali necessitate quadam emergit, neq̧ est in nostra potestate, nisi mediate: quẽadmodum actus sciẽdi & cognoscendi intellectus, quos apertissimum est non libere sed naturaliter assurgere, Sicut aũt volũtas actũ cognoscẽdi finem prohibere potest auersione intellectus, dirigendo aciem in alia: ita & amorem actualem finis, cum volũtas ferri nequeat in incognitũ. & quia cuilibet rei apprehensę in ratione boni vel honesti vel delectabilis aut vtilis voluntas absolute affici potest, q̃ amor vel cõplacẽtia nõ est consensus aut electio, cum amor consensus aut eligentię semper sit vt medij propter aliud vt finem, sed est volũtas appetitus finis, exponẽdo rationem finis negatiue, vt cõsistat in non ordinari ad alia. secus de fine a finiendo & determinando media ad ipsum ordinata. Vñ oportet distinguere duplicem voluntatem, scilicet appetitus, & eligẽtię. Vnde Bonauentura. xxviij. dist. ij. sententiarũ tractans illud Augustini, Nihil tam in potestate voluntatis est, quam ipsa volũtas, & capit voluntatem ꝑ actu volũtis, obijcit, Multo facilius est hoĩ ieiunare, magnos labores subire, & oĩa bona sua spargere q̃ voluntatem suã abnegare, quam inimicũ diligere. Pręterea sic quandocũq̧ homo vellet, iust⁹ esse, Respondet primo ꝙ Augustinus ibi includit auxiliũ C D

gratiæ: & sic &c. Secundo ad propositũ nostrũ respondet ꝙ argumentum procedit de velle vt nominat actũ potentiæ affectiuæ, vt scilicet est quædã potẽtia naturalis, nõ autem vt nominat actum liberi arbitrij. Primo modo velle aliquid idem est ꝙ affici ad illud. Secundo modo idem est ꝙ eligere. Voluntas autem appetitus adeo aliquãdo adhęret rei, vt vix vel nunq̃ possit ab ea separari. Sed secũdũ velle semper manet in nostra potestate, & dicitur velle eligentię, sed quia non est efficax nisi inquantũ pręualet voluntati appetitus, & illi nõ præualet nisi per gratiã, vnde multi sunt peccatores qui vellent esse iusti, & ꝙ nũq̃ affectarent mala, nihilomin⁹ tamẽ manẽt in sua iniustitia, q̃a non adiuuantur a diuina gratia. Hæc ille. Idem aperte cõfiteri videtur Augu. viij. confessionum, Mirantur quidnã monstri sit, imperat anima corpori & tãta facilitas est: vt vix discernatur a seruitio imperium. Vbi autẽ imperat vt velit nec alter sit ab imperante, neq̃ tamẽ facit, respõdet, Fremebam, & turbulentissima indignatiõe indignabar ꝙ dei pactum & placitum non iam prosequerer. mecũ contendebam, & a meipso dissipabar, & ipsa dissipatio me inuito fiebat. Ostendit etiam in se fuisse compugnãtes amores, & aliorsum a se traxisse. quod de velle liberis non cõtingit. Ergo oportet inesse amorem alium quẽ necessitate patimur, non libere elicimus. Et Hieronymus in epistola ad Rusticum sententiam Philosophi probans, q̃ amorẽ veterem amore nouo tanquã clauũ' clauo doceret expellere, quemadmodum Assuero regi principes fecere Persarũ, vt Vasthi reginæ desideriũ, aliarum puellarũ amore compesceret, refert se vidisse adolescentem græcum in quodã cœnobio Aegypti qui nulla cõtinẽtia, nulla operis magnitudiue flãma poterat illecebræ extinguere, quẽ pater cœnobij odio infamiæ seruauit, seu amore purgãdi infamiam, prout latius refert. ergo sentit amorẽ talem nõ libere, sed naturali quadã necessitate oriri. Præterea. Philosoph⁹ .x. Ethicorum: Natura quidẽ inquit nõ est in nostra potestate: sed per diuinã quandã causam existit. Sermo etiam & doctrina nõ in oib⁹ habet vires, sed oportet vt ante cult⁹ sit moribus auditoris animus ad recte gaudẽdũ odiẽdũq̃,

tanq̃ ager qui semina sit nutritur⁹. & ergo educatione & assuefactiõe op⁹ est: q̃m modeste & tẽperate viuere multis pręsertim iuuenib⁹ nõ est delectabile: sed molestiã nõ afferent si fuerint consueta. Hoc pręterea videt quia semper amor seu appetitus finis prærequirit vt ratio consiliũ vel deliberatio vĩ habeat: & ita naturaliter nõ libere inest sicut est actus scientię. His p̃missis pono hanc conclusionẽ. Consensus in opus peccati vniuersaliter est peccatũ, aliq̃n veniale, aliquãdo mortale. Nullũ autem mortale dari potest absq; libero cõsensu volũtatis. Prima pars patet, quia omnis consensus im mortale, est mortale pc̃tm̃. consensus vero in opus veniale nisi tollat conditionẽ propter quam a mortali vacabat, est tantũ veniale peccatũ. Primum patet manifesta sentẽtia Apl̃i ad Rom. j. Qui cũ iustitiã dei cognouissent, nõ intellexerunt: q̃m q̃ talia agunt, digni sunt morte: non solũ q̃ faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. & vt dicit glo. de officio delegati. ca. j. Quadruplex est consensus, videlicet cooperatiõis, cõsiliũ, negligẽtię, & auctoritatis seu defensiõis: & vltimũ deterrimũ est. xxiiij. q. iij. qui aliorũ. Superaddo quintum, videlicet cõsensum cõplacentiæ, quo videlicet licet nolit quis actũ facere, placet tamen sibi vt per aliũ fiat, & quasi pascitur ipso opere malo. Quod autẽ hic quintus modus cõsentiendi sit mortale peccatum, probo, quia minus est sibi complacere seu lętari de ruina p̃ximi, q̃ de quocunq; mortali peccato. sed primũ est mortaliter culpabile: ergo & secundum. Minor patet Prouer. xvij. Qui in ruina lętat alterius, nõ erit impunitus. Et ne puteris eum puniendum esse vt pro veniali, Iob audiam⁹. Si, inquit, gauisus sum ad ruinã eius qui me oderat, & lętatus sum cũ inuenisset eum malũ. non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicẽs animã eius. Vbi hoc horrere videtur quasi mortale peccatum. Et apl̃us. j. ad Corin. vj. Neq; maledici regnum dei possidebunt. Sed maledicere nihil aliud est quam p̃ximo malum optare; & idem est de malo alterius lætari, seu cõplacentiã sumere. Et ita cum incomparabiliter deterius sit p̃pter malũ culpę lętari, q̃ p̃pter malum pœnæ: sequitur p̃positum. Quod autem cõsensus in actum venialis cul-

E (margin, beside "Consensus in opus peccati")
F (margin, beside "bus. & vt dicit glo.")
G (margin, beside "p̃positum. Quod autem")

pę sit peccatum veniale, patet: quia secũdum Aug. Si quis voluerit ex necessitate vel volũtate adulari maiorib⁹, si qs voluerit immoderate dormire, ad minuta peccata ptinet. xxv. dist. vnũ orarium. §. criminis appellatione. ergo consensus in actum venialis culpæ, solum est veniale pctm̃. Et ibidem aperte dicit Gratianus ꝙ multa deliberate cõmittuntur quæ ad damnationẽ non sufficiunt nisi frequenter iterata fuerint, & in consuetudinẽ deducta. Quomodo autẽ hoc intelligi debeat, anno superiori exposui, quomodo videlicet iteratio vel cõsuetudo inducere possit mortale peccatũ in illis. Dico notanter nisi tollat conditionem

H ꝓpter quam a mortali excusabatur: quia si illam tollit, bene fit mortale peccatũ: vt patet de ijs quæ ex genere sunt mortalia, sed per surreptionem excusantur a mortali. his si adhibitus fuerit cõsensus, sunt mortalia: quoniã surreptio excusatur a mortali inquantum consensum non admittit.

I ¶ Sed est duplex consensus in opus aliqđ mortale, scilicet verus, & interpretatiuus. Consensus verus dicit actũ elicitũ complacentię seu electionis. Interpretatiuus dicit̃ instar & ad similitudinẽ causæ priuatiuæ. Sicut enim nauta dicitur causa submersionis nauis per suã absentiam quando potuit & debuit prohibere submersionẽ nauis, & non ꝓhibuit: ita quis dicitur in aliquod consentire interpretatiue quando potuit & debuit aliquid ꝓhibere, quod tamẽ ꝓhibuit minime. & ita consensus negligentiæ est consensus interpretatiuus sine etiam quocũque actu positiuo voluntatis. Et dico notanter quando debuit: quia licet qs ꝓhibere opus mortale potuit: si nõ debuit seu obligat⁹ fuerit ꝓ tunc prohibere, non censetur ex hoc consentire: sicut nec nauta per absentiam est causa submersiõis nauis nisi directio nauis stet suo oneri. Vnde si qs se occupãs in correptione vel sermone necessario saluti subditorum, ex hoc sinat alium quem seruare potuisset ruere in aliqđ crimen, vel charitatis cõsilio sciens eũ vicinũ mortali peccato permitteret ruere pręsentibus alijs vt efficacius reducere possit: non ex hoc dicitur consentire. Consensus verus est duplex, absolutus, & conditionatus. De cõditionato cõsensu in mortale opus quod sit etiam mortale peccatum, probo

auctoritate August. libro de libero arbitrio dicētis: Si cui etiam non contingit facultas concumbēdi cum vxore aliena, tamen planum sit eum aliquo modo opere, & si potestas detur, esse facturū: nō minus reus est quam si in ipso facto deprehenderetur. Ergo conditionata volūtas concūbendi, puta velle concūbere cum aliena si facultas daret, est mortale peccatum. Preterea Matthei. v. Qui viderit (inquit Saluator) mulierē ad concupiscendū eam &c. Ergo si quis optat concupiscere, aut si velit vbi opportunitas se offerret, iam mœchatus est, cum sit vtrobique par ratio turpitudinis. Et hec ratio videtur secundum Aug. Si quis velit furari si posset impune, & nihil tulit, furti reus tenet. de pœnitentia dist. j. cap. si propterea. vnde deducens super verbo ꝓphete, Confige timore tuo carnes meas &c. quod timor seruilis carnē non crucifigit: Viuit enim (dicit) peccandi voluntas: que tunc apparet in opere, quando sperat impunitas cū vero pœna creditur secutura, latenter viuit: viuit tñ. mallet enim licere. dolet non licere qd lex vetat: quia non spiritualiter delectat eius bono, sed carnaliter malum metuit quod minat. hec ille. Sed non viuit illa voluntas absoluta peccandi, sed dūtaxat conditionata: ergo illa excludit charitatem, & est mortale peccatum. Hinc Scotus xv. d. iij. dicit conditionatū velle sufficere ad meritū æterne vite, etiā damnatiōis eterne: quale forte fuit (dicit) peccatū in angelis. & intēdit de appetitu æqualitatis ad deū. Sed contra istud videtur, de sanctissimis viris hæc conditionalis verificatur: Isti negabunt Christū si eis mors comminetur, vel cadent in adulteriū si vehemēter tentati fuerint, & nulla eis immineat infamia. ergo cōditionata voluntas operis ꝓhibiti non ponit mortale pctm̄. Præterea multi vellent fornicari si deo nō displiceret, aut si licitum esset, & sic de alijs: neq; videntur in hoc turpe velle. ergo &c. Respondeo ad primū, Aliud est hominem sic dispositum esse ꝙ in euentū certe conditionis aliquid sit voliturus: & aliud est hominē velle sub conditione: vt scilicet cōditio sit pars predicati siue obiecti voliti. Primum nullum arguit aut requirit actū voluntatis vt eque verificetur de non vtente actualiter ratione, sicut de vtēte. Sed secundū

dūtaxat reperitur in actu positiuo volūtatis, quāquā potius velleitas dici debeat quam voluntas secundum quosdam. Sed quid de hoc sit, nihil refert ad præsens: dūmodo hoc certum teneatur ꝙ etiam volumꝰ nonnunquā aliqua sub conditione quā existere putamus, vbi est efficax velle quo in actum progredimur, licet obiectum sit conditionatum. Ad aliud respōdeo ꝙ in talibus conditio adiecta adi-
L mit & tollit turpitudinē alterius partis obiecti voliti: & si non est peccatum, si non displicet deo, si sit honestū: & sic de alijs. In superioribus vero loquor de cōditionibꝰ turpitudinem non auferentibꝰ: sicut si possem impune, si opportunitas adesset, si homines non offenderet, si sanitatem nō lęderet, si facientem nō infamaret &c. Vnde siue velit siue optet sub tali cōditione opus ꝓhibitum, peccat mortaliter. Sed semper aduerte quod aliud est, optaturꝰ vel voliturꝰ essem si cōditio illa existeret: aliud, opto vel volo aut desidero sub illa conditione. ¶ Contra hoc quod dictū est consensum in actum peccati aliquando tātum esse veniale peccatum, videtur illud August. in Ioannē, & ponitur in glo. primę ad Corinth. ix. Digne sumit, sup. corpꝰ domini, si quū de criminalibus pœnitet, displicēt venialia, etsi fragilitate humanę conditionis sciat se statim ad ea reditur ū. Nullū peccatum veniale est dum placet. quātūcunq; paruum, fit mortale. si vero displicet, nullū iudicatur. qd Gratianus allegans in §. criminis appellatione. xxv. dist. dicit: Nullum peccatum adeo veniale est, quod nō fiat criminale dum placet. Vbi glos. in verbo criminale: Cuius assiduitas & contemptus non fiat mortale. Vel dicit secundum alios, solus contēptus est mortale peccatum: sicut exponitur: Accedit verbū ad elementum, & fit sacramentū. ergo nunquā consensus in veniale peccatum potest esse peccatum veniale. Idē firmare videtur Beda tractans illud Iacobi: Confitemini alterutrā peccata vestra. Peccata (inquit) quę ex ignorantia vel infirmitate committuntur, dicit & pręcipit alterutrum confiteri: quia facile dimittunt. quęcunq; vero ex deliberatione, non nisi per pœnitentiam. Et cum prima pars intelligi habeat de venialibꝰ, ex quo nulla mortalia post baptismum contracta deleri possunt sinę

pœnitētia oportet(ne caudā separem⁹ a capite, iuxta cap. maiores.de bap.& eius effe.)quod altera pars etiam intelligatur de venialibus. Et per consequēs qui deliberate vult aliquod veniale, quod est in ipsum consentire, peccat mortaliter, quod est propositum. Respondeo ad primū vt dicit beatus Tho.xx.distinctione.iiij.sententiarum.questio.vl. Verbum Aug.intelligi habet de illa placētia quæ ad fruitionem pertinet, in qua omnis hūana peruersitas cōsistit, dū vtendis fruimur, aut econtra: vt dicit Aug. Alias om̄e veniale quod volūtarię cōmittit̄, cū certum sit ipsum placere, esset mortale peccatū. Gerson in libro suarum cōclusionum limitat ad veniale quod per surreptionē vel similem causam excusatur a mortali. In illis enim accedēte placentia libera seu libero consensu fit mortale. Vel posset intelligi si placet quia peccatū. hoc enim est diabolicę obstinationis velle aliquid quia peccatum est. Ad verbum Bedę fateor quod tota cōgeries sententiæ suæ intelligi debet de opere veniali ex genere, vt mētiri officiose, loqui ociose, & sic de alijs. Sed aliud est hominem deliberatū aliquid facere, & aliud ex deliberatione. Deliberatus enim vel deliberate facit quando per viam seu inquisitionem cognita veritate facit. Sed ex deliberatione quando sine deliberatiōe nequaquam esset facturus: sed quia per deliberationē rei qualitates cognoscit, vult facere: sicut.iij. Ethicorum distinguit philosophus inter ignoranter facere, & ex ignorātia facere. Ergo veniale peccatū ex deliberatiōe est velle ip̄m facere quia cognoscitur esse peccatum, vbi alias si cōperisset non esse peccatum, noluisset facere: quod ꝓprie est peccare de industria, & est diabolicæ obstinationis, neque accidit sine mortali contemptu dei. Et ne decipiaris, licet scrutetur an aliquid sit mortale vel veniale, & cōperto quod sit veniale, vult ipsum prosequi, si mortale, non: adhuc videtur peccare ex deliberatione, nisi ideo velit opus ipsum quia peccatum, & non sufficit quod velit quanuis peccatum est, & hoc sciat. ¶ Probo nunc secundam partem cōclusiōis, videlicet quod absq; libero cōsensu &c. Et primo per illud domini ad Caim. Gene.iiij. Nōne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim peccatū tuū in foribus ad-

M

erit. Et subdit ad ꝓpositum nostrum: Sed subter te erit appetitus tuus: & tu dominaberis illius. Et erat tunc Caim in statu damnationis & mortalis culpę. Ergo in quocūq; statu fuerimus siue gratiæ siue damnationis, sub nobis est id est sub potestate nostra & dominio nostro appetit⁹ peccati, & nos dominamur illius. Idem videtur manifeste voluisse apostolus. i. ad Corinth. x. Benedictus deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cū tētatione prouentū vt possitis sustinere. Sed nō dominamur neq; vtimur libertate nisi ratione cōsensus liberi. ergo nullum mortale committi potest sine libero consensu voluntatis vero vel interpretatiuo, cōditionali vel absoluto &c. ¶ Et cōfirmatur: quia si sic, maxime esset de odio proximi, aut appetitu nocēdi proximo, cum hoc valde videatur contra charitatem. sed hoc non. ergo &c. Minor patet per glo. Matthę. v. super verbo. Omnis qui irascitur fratri suo. Ita est omnis malus motus ad nocendum. Subit⁹ autē motus cui non consentitur, propassio est. accedente consensu passio est, & mors in domino. Et licet dixerim existentem in statu mortalis culpæ dominium & libertatē habere cōmittendi vel vitandi quodcunq; mortale peccatum: nō tamen assero quod oīa vitare possit nō recuperata gratia. Sed quoniam sufficiēs semper auxilium sibi offertur quo resurgere possit, & sic oīa vitare, vt lati⁹ deduxi ī Q̄d. libet. an licet eucharistię vel absolutiōis beneficiū ministrare illi q̄ se dicit a peccatis abstinere nō posse &c. ¶ Ad rationes: ante oppositum. Ad primam respōdeo: Infidelitas vt dicit puram negationem fidei, non est peccatum, sed potius pœna consequens originale peccatū, iuxta illud Ioan. xv. Si nō venissem, & loquutus eis non fuissem: peccatum nō haberent. & loquitur de peccato infidelitatis: sed certe renisus voluntatis facit eam esse mortale peccatū. vt ostēdit Tho. ij ij. quæstione. xj. ar. j. & idē est de negligētia inquirendi. & ita interuenit liber consensus vel ver⁹ vel interpretatiuus voluntatis. Quod autem dicitur, implicat dicere ꝙ aliquis volēs erret, & ex hoc bene sequit̄ ꝙ ergo non interuenit liber consensus ver⁹ errendi, sed nō arguit qui intercurrat consensus interpretatiuus in errorē: omit-

tendo q̄d facere deberet ad prohibēdum errorē, vel verus consensus in id quod est error, quāquam nō credat esse errorem, & hoc sufficit, imo etiā sufficeret cōsensus in aliud vnde comitetur talis error culpabilis, quia dico solū necessario interuenire liberum consensum vt quis peccet mortaliter. Ad confirmationem ex Verbo Ioānis.xij. dico ꝙ non posse ibi dicit idem ꝙ necesse non, & hoc necesse solum dicit necessitatem consequētiæ non consequētis: vt quia scriptura asserit Antichristum futurum perditiōis filium, necesse est ꝙ peccabit. Sed talis necessitas vtiq; stat cum contingentia consequentis. & vbi oppositum futurum esset, nūquam hoc scriptura asseruisset ¶ Ad secundū de desperatione respondeo quia posset mediante dei auxilio prohibere desperationē libero cōsensu interpretatiuo cōsentit in desperationem, quia illud possumus q̄d per amicos possumus. tertio Ethicorum. Ad tertium, licet Augustin⁹ in passu allegato videtur posse limitari ad casum dum verus consensus adhibetur in ipsam illecebram seu turpem delectationem, in hoc quod dicit, tenens tamen, & libenter volens, quæ statim vt attigerunt animū, respui debuerunt, nihilominus sistendo in communi intellectu doctorū respondeo ꝙ ad minus priusquam ipsa delectatio fiat morosa, interuenit necessario consensus interpretatiuus volūtatis. Non enim dicitur morosa a diuturnitate temporis sed secundum beatum Tho. prima secundæ. q. lxxiiij. ar. vj. a morā faciendi quod voluntas facere debuit: sicut quis dicitur in mora soluendi. Probabile tamen est ꝙ talis cōsensus interpretatiuus non facit mortale, nisi illecebra magna fuerit, vt periculum sit perducendi animum ad cōsensum in opus vel delectationem seu illecebram ipsam. Vn̄ Bonauentura. xxiiij. di. ij. sententiarū causam assignās quare delectatio morosa sit mortalis, designat pro causa, q̄a aduertit periculum. sed limitate loquitur, cū & delectatio & opus nepharium de quo est, displicent, sed idem credo cū pro magnitudine delectationis aduertere debuerit periculum, & siue displicet, siue non. ¶ Ad quartum respondeo, Licet nulla potestas comparetur dęmoni in reb⁹ ad extra efficiendis: vtiq; tamen in libertate voluntatis, cum possi-

mus nostro arbitrio & bene & male velle: dęmon tantum male: Iterum etsi per nos tentationib⁹ dæmonũ resistere non valemus, vtiq; tamen mediante dei gratia, quę semp̱ nobis præsto est & offertur, faciens cum tentatione p̱uentum, vt possimus sustinere &c. Et argumentũ Gregorij de implicatis inuentis &c. procedit supposito errore intellectus: vt patet in omnibus tribus exẽplis q̃ adducit. Perplexitas enim primi accidit quia credit se iuramento obligari vt futurum adulterium vel homicidiũ quãtũ in eo est non prohibeat, quum tamen iuramentũ esse nequeat iniquitatis vinculum. xxij. quęst. iiij. inter cætera. Imo & si in confessione percepisset, vtiq; posset alium accusare nõ intimendo personã confitentis, vt tradunt doctores. In secũdo, quia credit votum obediẽtiæ ad illicita se extẽdere. In tertio, quia credit ratione boni finis seu vtilitatis p̱ximorum hominem astringi ad ea que sibi nõ licent: puta ad exercitũ potestatis simoniace adeptę. ¶ Ad cõfirmationem
Q ex Isidoro dico vt. v. Metaphy. dicitur: Necessitas dicit̃ nõ solum vbi oppositum est penit⁹ impossibile seu implicans contradictionem, sed etiam cuius oppositũ est valde difficile, quomodo dicim⁹ claudũ necessario curue ambulare, quod non nisi magna difficultate recte ambulat, sic quia nõ leuiter relinquo quod facere soleo, & iuxta Hebenverbũ animo inueteratum vsum permanere amici, atq; eũ tã dem hominibus naturã esse, vt refert Philosoph⁹. vij. Ethi. Sed hoc solum forte adhęsionem vocare voluit, & quã sit difficile vincere. Etiam loquitur Isidorus de necessitate p̱ exclusionẽ diuinæ gratiæ: vt patet per exceptionẽ quã adiungit, nisi (inquiens) diuina gratia manũ iacẽtis apprehẽdat, & hoc concedo. Sed plurimorum manus a deo apprehenduntur qui tñ extra puteũ nõ trahũtur, q̃a semetipsos iuuare nõ satagũt, vt si iacẽti in puteo chorda porrigit̃, qua se valeat liberare, sed quia laboris piget, aut pœnã refugit sua culpa, nõ offerẽtiũ restẽ i puteo p̱seuerat.



ECVNDO inquirere habeo vtrũ pecuniæ vel rei alterius amor primũ inculpat⁹ aut tãtũ venialis adeo increscere possit & augeri vt fiat mortale peccatũ. Et videtur primo q; nõ:

quia si sic, ex solis venialib⁹ peccatis posset aliquod mortale constitui: & certe venialibus peccatis correspõderet pœna infinita secundum extensionem: quod falsum est & impossibile. Primum deduco sic, pono gratia exempli primũ gradum amoris tantum esse veniale peccatum, & amorẽ qui per augmentationem iam habitus est, mortale pctm̃ esse viginti graduũ aut triginta. Tunc si primus grad⁹ tantum erat veniale pcĩ m̃, ergo etiam quilibet sequentiũ: cũ sint eiusdẽ rationis & intẽsionis. Cũ ergo illi viginti vel triginta gradus constituãt totũ illum amorem, sequitꝰ ꝙ illa viginti vel triginta venialia faciũt vnũ mortale, cũ totum nihil aliud sit ꝙ suę partes simul sumptę. Falsitas imo implicatio illi⁹ patet: quia cũ pœna cuiuslibet illorũ sit finita, & eiusdẽ rationis: collectio ex oĩbus pœnis eorum erit finitum, quũ finita numero finito sumpta nequeant constituere infinitum. Et cum pœna cuiuslibet mortalis sit infinita scdm̃ extensionẽ: sequitur ꝙ eadẽ pœna erit finita secundũ extensionẽ & infinita. Secundũ, videlicet ꝙ venialib⁹ correspondere pœna infinita, deduco: quia si toti pctõ correspõdeat tota pœna: medietati peccati scdm̃ intẽtionẽ correspondet medietas pœnę eo modo quo medietatẽ habet puta secundũ acerbitatẽ: & quartę, quarta pœnę: & sic proportionabiliter in ĩfinitũ. ergo tricesimę parti amoris correspondet tricesima pars pœnę. sed tricesima pars amoris ponitur peccatũ veniale, & tricesima pars pœnę est infinita secundũ extensionẽ: & ita veniali pctõ correspõderet pœna infinita: & sic veniale esset mortale. Antecedens pbo ex proportione, quomodo argumentatur Philosophus vij. Physicorum de medietate mouẽtis, aut medietate mobilis &c. Secũdo, quia acerbitas pœnę correspondere videtꝰ intensioni peccati: iuxta illud Apocalyp. xviij. Quantum glorificauit se in delicijs, tantũ date ei de tormento & luctu. & illud Deuterono. xxv. Secũdũ mensurã delicti erit & plagarum mod⁹. Pręterea qui alteri soluit quantũ debet, nullam irrogat ei iniuriam si cui minus debet, adhuc plus dederit. ergo qui deo tribuit amorem summo bono vel vltimo fini debitum pro tempore quo eum præceptum astringit, non peccat quantũlibet intenso amore alio

in tempore creaturã dilexerit. neq; hoc arguit si actũ diligendi creaturam aliquando comitetur culpabilis omissio dilectionis dei, quia sic occupationẽ aliã vel somnũ oporteret mortale fieri: quod nemo sanę mẽtis dixerit. licet enĩ concurrat cum aliquo mortale peccatum: non propterea ipsum oportet esse mortale peccatum. Prętetea quantũlibet intenso amore quis creaturã dilexerit, potest velle ꝓ Christo vbi opus seu necessariũ erit, creaturam illam seu amorẽ illius relinq̃re. ergo retinet Christũ ꝓ fundamẽto amoris: & ꝑ consequens qđ superędificauerit, põt esse lignũ aut fœnũ aut stipula: vñ detrimentũ patietur, sed non erit mortale peccatũ: iuxta sententiam Apostoli. j. ad Corinthios. v. Ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi ꝑ ignem. Antecedẽs patet: quia potest hoc quis experiri in se. Et cõsequentia tenet: quia hoc manet fundamentũ amoris pro quo ceterà ꝑdere parati sumus. Ad oppositum & pro veritate est illud Iacobi. iiij. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimicitia est deo? quicũq; ergo voluerit esse

A amicus hu⁹ seculi, inimicus dei constituit. ¶ Pro huius solutione valde videtur mihi fuisse solicitus beat⁹ Aug. duo ex scripturis fundamenta colligens. Primũ est illud Apostoli. j. ad Timo. vj. Habẽtes alimenta, & quib⁹ tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidũt in tentationem & in laqueũ diaboli & desideria multa & nociua quę mergunt hominem in interitũ & perditionẽ. Radix enim omniũ malorum est cupiditas: quam quidã appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Secundũ est illud apostoli. j ad Corinthios. iij. Fũdamentum aliud nemo potest ponere &c. si quis autẽ superędificauerit supra fundamẽtum hoc aurum, argentũ, & lapides preciosos, lignũ, fœnum aut stipulam, vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne releuabit, & vniuscuiusq; op⁹ quale sit ignis ꝓbabili. si eius opus mãserit quod superędificauit, mercedem accipiet. si cuius opus arserit, detrimentum patietur. ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Ex primo concludit primo de ciuitate dei cap. x. q̃bus terrenę diuitię perierunt, si eas sic habebant sicut ab isto foris paupe, in-

tus diuite (& loquit de Paulo apostolo) id est si mōdo vte bantur tanquā non vtentes: potuerunt dicere qd ille grauiter tentat⁹, & minime superat⁹, Nudus egressus sum de vtero &c. dn̄s dedit, dn̄s abstulit: sicut dn̄o placuit &c. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis quamuis ea non præponerent Christo, aliquanta tamen cupiditate cohęrebant, quantum hęc amando peccauerunt, perdendo senserunt. Tantum quippe doluerunt, quantū se dolorib⁹ inseruerunt: sicut apostolū supra dixisse cōmemoraui. & ibidem valde btm̄ Paulinū episcopum Nolensem commendat: qui dū omnia sibi auferrentur, dominū orauerit: Domine non excruciet ꝓpter aurum & argentum. vbi enim suntomnia mea, tu scis. Regula igitur quam ex verbis apostoli colligit Aug. hęc est: Tantum quisq; peccauit amādo diuitias, quantū dolet eas amittendo, licet eas Christo nūquā præponeret. Ex illo argumētat. xxj. de ciuitate dei. c. xxvj. Quisq; sic habet in corde Christū, vt nō ei terrena & tēporalia nec ea quę sunt licita ac concessa pręponat, fundamentum habet Christū. si autem pręponit, etsi videatur fidem habere Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia ꝓponunt. quanto magis si salutaria ꝓcepta contēnens committat illicita, etiā nō pręposuisse Christum, sed postposuisse conuincitur, quem posthabuit imperantem, dum contra eius imperata seu concessa suam per flagitia delegit explere libidinē. Infert: Si Christianus diligit meretricē, & ei adhęret: non habet fundamentū Christum. Si autē vxorem secundū seculum, carnem diligit. si in morbo concupiscentiā, sicut gentes quę ignorant deum, etiam hoc secundum veniā concedit apostolus, imo ꝑ apostolū deus. Potest ergo & iste habere in fundamēto Christū. Si em̄ nihil ei talis affectionis voluptatisq; pręponat, quāuis superędificet ligna, &c. Christ⁹ est fundamentū, & ipse saluus erit per ignē. Etiā qui amat patrē vel matrem plus quā me, nō est me dign⁹, ait saluator Matthęi. x. Verū qui hos sic amat carnaliter, vt tm̄ eos Christo dn̄o non pręponat, malitq; ipsis carere q̄ Christo si ad hūc articulū tentationis fuerit adduct⁹: per ignē saluus erit: quia eorū amissione necesse est tm̄ vrat dolor quātū hæserat amor.


Idem sententionaliter ponit in enchiridio. xcvij. ca. Quando alterutra cōditiōe inqt ꝓposita eis carere malit q̄ Christo, nec timore amittendi talia deserit Christū: quāuis doleat dū amittit, saluus est quidem, sic tamē quasi ꝑ ignē: quia vrit eum rerū dolor quas dilexerat amissarū, sed nō subuertit neqꝫ cōsumit fundamentū stabilitate atqꝫ incorruptione munitū. Pro hui⁹ intellectu clariori est aduertendum ꝙ de ratione fundamenti est ferre seu sustinere totū pōdus seu onus ędificij: vt quo illud tractū fuerit necesse sit aliorū quodlibet vel iam ab ædificio decidere, vel fundamentū sequi. Huiusmodi similitudine ꝑ metaphoram quandā illud in corde seu affectu hominis dicit fundamentum, cuius amor sic mentē absorbet atqꝫ implet, vt quicquid aliorsum trahit a fundamento, necesse est vt decidat finaliter a corde quando stare non pōt, & sequi quo pręit fundamentū. Et ergo si nullius amor hoc modo cor occupet: nihil sibi est fundamentum. Si pluriū amor insimul, illa simul sunt ei pro fundamēto. Huius exemplum capite de vi magnetis impressa ferro. vis illa seu virtus impressa mouet ferrum ad eum magnetē a quo imprimitur, sicut amor ad ipsum amatū. Vbi in diuersis locis magnetes posueritis: qui vigorosior extiterit, peruincet aliorū vires, & ferrū deducet ad se: & ille magnes est ferro quasi fundamentū. Si vero ęque fortem & magnū inferius posueris, & consimilem penitus sursum, neutrū habebit ferrum ꝓ fundamento, sed manebit suspēsum in medio: quomō ferrea tūba maledicti Machometi fertur in aere detineri. Similiter si in eodē situ ęque fortes magnetes locaueris, ambo simul ferro fundamentū erunt, neuter solus totum fundamentum. Infero. Vbi ergo amor Christi nō ita singulorum & omniū excedit amorem, vt quo Christus ierit sanctis pręceptis suis, sequanf, vel decidant ab amore, quō si prędominantē magnetē a loco traxeris, tandē penitus deperit magnetū virtus, & in ferro extinguitur: ita qui non sequuntur Christū, ibi dico Christū non esse fundamentū. quod satis patere credo ex p̄missis. Hoc supposito respondeo ad quęsitū affirmatiue: ꝙ adeo increscere potest & augeri amor creaturę primū venialis tantū aut inculpat⁹, vt

post sit mortale peccatū. Probo per illud .j. Ioannis .ij. Nolite inquit diligere mundū, neq; ea q̄ sunt in mundo. Glo. interlinea. id est abundātiā vel pulchritudinē eius, vt aurū, argentū, & omnem luxū diuitiarū. Addit apostolus ꝓ causa. Si quis diligit mundū, non est charitas patris in eo. vbi glo. interli. Sicut enī per odiū proximi, ita per amorē mūdi extinguitur amor dei. Preterea Hiero. cōtra Iouinianū Nihil inquit interest ex quam honesta causa quis insaniat. vnde & Sextus Pythagoricus ait in sententijs: Adulter est inquit in suam vxorem amator ardētior. In aliena quippe vxore omnis amator turpis est, in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare cōiugē, non affectu. xxxij. q. iiij. origo: Itē Ecclesia. x. Nihil iniquius est q̄ amare pecuniā. hic enī & animam suā venalē habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Item Ioan. xij. Multi ex principibus crediderūt sed propter Phariseos nō confitebant, vt de synagoga nō eijcerentur. dilexerunt enim gloriā hominum magis q̄ gloriam dei. Ergo amor creature tantū intendi potest, vt fiat mortale peccatum. Probo consequentiā: quia tantum augeri potest, vt realiter extinguat Christi amorē, sicut delectatio vehemens expellit omnem tristitiam non solū que contraria est, sed etiam contingentem. vij. Ethico. Etiā facile tantum augetur, ꝙ Christus non maneat fundamētū. sed hoc solum fit per mortale peccatum. Cum ergo nihil aliud ibi fuerit q̄ amor nimius, & nō adhuc perpetratio alteri⁹ illiciti, sequitur propositum. Preterea tenemur quo ad animi præparationem omnia velle perdere pro Christo sub pœna æterne dānationis, sed tn̄ augeri pōt amor creaturæ vt nos impediat paratos eē omnia ꝓ Christo perdere. ergo &c. maior patet ꝑ illud Luce. xiiij. Oīs qui nō renūciat oībus q̄ possidet, non pōt esse meus discipulus. vbi glo. Relinquere oīa tm̄ est ꝑfectorū: sed renūciare, oīb⁹ cōpetit: q̄a ita licite vtūtur mūdanis q̄ possidēt, vt tn̄ mente tēdāt ad æterna. e. c. dicit. Si q̄s venit ad me: & nō odit patrē suū aut matrē &c. adhuc aūt & aīam, id est vitā suā, non potest meus esse discipulus. Sed solū mortale depellit hominem a discipulatu Christi: ergo non esse paratum omnia sua reliquere &c. est mortale. Et minor patet: q̄a ex

nimio amore creaturæ quis freqūēter ita adhęret creaturę vt vbi creaturā oportet relinquere & perdere: aut xp̄m mortaliter offendere: mallet longe Christum offendere q̄ &c. ergo talis amor impedit hanc animi præparationem. Et confirmo. Tenemur non solum vitare peccata, sed etiā
E oēs occasiones verisimiles mortalis peccati: imo & de q̄bus discrimen nobis imminet mortalis culpæ. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Ecclesiastici. iij. Etiam p̄ceptum habemus exire de medio eorum: separari ab eis: immundum non tangere. ij. ad Corinth. vj, & Esaie. lij. Sed hoc separari solum videtur ad nostram cautelam necessarium: vt videlicet occasiones verisimiles de quib⁹ p̄babile dubium fuerit pertrahendi nos in mortale, fugiam⁹ & vitemus. Hinc Grego. & ponitur de penitentia distin. v. cap. falsas. Cum ergo frequenter ex immodico amore seu immoderato periculum immineat vt homo pertrahatur in mortale, oportet ad minus tunc propter illum amorē nimium concurrere peccatū mortale in voluntate, & verisimile etiam ipsummet amorem tūc esse mortale peccatū: quum non sinat Christum nostri cordis esse fundamentū.
F ¶ Ad rationes ante oppositum. Ad primā nego sequelā: & ad probationem adductam dico q̄ licet quilibet graduū per se & separatim esset veniale vel nullum peccatū: tamen insimul sumpti sunt vnū peccatū mortale. Do simile accipio centum milia granorū tritici de cāpo alterius. est mortale peccatum, & tamen acceptio vniuscuiusq̄ grani vbi separatim & seorsum existeret, nullū penitus peccatū foret, vt recte dicit Tho. secunda secundę. q. lxvj. articu. vj. Propter exiguitatem nullum damnum cēsetur proximo inferri, imo dico quod in parua re dominus pręsumit nō esse inuitus. Similiter odium fratris surreptitium est tātū veniale peccatum: & si continuando per quodcunq̄ paruum momentum temporis seorsum tātum foret veniale peccatum, sed per totum aliquod temp⁹ in quo potuisset deliberare, & non repulit deliberando, est mortale peccatum. nec valet consequentia, per se seu separate essent venialia peccata, & in toto existētia nō sunt mortalia peccata ergo manēt venialia, quia in toto nō sunt peccata, sed par

tes vnius mortalis peccati. Intelligo hoc quib⁹ determinata pœna debeatur a pœna totius. Stat em̄ ꝙ habeant deordinationē, & nō sint imputabiles ad pœnā eternā. Sed cū toti pœna æterna correspōdeat, pœnæ quæ partibus seorsum deberentur, absorbentur quasi & euanescūt in pœna toti⁹, ita quod nihil eis speciale correspōdet. alias dicere oportet quod venialia cum faciunt totum habens determinatam deordinationem a deordinationibus partium, possunt reddere mortale. Deductio vero argumenti procedit quādo deordinatio totius solum est quid collectum ex partium deordinationibus, ita quod totum nō magis sit cōtra charitatem, quam quælibet partiū collectarum sumpta seorsum. Quæ harum solutionum alteri preferri debeat: ad alia properans, auditoris iudicio relinquo. Ad deductionē secundę partis sequelæ cum arguitur: Si toti correspōdet tota pœna oportet medietati peccati correspondere mediā quartæ quartam, & sic de alijs per locum a proportione. Respondeo: Non arguitur penes locum illum a ꝓportiōe: nisi illud cuius gratia proportio habetur, ita reperiat̄ partialiter immediate & in alijs partibus proportionalibus, sicut totaliter reperitur in toto. & sic nō est in proposito, quia pœna æterna solū correspōdet peccato rōne hui⁹ q̄d est esse contra charitatem. & in proposito partibus nō ita competit esse contra charitatem, vt patet clare in simili de continuatione odij dei per breue momentum quo adhuc est surreptitium: & per tempus quo interpretatiue consentit, & est mortale. Per idem respondeo ad illud Apocal. xviij. & Deutero. xxv. quod non procedunt in pœna æterna infligenda nisi extrema comparata sint contra charitatem, seu pellant charitatem. & ita non est hic. ¶ Ad secūdum respōdeo quod deo nunq̄ satis soluitur de amore nisi plus singulis et omnibus de perfecto corde ametur. Cuius simile reperies in omnibus vbi seruare oportet distributiuam iustitiam quæ in proportione geometrica consistit, seu in proportione proportionum. v. Ethicorum. Si enim magistratus æque meritis apud Rempub. inæqualia elargiri voluerit de publico, peccat contra iustitiam distributiuam. Et magis ad ꝓpositum, quantūcunq; dede- G

rit Petro magis merito seu digno, si Ioāni min⁹ bene merito plus dederit, non satisfecit Petro, cui ex iustitia plus dare debebat, & ita in casu aliquo gradu amoris satisfaceret deo quando remissius creaturas amauerit, quo satisfacere non potest, cum ardentius cœperit creaturas amare. Et cū dicitur ꝙ hoc nihil arguit si aliquādo comitem habeat &c. concedo, sed certe aliud lōge est amorē dei positiue depellere, vel non sinere vt sic inualescat vt sit homini Christus fundamentum: & illa de causa sit amor creaturæ mortale peccatum. ¶ Ad tertium respondeo, potest amor ad creaturam adeo intensus esse, ꝙ secum non permittat velle efficax perdendi omnia pro Christo licet stet velle quoddā optatiuum, quo optarem me sic affectum vt omnia pro Christo perderem vbi opus fuerit, sicut optarem pro sciētia quietem, somnum &c. contēnere, sed certe efficax velle nondum habeo.



A Ertio inquirendum est an in quolibet mortali peccato homo ita aberret a deo, vt creaturā tāquam vltimū finē & supra quam deū diligat. Et cum nihil certi⁹ inueniatur, quā quod dente disputationis discutit: adducam ad partes vtrasque quędam ad soluendum difficilia, vt post de medio tenebrarum lux veritatis resplendescat gratius. Et arguo ꝓ parte affirmatiua. ¶ Primo sic, Omnis peccās mortaliter fruitur creatura, ergo diligit creaturam supra quam deū & tanquam finem vltimum. Consequētia tenet, ꝗa frui est diligere seu amare aliquid tanquā finem vltimū iuxta illud August. primo de doctrina Christiana: Si vero inhæseris atq; permanseris finem in eo ponens letitiæ tuę, tunc proprie dicendus es frui, qđ nō est faciendū nisi in ipsa trinitate, id est summo & incommutabili bono. Et ātecedēs patet per eundē .x de trinit. c. x. Fruimur inquit cognitis, in quibus volūtas propter se ipsa delectata cōquiescit: vtimur vero his quæ ad illud referimus quo fruendum est: subdens ad propositū, Nec est alia vita hominis vitiosa atque culpabilis, quam male vtens, & male fruens. & libro lxxxiij. quæstionum, quęst. iij. Omnis itaq; humana peruersio, quod etiam vitiū nominatur, est fruēdis vti velle, atq;

vtendis frui. Ergo peccans mortaliter vel fruit̃ male crea-
tura,& habeo intentum: vel vtitur male deo,& cum vsus
semper referat suum obiectũ in aliud quo fruimur,opor-
tet vt deum referat in creaturam qua fruitur, & ꝑ conse
quens nemo peccat mortaliter nisi creaturam diligat tanꝙ
vltimum finem,& supra deũ.¶Secundo sic. Auaritia,si-
militer gula(de quarũ qualibet tamen minus videtur)est
amor creaturæ tanquam finis vltimi, ergo & in quolibet
alio p̃ctõ. Antecedens patet de auaritia, per illud Apost.
ad Ephe.v.Hoc scitote q̃m omnis fornicator aut im mun-
dus aut auarus(quod est idolorũ seruitus) nõn habet hæ-
reditatẽ in regno dei. Sed seruitus idolorũ seu idololatria
solum est cũ diuinus honor & amor impẽditur creaturę.
ergo &c. De gula patet ad Philip.iij. Multi ãbulant, quos
sępe dicebam vobis,nunc autẽ & flens dico,inimicos cru-
cis Christi,quorũ finis interitus, quorum deus venter est,
& gloria in confusione ipsorũ,qui terrena sapiũt. vbi glo.
interlinea. Hoc ab homine colitur,quod pręcęteris diligit.
ergo gulosus diligit ventrem id est corpus supra deum.
¶Tertio sic,secundũ Augu. tractantem illud Psal.lxxix.
Incẽsa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribũt;
Omne peccatum oritur aut ex timore male humiliãte,vel
ex amore male inflãmante. Sed timor præsupponit amo-
rem. Nam vt August.inquit libro.lxxxiij. quęstionũ,ma
nifestum est nullam aliam esse metuendi causam,quam vt
amata amittamꝰ adepta,vel non adipiscamur sperata. Er-
go a primo ad vltimũ, omne mortale p̃ct̃m oritur ex ali-
quo peruerso & inordinato amore: & nõ videt̃ ex quo ni
si ex amore diligẽdi creaturã sup oĩa, seu fruendi creatu-
ra.ergo. Et cõfirmatur, quia sc̃dm Dionysi.in.iiij. de diui
nis nominibus,ꝑpter amorẽ omnia agũt quęcũꝙ agunt.
ergo &c.¶Quarto sic. Quicqd agimꝰ,fit a nobis ꝑpter
vltimũ finẽ. Cum ergo in actu mortalis culpę hõ non ha
beat deum pro fine vltimo, saltem cum scienter offendit
deum,oportet quod habeat creaturam aliquam ꝑ fine vl-
timo.& habetur ꝑpositum. Antecedens patet.xiij.de tri
ni.c.iij.Et hoc verũ est,inquit August.ꝙ omnes homines
esse beati velint,idꝙ vnũ ardẽtissimo amore appetunt,&

propter hoc cętera quęcūque appetunt. Item.xix.de ciui. dei.ca.j.Illud est finis boni nostri propter quod appetēda sunt cętera:ipsum autem ꝓpter seipsum. Idem ꝓbat sanctus Tho.prima secūdę.q.j.arti.vj.Quicqd appetimus, in ratione boni appetimus: & si non sub ratione boni ꝑfecti quod est vltimus finis, necesse est vt appetat vt tendēs in perfectū. Semper enim perfectionis alicuius inchoatio ordinatur in eius cōsummationē: vt patet tam in his quæ a natura fiunt,quā in his quæ ab arte. omnis nāq; inchoatio perfectionis ordinatur in cōsummatam perfectionem quę est finis vltimus.Secundo sic, quia finis vltimus se habet in mouendo appetitum, sicut in alijs motionibus primum mouens.sed sine primo mouente alia non mouent: ergo nec sine primo appetibili. ¶Quinto sic,quia oē mortale peccatū destruit verum fundamentum,& superędificari nō pōt Christo fundamēto. sed hoc solū accidit dū aliquid supra Christū,vel ad minus æqualiter amatur: ergo oportet concurrere in mortali peccato amorē creaturę tanquā finis vltimi,negatiue ad min⁹ exponēdo,scilicet supra quē non sit alius finis &c. ¶Ad oppositum est ꝙ ex zelo dei quidam mortaliter peccant.ad Roma.j. Testimonium perhibeo illis quoniam zelum quidem dei habent, sed non secundum scientiam.Ignorātes enim dei iustitiā, & suam volentes statuere,iustitię dei non sunt subiecti. Et vbi hoc non sufficeret,saluatorē audiamus: Venit hora,inquit, & nūc est vt oīs qui interficit vos, arbitret̄ se obsequiū præstare deo.Ioan.xvj.Idem confirmat verbū Ber.Zelus sine discretione pręcipitat. Pręterea contingit aliquē ex ignorātia peccare mortaliter: vt patet de Paulo.j. ad Timoth. primo.Qui prius inquit fui blasphemus, ꝑsecutor & cōtumeliosus:sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorans feci. Et Christus orauit pro his qui eum ex ignorantia culpabili morti tradiderunt. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.Præterea tertio quis potest velle aliquid prohibitum sciēter sub spe veniæ: quam nisi speraret,nullo pacto ad id faciendum induci posset: pro quo facit quod August. sub dubio de primo parente firmare videtur ꝙ ex quadam amicabili beneuolentia quo plerūque

fit vt offendatur deus, ne offendatur proximus & amicus &c. vt videre poteris. xxij. dis. ij. sentē. ¶In hac quęstione videtur solēnis quorūdam doctorum opinio ꝙ omnis peccans mortaliter fruitur aliqua creatura, & eam plus quā deum diligit. Vnde btūs Tho. q. vij. de malo, articulo primo tractans differentiā venialis a mortali peccato, dicit ꝓ eo aliqd esse mortale, ꝑ simile de morbo in corpore, quia excludit principiū spiritualis vitæ, & sic nihil relinquitur per quod deordinatio reparari possit. Principiū autem in operabilibus est finis, secūdum Philosophū. vj. Ethi. Vnde principium spiritualis vitæ quæ consistit in rectitudine actionis, est finis humanarū actionū, quæ est charitas dei & ꝓximi. finis em̄ pręcepti est charitas. j. ad Timo. j. Per charitatē em̄ constringitur anima deo qui est vita animæ, sicut anima ipsa est vita corporis. Quod ergo charitatem̄ excludit, est mortale pct̄m̄. Declarans quomodo peccatū excludit charitatē vel ex parte peccātis, vel ex genere operis. Et in solutione ad primū, in veniali licet homo conuertatur ad bonum cōmutabile, non tamen vt ad finem: & sic non vt ad terminū alterum ꝓpter quem sit necesse a deo auerti. & soluendo ꝓbat hanc differentiam: Peccās mortaliter diligit creaturā plusq̄ deum: peccās venialiter infra deum: dicens ꝙ vera & recta differentia est, vbi sumenda est differētia ex parte peccantis: secus cū ex gn̄e operis, vt in fornicatione quando ignorat esse mortale, & nullo mō faceret si sciret esse mortale: tunc potest plus deū diligere, & mortaliter peccare. Et ad. xix. Maius & min⁹, dicit, variant speciē quando sequūtur rationes diuersas. & ita est de veniali & mortali. nā diligere aliquid vt finem, & sicut id quod est ad finē, non habent eandem rationē. Et ad. xx. quo ꝓbat ꝙ non est necesse vt peccans mortaliter creaturam supra deū diligat, respondet, Extra charitatē bene cōtingit hominē aliquid minus & aliquid ęqualiter deo diligere: sed nō contingit ꝙ aliquā rem ęqualiter deo diligat, & nullā rem plusq̄ deum: quia necesse est ꝙ homo in aliquo vno constituat vltimū finem suę voluntatis. Videtur ergo mēs beati Tho. fuisse ꝙ nunq̄ per amorem qui ex genere mortalis nō est, cōtingit aliquē mortaliter excedere,

quin ad minus aliquam creaturam diligat supra deũ, imo ꝙ in omni amore imputabili ad pœnã æternam quis diligit creaturã tanꝙ finem vltimum. Idem sensisse videt̃ doctor subtilis. j. dis. j. q. vlt. arti. iij. ex verbo Aug. lib. lxxxiij q. supra allegato. Omnis animi peruersitas &c. & soluẽs dubium, quo obiecto fruit̃ peccãs mortaliter, an actu suo, vel obiecto actus: dicit ꝙ peccans mortaliter, communiter id est regulariter fruitur seipso, qm̃ obiectũ amat amore concupiscentiæ: seipsum vero cui obiectũ hoc, concupiscit amore amicitię. iam obiecto concupiscẽtię nemo fruitur, neq3 etiã regulariter fruitur suo actu: cum oporteat hominem reflecti super illum. Hanc dicit esse sententiã Augu. xiiij. de ciui. dei ca. xxviij. Duo amores fecere duas ciuitates &c. Idẽ sibi irrefragabiliter demõstrasse videt̃. vj. dist. ij. sententiarũ. q. ij. de primo peccato angeli: quia duplex est actus volũtatis in gñe: scilicet velle, & nolle. Velle est actus positiu⁹ volũtatis, quo aliquid acceptat. Nolle vero est actus positiu⁹ voluntatis, quo refugit ab obiecto discõuenienti. Velle autẽ est duplex, videlicet concupiscentiæ, & amicitię. Secũdum est respectu amati obiecti: primum vero respectu ei⁹ quod alicui volo. Inter hęc nolle p̃suppo nit velle. non em̃ refugit nisi quia stare nõ potest cum illo quod acceptat, quomodo dicit Anselm⁹ de casu diaboli. c. iij. ꝙ auarus vult nũmũ quẽ amat deserere, qa vult panẽ quẽ alias &c. Et velle concupiscentiæ prę supponit amorẽ amicitię: cũ amatum sit respectu concupiti quasi finis cui aliud volo, & finis primũ habet rationẽ voliti. Infert, ergo nolle non est prim⁹ actus voluntatis deordinat⁹, quia oritur necessario ex velle, quod si ordinatũ esset, non pareret &c. Similiter si velle amicitiæ esset ordinatũ, ipsum velle cõcupiscẽtię emergens &c. Ergo oportet primũ pc̃m cõsistere in amore amicitię. Et hoc argumẽto, si vel demonstrat vel recte concludit, ꝓbari põt ꝙ nullũ accidit mortale saltẽ cõmissionis, in actu scilicet positiuo cõsistẽs, nisi sit Inordinatus amor sui mortaliter culpabilis. Hoc etiã dicit sensisse Aug. in passu allegato, Duo amores. ¶ Pro hui⁹ solutione pono hanc conclusionem. Potest quis ex beneuolẽtia propter alium scienter peccare mortaliter, & eundem

C

infra se diligere. Probo, quia stat quod puro amore amicitiæ quis vult alteri bene esse, velit pro eo peierare, aut falsum testimonium dicere: & tamen nolit quouis modo pro eo manum aut digitum perdere, quin potius fineret ipsum totaliter perdi & annihilari, ergo ipsum infra se diligit, & tamen scienter vult pro eo mortalem culpam subire. Ex hac conclusione infero correlarie quod peccantem mortaliter non oportet amore magis affici ad quamcunque creaturam quam sit affectus ad deum. Patet: quia vt statim deduxi, quis potest longe magis sibiipsi affectus esse, seu semetipsum amare, & tamen ex nudo amore amicitiæ siue pura beneuolentia pro alio scienter mortaliter peccare. ergo similiter potest magis amare deum, & tamen pro tunc ad alterius instantiam velle committere quod nouit esse mortale peccatum, & in quo deum offendit, Consequentia tenet, quia sicut non oportet peccantem magis diligere finem propter quem solum mortale committit, quam semetipsum, ita non etiam necessarium erit vt illum vel deum supra se diligat. Et vt clarum habeas, pone finem suum esse profectum illius cui bene vult, aut placere illi. Et confirmo: quia potest sic adhuc deum diligere, quod mallet in nihilum redigi, & alium pro quo &c. priusquam fineret Christo hanc contumeliam fieri quod fides extingueretur in terra, aut quod fere mundus totus Christum blasphemaret, multo fortius etiam quam deus per impossibile interiret, aut omnipotentiam perderet, & sic de alijs. Ergo stat quod magis amet deum quam seipsum vel alium pro quo mortaliter peccat. Consequentia tenet, quia illud absolute magis amat, pro cuius amore vellet aliud perdere, vt est communis maxima doctorum, & non econtra, & ne hoc moueat vult illud quo se nouit deum offensum ire. quod ergo minus deum amat, capiamus familiare exemplum: pono quod diligam patrem supra me, & sciam quod eum insontem vel noxium quem laborat interficere, sine graui eius indignatione non possem de manibus eius eruere. possum miseratione commotus, vt insontem liberem, ad tempus velle inimicitiam seu indignationem patris ferre, & ipsum non minus quam ante diligere. Et istud procedit maxime cum sperem facile patrem placare posse. Ergo similiter possum ad tempus dei indignationem pro mortali ferre, vt amico complaceam, vnde sequitur solum quod magis velim in hoc casu pla-

cere amico, quam velim seruare dei mandata, aut q̄ velim cōtinuo in gratia eius & amore quem ad me habet ꝑmanere: nō autem sequitur ꝙ plus diligam cōplacere amico q̄ diligam deum in se: & ita non oportet ꝙ habeā aliquā creaturā ibi ꝓ fine vltimo. Et si dicas, Illud simpliciter magis diligo, cui volo magis complacere. Ergo vbi cognouero me nō posse vtrique scilicet deo & amico cōplacere, magis diligo amicū, si vt ei cōplaceā, cōtentus sim ferre indignationem dei. Respondeo ad maiorē, ꝙ hoc nō oportet si magis velim ei complacere vt nunc solū: vt patet in exemplo adducto de indignatione patris vt eū liberē quem ipse vult occidere. ¶ Ad rationes ante oppositū. Ad primā nego antecedens, & ad probationē adductā ex .x. de trinita. ca.x. dico ꝙ verbū Augu. procedit de vita complete ordinata. quæ videlicet aliquid statuit vltimū simpliciter, & acceptat vt irreferibile. Illa em̄ si est culpabilis, vel est male vtēs, vel male fruēs. Secus de vita q̄ caret huiusmodi ordinis complemēto. Vnde potest quis velle fornicari ꝓpter delectationem, & ꝙ tamen delectationem neque referat in aliud, neque etiam fruatur, imo ꝙ nollet eam pro fine vltimo habere. Quādiu em̄ nō deputat aliquid tāq̄ patria ciuis; sed tanq̄ refectio vel etiā māsio viatoris: nō est ibi vera ratio fruitionis. xj. de trini. c. vj. Ad aliud ex lib. lxxxiij. q. xxx. dico ꝙ ibi sumit frui large, vt illa re frui dicamur, de qua capimus voluptatem. vti vero quando referimus in aliud vnde voluptas capienda est. Vnde dicit. l. quæstione. bestias frui re aliqua, sed nūq̄ vti. Et sic nihil militat cōtra ꝓpositum. Etiam solui potest quemadmodū magister sententiarum hæc duo cōcordādo. Radix omniū malorum est cupiditas: & initiū omnis peccati superbia. ꝙ scilicet distributio fiat pro generibus singulorum, & nō pro singulis generum, & hoc prædicatione causali. ¶ Ad secundū primo de
G auaritia dico ꝙ dicitur idolorum seruitus, nō ꝙ auarus aurum deum suum reputet quemadmodū idololatra suum idolum: sed quia ob auri amorem dei ꝓceptum præterit, & potius nūmo in hoc seruit q̄ deo. Et cōsimili ratiōe gulosis venter deus esse dicitur, non ꝙ ventrem suum bonū summum vel vltimum finē in quē singula referri debeāt,

deputent, cum sæpe nollent in vita illa perpetuari, imo & efficaciter proponunt post tempus certum vẽtris delicias penitus resecare a se, & pro tẽporali vel æterna causa frugalissime vitam ducere, Sed pro eo ventrem sibi deũ habere dicuntur, quia vẽtri, deo pterito, seruiunt vẽtris desideria explent, & dei mandata pro tunc contẽnunt; Quod autem glos. dicit hoc ab homine &c. verũ est ꝙ hoc colitur tanq̃ de⁹ quod præ cęteris diligitur & super oĩa, sed non omne illud magis diligit pro quo in certo actu alteri⁹ placitum vel mandatum negligit aut cõtemnit. Vnde Aug. tractans illud Saluatoris Mat. vj. Aut vnũ sustinebit, & alterum contemnet. dat exẽplũ. Si quis ancillæ alienę cõiunctus propter suam cupiditatẽ patiatur eius seruitutẽ quã non amat &c. ¶ Ad tertium, cum deducit omne opus ex amore trahere originem, dico ꝙ triplex est amor videlicet partis rationalis elicit⁹, appetitus sensitiui, & est amor naturalis. Et verum est ꝙ omne quod facimus, fit ex aliquo illorum triũ amorum, & nõ oportet ꝙ semper ex amore rationali elicito seu distincto ab amore naturali, q̃ nihil est aliud quã connaturalitas in aliud. Vnde dormiẽs piectus in ignem statim tristatur, refugit, & habet nolitionem pœnę quanuis ꝑ tunc de nullo alio amando cogitet. Et amor rationalis nunq̃ fertur ad incognitũ, intelligo de rationali elicito, qui dicit actum voluntatis. neq; oportet omne illud esse peccatũ vñ ꝓdit etiã effectiue ꝙ peccatũ est: vt patet quũ ex zelo seu amore dei quis ignorãter blasphem⁹ est & cõtumelios⁹ &c. Et vt de bona veste nascitur tinea, ita de bonis operibus immediate sępe emergit, quãuis nõ sine culpa volũtatis, ipsa supbia. & ex hoc patet ꝙ ratio Scoti nõ est ex hoc dicẽda demõstratio, sed vix meretur dici topica persuasio. ¶ Ad quartũ respõdeo ꝙ naturali appetitu seu amore quicquid facimus agim⁹ propter perfectionem cõsummatam, sed rationali amore non prius quam cognouerimus in confuso quid ꝑfectio cõsummata seu vita beata dicitur. Et tunc certe possumus oĩa agere ꝓpter vitã beatam, dubij manentes in quo consistat huiusmodi vita beata; & ita non oportet ꝙ cõstituamus finẽ vltimum in deo vel creatura aut vtroq; simul qñcũq; deliberate & pleno

rationis vsu ex amore creaturæ facimus quod scimus esse malum. Sed agit talis propter finem vltimū: & nihil est finis vltim⁹ ꝑpter quod faciat: sicut qui currit ꝑpter equū, & arbitrio alterius relinquit quē equū sibi dare voluerit pro brauio. ¶ Ad quintum dico. Sicut Christ⁹ non manet fundamentum in eo qui ignoranter peccat mortaliter, & tñ nō diligit quācūq; creaturam ęque vel supra deum, vt admittit Tho. ita & in scienter peccante mortaliter, vt supra deduxi, accidere potest. Hoc aūt falsū est qđ argumentū supponit: videlicet Christū manere fundamentū quousq; creatura æque vel supra diligatur q̄ deus. Sed tūc solum fundamentum est, quando sic fert onus totius ædificij voluntatis, vt omnino hereamus in eius placito gratia & amore, ꝙ nusq̄ seorsum trahamur scienter aut ignoranter quo inimicitiā eius promereamur & indignationē per mortale scilicet peccatum.

Qvartum est, vtrum dilectio siue amor dei super omnia, sufficienter nos reponat in statū salutis, an secum compati possit aliquod mortale peccatū. Et videtur primo ꝙ nullum patiatur mortale peccatū, sed reponat &c. ¶ Primo, q̄a charitas nullum cōpatitur mortale peccatū. sed dilectio dei sup omnia infert charitatē. ergo. Consequentia est euidens: q̄a q̄cquid repugnat consequenti, repugnat necessario omni antecedenti ad quod ipsum sequitur. Et maior patet, quia vt dicit Augu. Sola charitas vestis nuptialis est diuidens inter filios regni & perditionis. Idem in glo. primę ad Corinth. xiij. Minor probatur: quia vt dicitur Ioan. xv. Maiorē hac dilectionē nemo habet, q̄ vt animā suā ponat quis ꝓ amicis suis. sed dilectio dei sup oīa, facit hominē paratū aīam pro Christo ponere, neq; pōt maxima dilectio eē sine charitate. ergo &c. Et hæc videt esse ratio doctorū quare in statu naturę lapsę nō potest quis exire in actum dei sup oīa, sine charitate: de quo Tho. prima secūdę. q. cix. arti. iij. Preterea quicunq; attingit finē pręcepti, est in statu salutis, & sine omni macula culpę mortalis. sed diligēs deū sup oīa attingit &c. ergo. Maior patet, q̄a finis p̄cepti est facere hominē bonū, & perducere ad vitam ęternā. Minor

probatur: quia secundũ aposto.j.ad Tim.j. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscietia bona, & fide non ficta. sed illa charitas nihil est aliud quã dilectio ipsa dei, & pximi ppter deũ. Vñ August. xiiij. de ciuita. dei.cap. vij. Cuius ppositum est non secundũ hominem, sed secundum deum amare pximũ, sicut etiam seipsum: procul dubio ppter hunc amorem dicitur volũtatis bonę, quę vsitatius in scriptura charitas dicit. Et in enchiridio.c.vl. exponẽs allegatũ verbũ apostoli dicit oĩa referenda esse ad charitatem.i.ad diligẽdũ deum, & pximum, propter deum. ¶ Ad oppositũ arguo: quia vt supra deduxi, contingit hominem ex zelo dei cõmittere mortale peccatũ. ergo nihil prohibet hominẽ ex zelo dei semetipsum morti tradere p hęresi, vel persecutione mortaliter culpabili: vt fuisset de Paulo contra persecutionẽ christianorũ: & per consequẽs dilectio dei super omnia, stat cum mortali pctõ. Præterea secũdo, quia nemo potest scire & pro certo cognoscere ꝙ sit in charitate: sed potest experiri in se & certissime cognoscere ꝙ diligit deum super omnia. ergo non infert charitatem. Consequentia tenet: quia quicũque potest scire antecedens, potest scire & consequens. Maior patet per illud Eccl's.ix. Nemo scit an amore dei an odio dign⁹ sit. Quod si forte exposueris de odio ęternę reprobatiõis, & amore prędestinationis: cum multi sciant se esse in mortali pctõ, & ita in statu ęternę damnationis extra charitatẽ: adduco illud Iob.ix. Si venerit ad me, non videbo eũ: & si abierit, non intelligã illũ. quod Greg. exponere videt de accessũ & recessu per spiritussancti donationẽ vel subtractionẽ in charitate. Etiã eodẽ.c. dicitur: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tedebit me vitæ meæ. Ex quo verbo cõcludit sancta mater eccle.c. fi. de purgatione canonica, quod non sine magna temeritate quis iurare potest se immunẽ a criminib⁹ obiectis quasi iam per pœnitentiã remissis & abolitis. nulla autẽ esset temeritas vbi se sciret in charitate esse. ergo &c. ¶ Pro huius solutione A ad sciendum quę dilectio dei super omnia nobis sit in pręcepto, pręmitto ꝙ non sufficit sic deũ super omnia diligere, quod p eius salute (si ꝑ impossibile periclitari posset)

parati simus cętera omnia perdere, & mortē ipsam ꝑpetuam sine spe resurgendi subire. Probo: quia amor dei sup omnia ad quē obligamur, incōpossibilis est omni affectui quo saltem deū scienter offendimꝰ mortaliter: vt omnes fatent. Sed prædictus dei amor cōpatitur secum &c. ergo. Minor patet exēplariter de patre sic affecto filio suo, vt si mortis periculum immineret, sponte rem iniustam ꝓ eius liberatione faceret, & mortē ipsam subiret: ꝓ cuiꝰ tamen placito si extra necessitatē (vbi si non fecerit, scit filiū grauissime indignatū) ita non vult rem in bonis sibi pręiudicialem facere, aut rem iniustā quam filius petit: ergo similiter potest quis sic deū super oīa diligere, & scienter eundem mortaliter offendere. sed tenemur & oportet deū super oīa diligere tanq̄ finem vltimū, & quę sit ratio & mēsura diligēdi cętera, ita videlicet ꝙ si &c. omnia referat homo in deum, nolitq; amare nisi quātum deo placuerit: & eadē velit renuere & abdicare & perdere vt satisfaciat diuino placito, & sanctæ eius voluntati: vt sit ei (quantum ad amorē liberum attinet) deus omnia in oībus: & cū apo-

B stolo vere dicere possit, Viuo iā non ego, viuit vero in me Christus. ad Gal. ij. ¶ Pro huiꝰ planiori intellectu aduertēdum est: vt dicit Philosophꝰ. j. Politico. Finis nulla mēsura est: vt medicina sanitatis in infinitū est, & vnaquęq; ars, finis in infinitum. nam q̄ maxime volūt illum efficere: sed eorum quę ad finem sunt, non in infinitum, sed finē mensuram habent, id est appetuntur tanq̄ quę fini conducunt: reijciunturq; si disconueniāt fini. Verbi gratia, licet amem dulcia, non adeo sum demens ꝙ dulce venenū sumere vellim, nisi quantū spero sanitati conducere posse: & respuo, contemno & abominor quantum contrariū est sanitati. Amor itaq; ad dulce venenū, licet cęteris prędiligatur ꝓpter dulcedinē: nō tn̄ est ad ipsum, vt finem: sed vt ad me-

C diū. Sic pariformiter de creaturis intelligo, ꝙ vt dulce venenum assumi debeant ad sanitatē animæ quę consistit in placere deo: vt quantū conducunt appetantur, & magno animo contēnantur quantū officiunt, hoc est adhęrere, de quo apostolus dixit: Qui adhæret deo, vnus spūs est cū eo. j. ad Corin. vj. Hoc est per amorē in deū transformari:

vt Dionyſius.iiij.de diuinis nominibus loquit. & ita abſorptũ eſſe in deũ, vt nullum pondus ipſum aliorſum trahat, ſed ſolum pondus diuini amoris ipſum ꝓpellat ad finẽ, inſtar ferri, quod ſua grauitate nihil magneti põderis adijcit. Nã ferunt naturales, ſi magnes aliquis fortis in libra appẽſus fuerit, & poſt ad ſe attraxerit ferrũ: nihil vltra ponderis q̃ antea ex ſolo magnete, iam ex ferro & magnete inſimul erit: ita quaſi abſorpta & ab effectu mouendi grauitas ferri virtute magnetis impedita erit. Et ꝙ ad hunc dei amorẽ ſuper oĩa teneamur, licet non pro ſemper actu, probo per illud Deuterõ.j. Et nunc Iſrael quid dñs deus tuus petit a te, niſi vt timeas dñm deum tuũ, & ambules in vijs eius, ac diligas eum, & ſeruias dño deo tuo ex toto corde tuo, & in tota anima tua &c. Matthęi.xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. hoc eſt maximum & primum mandatum. ſed non totum cor diligat, id eſt perfecta & plena voluntas, niſi omnia referat in deũ vt finem ꝓpter quem cęteris impertitur amorem. Vnde gloſſa interli. exponens illud apoſtoli primę ad Timo.j. Finis pręcepti eſt charitas de corde puro, conſciẽtia bona, & fide nõ ficta: ſup verbo puro dicit, Vt nihil diligatur niſi deus, & quod dei eſt. Tunc autẽ, quantumlibet multa diligantur, ſolus deus diligitur, quãdo ipſa niſi ꝓpter eum ad amorẽ non recipimus, quomodo libro de ſermone dñi in monte Auguſti. declarans quemadmodum oculum ſimplicem debeam⁹ habere, libro.ij.c.ij. dicit, Sicut ergo non abſurde loqueretur qui diceret, In hac opera qua nauẽ quęro, non nauem quęro, ſed patriã, ſic apoſtolus conuenienter diceret, In hac opera qua hominib⁹ placeo, nõ hominibus placeo, ſed deo. Et verificatur illud.iij. Topicorum, Vbi vnũ propter alterum, ibi vnum tantum. Hæc videtur intentio Auguſt. primo de doctrina chriſtiana. Hęc regula dilectionis diuinitus conſtituta eſt. Diliges inquit ꝓximũ tuum ſicut teipſum, deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & tota mẽte, vt omnes cogitationes tuas, & omnẽ vitam tuam, & omnẽ intellectũ in illum cõferas, a quo habes ea quæ cõfers. Cũ autẽ ait, toto corde, tota anima, tota mẽte, D

nullam nostrę vitę partē reliquit quæ vacare debeat, & quasi locum dare vt alia re velit frui: sed quicqd aliud diligendū venerit in animam, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximū diligit, hoc cū eo debet agere, vt etiam ipse toto corde &c. diligat deum. sic enim eū diligens tanq̄ seipsum, totam dilectionem sui & illius refert ad illā dilectionē dei, quę nullū a se riuulū duci extra patitur cuius deriuatione minuatur. Et confirmo, quia pręcepti est vt omnia referam⁹ aliquando in deū. i. ad Corin. x. Siue manducatis, siue bibitis vel aliud quid facitis, omnia in gloriā dei facite. & ad Colossen. iij. Quia quodcūq; facitis in verbo aut in ope, oīa in nomine domini nostri Iesu Christi facite grās agentes deo & patri p ipsum. Vbi glo. interli. Quia p̄cepit laudari deū in corde nunc verbis, nūc factis: nomen Christi pręexaltari pręcipit. Ergo obligamur necessitate pręcepti aliquando referre omnia in deū: quod tūc solum fit cum paratos offerimus nos ea appetere & respuere pro mensura vltimi finis. vt videlicet placitū & volitum fuerit a deo: vt non voce tm̄, sed puro corde & syncero affectu oremus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Et licet qdā ex hoc inferre velint omnē actum culpabilē esse qui non in deum actu vel virtualiter referatur: mihi sufficit ꝙ pro aliquo tempore quo sibi occurrit obligatio huius præcepti, nisi referantur, non sunt immunes a culpa. Idem secūdum moralē intellectū pręceptum videtur Hiere. xvij. Custodite animas vestras, & nolite pōdera portare die sabbati, neq; referatis per portas Hierusalem. Neq; obstat sententia Aug. & aliorū doctorum ꝙ pręceptum illud diligendi deum ex toto corde &c. hic non impletur quādiu adhuc aliquid carnalis concupiscentię inest, vt latius videre poteris per magistrum sententiarum & scholasticos doctores xxvij. dist. ij. quia loquor solū de motu amoris libero, quē totum sic obligamur in deū quasi in finem vltimum conferre, vt solū secundū eius sanctum placitum hæc vt media appetamus: quod nemini impossibile est certū est, ꝓpter libertatis cōditionem. Et certe q ista negare ausit, videat quomodo tenemur deum vt finem vltimū (positiue

exponẽdo ly vltimum)diligere, & tñ nõ omnia in ipsum referre. Item & quæ causa esse possit ꝙ amor creaturę eo gradu semper peccatũ est, cũ res quã diligit homo, amitti non possit sine dolore. Item & quomodo finis pręcepti sit charitas de corde puro & cõsciẽtia &c. nisi ad eam demen tiam conuolauerit, vt dicat nos ad hunc finẽ attingendum in via minime obligari. Ex his infero correlarie ꝙ obligamur deum nõ solum extensiue super omnia, verũ etiam intensiue super omnia diligere, intelligo vbi debito amore deus & creatura diligunt. Probo, quia sicut est necesse principia magis sciri cõclusione, i. Posteriorũ. ita finẽ magis diligi ijs quę sunt ad finẽ. Idẽ ꝓbat doctor subtilis. iij. sententiarum. dist. xxvij. quia illud simpliciter intensi⁹ & maiori affectu diligo, pro cui⁹ amore meipsum & alia volo exponere. Quod autẽ aliqui dicuntur teneri⁹ & feruentius diligere, qui tamen firmius nõ diligunt, hoc nõ est ex aliquo excessu amoris intellectiui in eis, sed forte alicuius passionis amoris sensitiue: sicut aliqui qui dicunt deuoti, sentiunt aliquam maiorẽ dulcedinẽ, quã alij multo solidiores in amore dei: qui in centuplũ prõpti⁹ sustinerẽt martyrium. nec dulcedo illa est act⁹ voluntatis elicitus, sed passio quædã actui attributa qua deus allicit & nutrit paruulos, ne deficiãt in via: & obligat istud præceptum nõ solũ ad vitandũ odium contrariũ, sed pro aliquando ad actum elicitum. Pro quo aũt tempore currit eius obligatio, dicit Scotus hoc determinatum hoc ꝑcepto: Sabbata sanctifices vt maneat quisq; apud se, id est recolligendo se, & ascendendo apud deum suum. Ecclesia vero specificauit quantũ ad missam audiendã die dominico. de consecra. distinctiõe ij. missa. Hæc Scotus, Præterea obligamur ad illũ amorẽ dei, qui paratos nos facit omnia imo nosmetipsos perdere pro deo seu eius amore, ita videlicet quod efficaciter velimus cuncta perdere, & mortem imo annihilationem perpetuam subire, prius quã ipsum offenderemus, seu eius amicitiam perderemus. sed hoc facere non potest amor dei: nisi intensior fuerit quocunque alio amore. ergo &c. Maior patet per illud Luce decimoquarto. Omnis qui nõ renunciat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse disci-

F G H I

pulus. Renũciare aũt secundũ glo. omnibus recte viuentibus cõmune est, sed relinquere perfectorũ. Nihil aũt aliud videtur esse renunciare quam animo paratũ esse ad oĩa pro Christo relinquendum, seu perditioni perpetuæ exponendum, quõ eodẽ ca. ꝑmittitur, Qui venit ad me, & nõ odit patrẽ &c. adhuc autem & animã suam: nõ potest meꝰ esse discipulus. Vnde Ambrosi. homilia. xvj. suꝑ Genesi. Christus (inquit) dominus noster quid ꝑcepit sacerdotibꝰ audiatis: Qui non renunciauerit omnibus &c. Contremisco hæc dicens. Meus enim primo omnium, meus inquam accusator existo, meas cõdenationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum, quẽ viderit aliquid possidentẽ & non renunciat &c. Et quid agimus, quomodo hoc aut ipsi legimus, aut populo exponimus, qui non solum non renunciamus ijs quæ possidemus, sed acquirere volumus ea quæ nunquam habuimꝰ anteq̃ veniremꝰ ad Christum? Nolo duplicati criminis esse reus &c. Sed ex hoc saltẽ cõmoniti festinemus implere, festinemꝰ trãsire a sacerdotibus Pharaonis, quibꝰ terrena possessio erat, ad sacerdotes K domini, quibus in terra possessio non est, sed dominꝰ portio est. Talis erat qui dicebat, Tanq̃ egentes, multos autẽ locupletantes. vt nihil habentes: omnia autẽ possidentes. Vbi licet Ambro. solum inuehat in sacerdotes, omnibꝰ tñ quantum necessariũ est Christi discipulos fieri, necesse est vt renuncient ad sensum prædictum. Et minor patet, quia quod pondus in libra, hoc est amor in aĩa, sed posita ęqualitate corporis nisi grauitas intensior fuerit, non ꝑponderat. ergo cum amor pondus sit in æquali anima, puta aĩa intellectiua, quæ est indiuisibilis: necesse est vt intẽsior sit si debeat animum mouere ad vnius prosecutionem prę cęteris. Vnde si ponamus amores æque intensos ad disparata pro eodem tempore prosequenda, neutrum ꝓseqmur. ergo oportet excessum esse. Nec refert si propter speciem obiecti vnus amor fuerit altero perfectior, quoniã vt vehemens tristitia pellit delectationẽ quantũcunq; nobilis fuerit ex specie, ita magnus amor etiã vilior secundũ speciem, amorem alium nobiliorem peruincit & excludit, copulando aciem mentis totam suo obiecto, vt alterum ne-

queat attendere. ¶ His præmissis dico sine temeraria asser L
tione, φ ea dilectio dei super omnia quæ nobis in pcepto est
reponit nos ad statum salutis, neq; cōpatit secum aliquod
mortale peccatum. Probo primo sic. dicit Aug. tractans il
lud ad Rom. v. Iustificati ergo ex fide pacē habeamus &c.
Si deus cōfugientem ad se nō reciperet, esset in eo iniqui-
tas. Sed vere confugit ad deū qui deum ipsum sup omnia
diligens, iam paratus est omnia pro Christo perdere. ergo
recipitur a deo, & per consequēs est in statu salutis. Præ-
terea dilectio dei q̄ nobis in præcepto est, est finis præcepti
seu legis, eminenter seu virtualiter cōtinens impletionem
omnium mandatorum: ergo absumit omnem rubiginem
mortalis vitę, & arguit seu infert statum gratię. Antecedēs
patet per illud Ioan. xiiij. Qui habet mandata mea & ser
uat ea, ille est qui diligit me. Et ibidem: Si quis diligit me,
sermonem meum seruabit, & pater me⁹ diliget eum &c.
Qui autem non diligit me, sermones meos nō seruat: vbi
ex contradictorio antecedentis Saluator pgreditur ad con
tradictorium consequētis, qđ solum licet in cōuertibilib⁹.
Item ad Roma. xiij. Qui pximū diligit, legem impleuit.
Et ad Gala. v. Omnis lex in vno verbo instauratur: Dili-
ges proximū tuum &c. Ergo ipsa dilectio dei quę nobis
pręcepta est, eminenter seu virtualiter est impletio oīm
mandatorum. Neq; formidare debemus φ forte cōpatiat
ignorantiam aliquam mortaliter culpabilem: quoniam si
vnctio nos docet de omnib⁹, vt necesse nō habeamus φ ali
quis doceat nos. j. Ioan. ij. c. nonne hunc docebit iam quasi
inuisceratum & vnum factū cū deo? Si ergo aliquid igno-
rat, non est ei necessariū ad salutē pro tunc hoc scire. ¶ Ad M
rationes post oppositum adductas, quę sunt cōtra verita-
tem. Ad primam dico φ non omnis zelus dei est ille amor
dei super omnia de quo scripturę loquūtur: sed solum ille
quo diligitur deus vt finis vltimus omnium, animū para
tum & promptum faciēs omnia vel acceptare, vel respue
re & perdere put deo placuerit. Ex illo autem amore dei
nunquam procedit homo ad mortale peccatū. ¶ Ad secū-
dam respondeo. Primo ad hominem, ex altera scita, & alte
ra opinata non potest inferri φ conclusio sit scita: vt sciunt

artistæ. Modo doctores & ego opinamur hanc dilectionē non potest inesse homini sine charitate. & nō scim⁹ neque habemus certam & euidentem notitiā. Et cū dicitur, Qui scit antecedēs inesse, potest scire consequens inesse: verum est, si possit scire ꝙ ipsum sit cōsequens necessario sequēs.
N Ad materiam dico ꝙ licet possit probabilem coniecturam habere ꝙ actus ille dilectionis insit, non tamen potest euidenter cognoscere & pro certo. Quomodo em̄ scire poterit ꝙ ita deo se totum infundit propter se, id est bonitatem scilicet & sanctitatem eius, vt nec vitā æternā nisi in deo & propter deū diligat, aīo parat⁹ & efficaciter volēs oīa, seipsum, & alia qñ deo placebit perdere vt impleat̄ sācta volūtas dei, ꝙ etiā nulli creaturæ nec sibi ipsi quidē libero aliquo amore adhæret nisi in deo & ꝓpter deū: q̄ volūtas multo est purior & laudabilior q̄ volūtas ꝑferēdi ꝓ Christo martyriū pro spe assequēdi vitā æterna. Et certe lōge
O aliud est optare aut velle ꝙ sic deū amarē, & de facto sic affectū eē, & sic efficaciter velle sicut opto & desidero efficax velle sciētiæ, seu ad sciētiā. sed vbi efficaciter iā vellē, manū ad aratrū mittēs, labori, vigilijs, & id gen⁹ operib⁹ non parcerē, sic opto alteri subuentū iri, sed nolo porrigere manum, si ponatur per reuelationē certiorari, nō nego quin etiam sic certus fieri posset de hoc ꝙ habeat charitatem, sed non nisi videat, aut certitudine fidei aut cōsimili sciat actum hunc inesse nō posse sine charitate. Nec expedit hominem (nisi valde sciēs & deuot⁹ fuerit) de his multum se tentare, quoniam difficillimū est ꝓprias affectiōes metiri. vnde. xvij. dist. iiij. in materia de cōtritiōe dicit bea
P tus Thom. Quamuis cōtriti dispositio talis esse debeat ꝙ magis displiceat offensa dei quam quæcunq; pœna quæ infligi posset, non tamen est desuper tentandus, quoniam non facile metimur affectus nostros: & sequitur, Videtur magis displicere quod displicet minus, propter annexum sensibile nocumentum. ¶ Cōtra hoc ꝙ dictum est nos teneri deum super omnia & intensiore amore diligere, arguo primo ex verbo beati Augustini in libro de doctrina christiana inducentis illud sapientis: Ama illam sicut pecuniam illam inquam sapientiā. indignum est et iniuriosum

vt sapientia pecuniȩ compararetur, sed amor amori compa ratur. Video enim vos hic sic amare pecuniam, vt iubente amore pecuniȩ labores suscipiatis, ieiunia toleretis, mare transeatis, ventis & fluctibus vos cōmittatis. habeo vnde eligā quod ametis: sed non habeo quod addatis ad amorē quo amatis. sic me amate, plus nolo amari, dicit dñs. improbis loquor, auaris loquor, Pecuniā diligitis: tantū me diligite: certe melior sum incōparabiliter: nolo a vobis ampliorem amorem. quantū diligitis pecuniam, tantum me amate. Erubescamus saltē, cōfiteamur, & pectora tūdamus, non vt pauimentū solidemus. nā qui tundit pectus, & non corrigitur, solidat peccata, non tollit. Tūdamus pectus & cædam⁹, & corrigamur a nobis: ne ille postea nos cȩdat q magister est. hȩc ille. Sed auarus non diligit pecuniam super omnia. Nam vt primo de doctrina christiana nquit, auarus quāuis pecuniam diligat, tamē emit sibi pa tem; quod cū facit, dat pecuniam quam multum amat, & augere desiderat: sed q a pluris æstimat salutē corporis su, quȩ illo pane fulcitur &c. Ergo non obligamur deū vt finem vltimū & super omnia diligere: sed sufficit quantū auarus (p qua graues labores suffert) pecuniā diligit. Prȩtere. distinguunt doctores quatuor modos diligendi rem vnan plus alia Prim⁹ quādo pfectiori seu intēsiori actu. Secūdus quando ad maius bonum. Tertius quando natu ralius & firmi⁹. Quartus vbi ex electiōe oporteret alterius amorē pdere, prȩeligeret &c. Et nos obligatos deum plus alij diligere solū secūdo & quarto modis. ergo &c. Prȩterea cū dilectione dei super omnia, & qua amatur vt finis vltimus omniū, stat liber amor creaturȩ citra deum: qui etiā in perditione rei cōcitaret dolorem seu tristitiam. ergo non videmur necessitate prȩcepti obligari excludere omnem amorem alium liberum, & eum solū admittere qui est dei vel aliorū propter deū. Consequētia tenet: quia si sic, iam veniale peccatum esset contra præceptum, puta talis amor creaturæ citra deum. Et antecedens probatur: quia talis amor creaturȩ est cōpossibilis charitati: ergo & actui charitatis, qualis est illa dilectio dei. Et cōfirmatur: quia talis motus in creaturā non interrūpit motum ad si-

nem vltimũ, licet reddat minus intẽsum; iuxta illud August. x. confessionũ. Minus te amat domine qui tecum aliquid amat quod non ꝓpter te amat. Est enim quasi amœnitas viç faciens vt viator paulo tardius ꝓgrediatur, licet nunquam desistat fortiter ambulare: vel vt virt⁹ magnetis parum influxa ferro: quç motũ ex virtute magnetis fortioris ad oppositam differentiã positionis retardat, sed intercipere aut interrũpere non valet. Preterea quarto, nisi liceret amorem liberum creaturç admiscere, peccaret qui deum amando &c. simul eligeret viam min⁹ laboriosam, vel magis delectabilẽ, & fugeret magis arduam, diligens suam quietem. Sequela ꝓbatur: quia scit deo viam magis arduã gratiorẽ. sed quia in hac via magis amata deo etiã placere potest, hanc elegit, paratus arduissimã subire vbi alias Christi indignationẽ oporteret incurrere. Ad primũ respondeo. Videtur interimere seipsum. Cũ enim certum sit ꝙ nemini licet deum infra se seu minus quam seipsum diligere: & auarus (vt argumentũ deducit) pecuniam infra se diligit: quid manifestius clariusve inferri potest q̃ obligari hominẽ vt plus deum quam auarus pecuniã diligat? Pro verbis autem Augustini est aduertendum ꝙ amor

R non solum accipitur ꝑ interno affectu, sed etiam proexterno effectu, qui ex interiori affectu procedit: quo genere loquendi profusionem pecuniç vbi & quando oportet, appellamus liberalitatẽ. Hoc præmisso respondeo: Cum dicit Augu. Sic me amate, nolo plus amari &c. nolo a vobis

S ampliorẽ amorẽ, intelligendũ est de amore ꝑ extrno labore & molestia. nõ eñ exigit regulariter plus laboris & molestiç a nobis dñs: quãq̃ & in casu vtiq; ꝑ deplus ferendũ est, vt dum martyrium pro fide suscipere oportet: Sed Aug. intendit deũ regulariter maiorẽ charitatem & amorẽ in effectu non requirere. secus est de interiori affectu. ¶ Ad secundum, primo elidendo auctoritatem illorũ doctorũ: quia dicunt ipsi, Holcot videlicet. q. iij. j. in solutione ad quintum principale, & Aliaco. j. d. tin. j. sententiarum &c. Licet Sorti ita remisse diligere deũ sicut vult dummodo velit ei summum honorem: & licet ei creaturam similiter diligere ita intense sicut vul &c. Cuius se-

cunda pars manifestissime falsa est: vt patet ex deductis in secũdo articulo. Et respõdeo ad argumentũ per interemptionem, ꝙ imo intẽsius tenemur diligere deum q̃ creaturam dilectam saltem amore speciali & distincto: quo scilicet non diligitur simul deus. Ratio, quia oportet in nobis amorẽ dei fortiorem esse amore seu dilectione ad quãcunque creaturã seu quãcũq̃ aliã rẽ. iã licet nobilior fuerit, nisi etiã sit intẽsior, cederet statim alteri amori, quũ nobilitas & ꝑfectio nõ arguat efficaciã & vim supra aliũ amorẽ: vt ex simili patet de dilectionibus, intellectionibus, & alijs volitionib⁹: ergo oportet deũ intẽsius diligerę: & nõ sufficit &c. Ad tertiũ nego antecedens. ad primã eius probationem nego sequelã: & ratio est: quia licet talis amor creaturę citra deum sit incompossibilis amori dei sup̱ oĩa, & tanquam finis vltimi: si quis tamen illum amorẽ creaturę eliceret ꝓ tempore quo obligatur amorem illum dei tanquam finis vltimi elicere, non peccaret mortaliter cõmissione, sed omissione actus debiti: sicut cũ quis ambulat per prata quum debet audire missam. Ad secundã probationem nego consequentiam: Multa enim sunt compossibilia habitui charitatis quę aliquib⁹ actibus eiusdẽ charitatis penitus repugnant: vt surreptitiũ odium fratris repugnat actuali dilectioni charitatiuę fratris, sed habitui charitatis nullo modo repugnat. Non valet ergo consequentia: charitati non repugnat: ergo nec ei⁹ actui qui est diligere. Ad confirmationem dico ꝙ virtualiter committitur fallacia consequentis. In effectu em̃ arguitur: nõ repugnat, sed compossibilis est motui ad finem vltimũ: ergo huic motui qui est amor dei tanquã finis vltimi. sunt enim plures motus & amores studiosi in deũ quibus non repugnat, sed illi pręcellẽtissimo qui cor totum sibi vendicat, incompossibilis est & repugnat. Nec est simile de virtute magnetis cõparatione ad motũ ferri, & de illo amore libero creaturæ respectu amoris dei tanquã finis vltimi: sed simile est de motu recto & circulari: quorũ vterq̃ etiã motus est: nõ sic aũt virtus magnetis. Ad quartũ & vltimum nego sequelam: & ad ꝓbationem dico ꝙ etsi talis eligit & amet aliquid licite cui⁹ ratio amandi non sit deus, non tamen eo

tunc ꝓ quādo obligaẗ ad eminentissimū illū actū charitatis quo oīa referuntur in deum: & nihil in eis libere amaẗ nisi in deo & ꝓpter deū. Vnde non valet cōsequentia, talis amor licet: ergo stat cū quolibet actu charitatis. instantia clara est de somno. Itē charitas inclinat ad multos act⁹ qui inuicē sunt incōpossibiles, vt ad contēplatiuā & actiuā vitam: ad seruandū & ad erogandū, ad prędicandū & ad celebrandū. Et tantū de prima quęstione &c. De totalitate affectus quo tenemur deū toto corde diligere &c. vide in Bonauentura. xxvij. distin. iij. quęstione. vj.

Prima quęstio sine argumentis.



VARE consumpti leguntur aliqui quia quęsierūt cibum sibi, quū mortis causam nunquam videatur solicitudo de pane inferre, sed potius obliuio? Hęc quęstio supponit illud Threnorum. j. Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quęsierunt cibum sibi vt refocillarant animas suas. Et in admirationem ducit quomodo hoc eis potuerit perditionis causa esse & interitus, cum cibi carentia mortem potius inferre videatur. ¶ Pro hui⁹ solutione pręmitto illud August. primo de doctrina Christiana. Ille iuste & sancte viuit qui rerū integer ęstimator est. Ipse est autē qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat quod non est diligendum,, aut non diligat quod est diligendū, aut minus vel amplius quod ęque est diligendū. Vnde virtus animi nihil est aliud q̄ ordo amoris sua cuiq; loca distribuēs. vñ in appetitu vel ꝓsecutione rei multiplex intercurrit peccatum: quoniam vt bonū ex integra causa est, ita malum accidit ex singulis defectibus. quarto de diuinis noībus. quod & longe ante a dño dictum legitur secundū translationem. lxx. Si recte offers, & non recte diuidis: peccasti. Genesis. iiij. Ille recte offert, vel rectū quid facit, cuius in se opus a difformitate vacat. sed recte non diuidit, q cęteras non obseruat conditiones de loco, tempore, persona, modo, & sic de alijs circūstantijs. Vnde Ambrosius lib. de Cayn & Abel dicit non recte diuisisse Cayn, ꝓ eo ꝙ non

de meliorib⁹ frugibus deo obtulerit, sed sibi pinguiora re- A
seruauit. Ad propositũ nostrũ, ne vos plus debito morer,
ex omnibus duos tantum modos prosequar, quibus cibũ
corporis iniuste atq; inique quærim⁹. Primo si p media nõ
opportuna: cui⁹ exemplũ palã est si per adulteriũ vel aliđ
nephas quis sibi velit cibũ querere. Itẽ si per opa spiritua
lia mercari sibi cibũ velit: vt sola sinistra agat, quæ dextre
prohibetur admisceri Math. vj. id est quod propter deum
fieri debet oculo tam simplici, vt nihil se admisceat affect⁹
temporalis. aut de cupidine laudis. quod tractans Bonauẽ
tura. d. xxxviij. mota questione an bone volũtatis possunt
plures esse fines. exemplum sumens familiare si quis va-
dat ad ecclesiam vt distributionẽ percipiat, dicit tripliciter
contingere posse. Primo, solũ intendendo distributiões vt
finem sub gloria dei, decernẽs videlicet eas Christi paupe-
ribus in dei gloriã donare. ❡ Secundo intendendo ire ad ec
clesiã vt ad dei honorẽ & gloriam laudes decantet, sed cũ
hoc etiam intendendo pecuniam acquirere: non referẽs illã
in deum. sed nec statuẽs eã vt finẽ principalem. Tertio po-
test contingere duplicata intentione, ita ꝙ vult deo place-
re & vult obtinere pecuniam vt suũ thesaurũ ampliet, &
in ea propter se delectetur. Primũ est meritoriũ & bonũ.
Secundum non est bone voluntatis, quãuis cũ ea stare pos
sit. est enim veniale peccatum: quomodo dicit Augustin⁹.
Minus te amat qui tecũ aliquid amat quod non propter
te amat. Tertiũ vero est male volũtatis, & que velit duo-
bus dominis seruire: de quo Mathæi. vj. & verificat illud
propheticum, Coangustatũ est stratũ, vt alter decidat, &
breue est pallium, vt nequeat vtrũq; operire. illud etiã O-
zee. x. Diuisum est cor eorũ, nunc interibũt. & æterne dã
nationis ve his cõminatur sapiens, qui terram ingrediunt
duabus vijs. Ecclesiasti. ij. Sed qm̃ simonia mentalis est si
actum canendi quis fecerit principaliter propter pecunias
vt finẽ: iuxta. c. tua nos. de simonia. vt bñ notat glo. in cap.
vnico, de cleri. nõ residentibus. lib. vj. limitandũ est hoc iu-
xta normã Tho. viij. quodlibet. arti. xj. ꝙ pecuniam illam
non debet intendere vt finẽ principalẽ act⁹, sed talis esse, ꝙ
etiam sine pecunia vellet seruire deo, & ecclesiã accede-

re,licet non tunc: & ita pecunia ipsa vel distributionū perceptio non est diuini seruitij causa, sed proprie huius determinationis quare nūc vadit. Et certe semp mihi visum est
C ꝙ licet pecunia moueri per cōplacentiam, sed nullo modo licet pecuniam ipsam affectu libero diuini seruitij finē prefigere: quomodo etiam scientiā ex finis prestitutiōe pperā & inique appetim⁹. Bernar. super Cant. sermo. xxxvij. tradit. Qui se existimat scire aliquid: iuxta Apostolum nōdum cognouit quemadmodum eum illud scire oporteat. Vides quomodo nō probat multa scientem, si sciendi modum nescierit. Vides inquam quomodo fructum & vtilitatē scire in modo sciēdi cōstituit, quid nisi vt scias quo ordine, quo studio, quo fine quæq nosse oporteat? Quo ordine: vt prius illud quod maturi⁹ ad salutē. Quo studio: vt illud ardentius quod vehementius ad amorē. Quo fine: vt non ad inanem gloriā, curiositatē, aut aliud simile, sed tantum ad ędificationem tuam vel proximi. Sunt nāq
D qui scire volūt eo fine tantū vt sciant: & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt vt sciantur ipsi, & tunc vanitas est: qui profecto non euadēt subsannantē satyricum & eum qui huiusmodi est decātātem. Vsq adeo ne Scire tuū nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt qui scire volūt vt scientiam suam vendant: verbi gratia pro pecunia, p honoribus: & turpis quęstus est: Sed sunt quoq qui scire volunt vt ædificent, & charitas est. Et sunt qui scire volūt vt
E ædificentur, & prudentia est. Hæc ille. ¶ Secund⁹ modus inique quærendi cibum est si quæramus nimie, pl⁹ operæ vel tantūdem videlicet pro cibo impendendo, q̄ pro salute animę. Vult enim deus primas nostri affectus partes possidere: ac se per indignationē abducit vbi aliud vel æquas vel priores animi partes conspexerit occupare. Maledict⁹ (inquit) dolos⁹ qui habet in grege suo masculū: & votum faciens deo, offert debile domino. Malachiæ. j. sup quo gl. Aliquando homo bene creatus a deo, habet ingeniū aptū sacris disciplinis: sed tradit inertiæ: & habens masculū, offert deo debile, id est orationem aliqua animi pturbatione corruptam. Hic sentit in se completum quod scriptum est Sapientiæ. vj. Potentes potenter tormēta patientur. &

eodem ca. Malachiæ præmittit, Si offeratis claudum & lã guidum, nonne malum est? offer illud duci tuo si placuerit illi, aut si susceperit faciem tuã, dicit domin⁹ exercituum. Et quid aliud credimus q̃ diuidere nõ recte, cũ terrenis so- F licitudinem maximam & ingentẽ affectum impendimus, & celestia aut deum ipsum meditari fastidim⁹? Filios nostros & nos ipsos si sunt industrij, mundo tradimus, & secularibus disciplinis. Quod claudũ & debile est, dño offerimus: nec hoc solum, sed eos qui apti se iam diuinis mãcipauerunt, dehortatione nostra ad quæstuosas artes inuitamus, nihil curantes si sacræ doctrinæ & diuini verbi annona in tãta raritate multo carior fiat. Vereamur ęternæ maledictionis præconium: Maledictus qui facit op⁹ domini negligenter (vt habet vltima trãslatio) & aufert macheram suam a sanguine iniquorum. Hiere. xlviij. Et vbi ipsi celum ingredi nolumus, alijs celi portam nõ claudamus. Et his paucis satis patere existimo quo pacto morti causã dare potuerint inordinate & p̃postere cibũ q̃rẽdo, vt merito consumpti legantur quia cibũ quęsierũt vt refocillarent animas suas. Et hæc de prima quæstione.



VARE propheta inq̃t, Si reddidi retribuẽtib⁹ mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis: cum naturaliter licere videatur inimicis vim & damna inferre? ¶ Pro hui⁹ solutiõe A aduertendum est, cũ p̃ximũ teneamur vt nos ipsos ex charitate diligere, nõ possum⁹ ei licite pœnã optare aut velle nisi propter aliquod bonum ei⁹, nostrum, vel reipu. puta propter ordinem iustitię seruãdũ, vel ad correctionem ei⁹ qui deliquit, vel ad terrorem aliorũ: vt quos diuinus timor non cohibet temporalis pœnæ formido deterreat a peccato, vt bene notat Lyra Math. v. sup verbo Christi: Ego autem dico vobis non resistere malo &c. Et August. Siue plectendo, siue ignoscẽdo, hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. xxiij. quęst. v. p̃dest. imo cum nullũ sit cõsiliũ quod nõ veniat in casu sub præcepto tenemur animo parati esse etiã satisfactionẽ nõ ex- B petere, vbi necessariũ fuerit proximorum saluti. xxiij. q. j.

parat⁹. Et est regula Aposto. ad Romanos. xiiij. Si ꝓpter cibum frater contristatur, iam nō secundū charitatē ambulas. noli tuo cibo illum perdere ꝑ quo Christ⁹ mortu⁹ est. Nec releuat cap. si quis contristatus. x. dist. qđ a contrario induci solet, vt si satisfactionē nō offert qui lęsit, nō tenemur ei reconciliari. & glos. dicit nō obligari hominem vt actionem iniuriarū remittat, sed debet rācorem deponere, quia procedit cum exactio satisfactionis non inducit salutis dispendium, vel eius qui læsit cū ex remissione verissimiliter reducetur, & alias persistet in malo, vel aliorū qui ex hoc scandalizantur in morib⁹ aut fide, cum in hoc casu oportet etiam propriā vitam exponere. Recte ergo dicit
C propheta, Domine si feci istud, si est iniquitas in manib⁹ meis: si reddidi retribuentib⁹ mihi mala, inuoluēt, cruciēt & præmant me mala quæ sequūtur: decidā merito ab inimicis meis inanis, ꝑsequat̃ inimic⁹ animā meā &c. Qui enim aliqua inimicis intulerit ꝑ vitæ correctiōe, nō vt similibus eos afficiat qualia sibi intulerit: bona potius fecisse putabit̃ q̄ intulisse mala. Sed cū tāta ꝓximis debeam⁹, mirum valde est quid causæ sit vt miseri nos virtutis oīs vacui, & ordinis expertes, vel parū lęsi a ꝓximo statim incendamur ad irā, cupiam⁹ tanto ardore vlcisci & vindicare quod in nos peccatum est & cōmissum, Et certe vt paucis cætera transeam, quatuor reor huius esse causas p̄cipuas, videlicet nostram infidelitatem, inconsiderationem, tumorem voluntatis, & (quod omium miserrimum est) mortem animæ. Exemplū primi. Si em̄ ꝓphetę credimus dicenti, Non est malū in ciuitate qđ non fecit dn̄s. Amos iij. Et certe ꝙ multa miseratione pœnas hic inferat, vt nos a peccato deterreat & reuocet, iuxta illud. ij. Macca. vj. Et enim non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statī vltionis remediū adhibere, magni b̄ñficij indiciū est. quādo scilicet (vt Gre. inquit) mala quę nos hic p̄mūt, ad deū ire cōpellūt: nequaq̄ indignaremur virgę qua ad nostram
D correptionē tā pius pater vtit̃. sed pro certo domini maledicti sum⁹ ſi de medicina ægrotamus. maledictū em̄ ferrum (vt Greg. vtar verbis) quod ex lima contrahit rubiginem. Secūdi. Si enim domino adijciente vt indignaret̃ populo

permisit Dauid in peccatū illud grande numerationis populi cadere, vt.ij.Reg.xxiiij.legitur: frequens est quod nostro demerito alius sinitur ruere in pctm̄, quē alias abundantiori gratia deus prçueniret, & seruat⁹ fuisset a peccato: per quē modū dicit̄ excitare in nos hominē cui abūdantiā gratiæ ꝑpter nos subtrahit, vel non apponit vnde seruandus fuisset a pctō in nos. quāto igitur quis poti⁹ miserebitur fratris si perpēdat se forte causam dedisse quare ceciderit. Tertij. Qui em̄ diuino placito sic ceruices īclinaret & submissas teneret, vt quod sancta dei volūtate factum fuerit, gratū semper habere vellet, vti precamur: Fiat voluntas tua &c. a qua fieri, necesse est quicqd procedere debeat in esse, siue bonū siue malū: hic vtiqꝫ nollet diuinç dispositioni contraire, & rebellē se obijcere, aut factū ipsum ꝓ se vlcisci & vindicare. Vnde de sancto Dauid.ij. Regū xvij. legitur dum Semei contra eū lapides proijceret, atqꝫ inclamaret, Egredere vir sanguinū, egredere vir Belial, ecce premunt te mala, quoniam vir sanguinū es: & Abisai çgre hoc ferens ꝙ malediceret regi: quid inquit maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadā & amputabo caput eius. Dauid domini voluntatem & sanctam dispositionē attendens, Quid inqt mihi & vobis est filij Saruiç? dimittite eum vt maledicat. Dominus enim prçcepit ei vt malediceret: & quis est q dicere audeat quare sic fecerit? dimittite eū vt maledicat iuxta prçceptum domini, si forte respiciat dn̄s afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonū pro maledictione hac hodierna. Quo facto māsuetus ille Dauid diuinç voluntatis dispositionem etiā in actu malitiç substrato, prçceptū domini appellauit: & illi noluit rebellis inueniri. Sed ne culpa Semei ꝑniciosa exemplo alios ad similiter peccandū inuitaret, aut factum tam enorme transiret impune, filio suo Salomoni vltionem ꝓ deo commisit.iij.Reg.ij. Vtinam vel ad paucos dies compensas inferre differrem⁹: vt pateret ꝙ non vlciscendi animo, sed iustitiç zelo faceremus. Sed quia iugū obedientiæ ad diuinam voluntatem, iam diu excussimus: inuicē mordemus & comedim⁹. Sed videte (inquit Apostolus) ne ab inuicem consumamini, ad Galathas, V. Quarti, quoniā vt B

ij.Rheto.tradit Aristot.ęgrotantes,pauperes, amātes, sitientes,& huiusmodi,iracundi sunt, & facile incenduntur ad iram. Quis autem pauperior esse aut magis æger potest eo qui ante viam perdidit, & tanta corruptione mortis laborat? Exemplum habemus in naturalibus. Muscarum feces viuæ carni obsunt nihil, at mortuæ carni vbi superfusæ sunt corrumpitur statim, computrescit & scatet vermibus. Si itaque facile iniuriantibus irascimur, vehemens indicium & magna præsumptio est ꝙ ex animæ morte descendat, quod modicæ iniuriarum feces ad tantā corruptionem iræ perduxerint: & ne affectus nos fallat (quoniam mentitur sępe iniquitas sibi) & iustitię zelo ascribamus animum ipsum & amorem vltionis, qui est ꝓpter propriam vindictam: hanc regulam aduertamus, Si non dolemus de proximi malo, non est motus hic charita-
F tis, & verus zelus iustitiæ. Vnde Bernar.lib.de modo bene viuendi.c.xiij. Si proximus noster patitur aliquam tribulationem aut infirmitatem aut damnum, aut in carcerem mittitur: si dolemus pro illo, in corpore ecclesiæ sumus: si non dolemus, iam a corpore ecclesiæ præcisi sumꝰ. Charitas colligit & viuificat omnia membra ecclesiæ. Tā diu dolet membrum, quam diu in corpore continetur. Si autem membrum præcisum fuerit a corpore, nec sentire poterit nec dolere: vt si manus aut aliud membrum pręcisum fuerit, & totum corpus in ignem mittatur: manus illa iam non sentit, quia diuisa est a corpore. Talis est omnis Christianus qui de alterius damno tribulatiōe aut necessitate nō dolet. Hæc ille. Quod si locum habet in malis corporis, longe fortiꝰ in malis animæ, quæ & contra deum sunt, & proximum grauiori damno afficiunt. Et Gregorius: Vera iustitia compassionem habet: falsa dedignationem.xlv.distinctione, vera iustitia. Cum itaque facile irascimur, & vindictam appetimus sine compassione & dolore, proculdubio mors animæ causa est quare corruptio hæc emergens nos inuadit & occupat. A quo nos seruare dignetur qui in secula benedictus viuit & regnat, Amen. Deo gratias.

Quodlibetica questio octaua eiusdem, anno a salute humana. 1 4 9 9. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



ER VENERABILEM virum dominum Quodlibetarium nunc cathedrantem fuit mihi questio theologica proposita hec: Vtrū orās ꝑ multis, æque prosit singulis, ac si ꝑ vnoquoq; tantūdem oraret. Pro huius decisione, supposita in primis sanę fidei ꝓtestatione, & ꝙ vbi errauero, cupiam per quēcūq; corrigi, & ad veritatis semitā deduci: decreui tria inquirere. Primum an ꝓsit orare, vel sit inutile. Secundum an orationis vis deriuari vel ꝓtendi possit ad alium. Tertium an eandem orationem dicendo ęque prosit multis quātum ꝓficeret vni soli. Quo ad primum pōt inutile videri vt quis oret, ex trib⁹. Primo, nihil aliud est orare quam alteri desiderium nostrum exponere seu explicare: quod fit vt ei innotescat quod optemus aut cupiamus. ergo species infidelitatis est deū orare. Cōsequentia tenet: quia videmur orando ꝓsumere quod deū antea latuerit quod ab eo desideramus. Et hæc in effectu videtur fuisse ratio prohibitionis cur saluator prohibuit in oratiōe multa loqui, sicut Ethnici faciunt. Matthęi. vj. Scit em̄ pater vester celestis quid vobis opus est, antequā petatis. Et eadem ratio concludit nihil orando loquendum: quia ipse omnia ante nouit. Et exponēdo vel exprimendo suppone re videmur quod eum latuerit prius. ¶ Secundo, nihil potest deus facere ad quascunq; preces quod non antea ęternaliter se decreuerit esse facturum. ergo frustra funditur oratio. Consequētia tenet. Quod em̄ ęternaliter se decreuerit esse facturū, ęque fieret nō fusa oratione. da em̄ op-

positum, & erit in nostra potestate impedire quo minus
ęternũ dei decretum mandetur executioni. Idẽ tacite sen-
sisse videtur Samuel postquã Saul agnoscens suam culpã
quia præuaricatus erat sermonem dñi, timens populũ &
eius voci obediens suppliciter peteret: Sed nũc porta pec-
catũ meum, & veni mecum vt adorem dominum. respon
dit Samuel: Non reuertar tecũ. quia proiecisti sermones
dñi: proijciet te deus. Et infra: Scidit dñs regnum Israel a
te hodie, & tradidit illud ꝓximo tuo meliori. Porro triũ-
phator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur.
neq; enim homo est vt agat pœnitentiam. Quo prętẽdis-
se videtur Samuel frustra dñm orari, quum a prædisposi-
to decreto non posset flecti. Tertio, orando deum alterum
duorũ peteremus, vel vt faciat quod decreuerit & præ-
disposuit, aut certe ꝙ decretũ seu sententiã mutans, id ve-
lit quod cupimus. Non primũ, quia necessariũ est si decre
uerit vt faciat. Stultum autem est pro his preces fundere,
quæ nequeunt quouismodo aliter euenire: quemadmo-
dum nec de his consilium esse potest. iij. Ethi. Non etiam
secundũ, quia mutari non põt. xxij. q. iiij. incõmutabilis.
& Iaco. j. Apud quem non est mutatio, neq; vicissitudinis
obũbratio. Et Numer. xxj. Non enim deus vt homo est, vt
mentiat: neq; vt filius hoĩs, vt mutet. Dices fortassis, Non
oramus vt mutet voluntatem, sed vt pro nostro desiderio
~~aliquid velit, & ab ęterno voluerit~~ sic ꝙ nunquam opposi
tum. Contra, ~~hoc videt~~ prę sumptuosum & contra subie-
ctionem quam deo debemus. Semper eñ parati esse debe
mus eius benedictæ voluntati cedere, & nostrã nolle prę-
ferre: prout in dñica oratione petim⁹, Fiat volũtas tua &c.
Et ꝙ non liceat orare vt non voluerit quod scim⁹ eũ ęter-
naliter voluisse aut velle, patet: q̃a illa de causa postea q̃ de
calice transferendo exposuisset Saluatori deo patri disposi
tionẽ inferioris appetit⁹: statim petitionẽ corrigẽs, vel (vt
moderatius dicã) cõditionẽ supplens adiecit, Verũtamen
nõ sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et ne existimem⁹ sic vel-
le prę ire, q̃d Petro acciderit audiamus. Postquã exposuis-
set discipulis ignominiosam morte quã subitur⁹ erat ꝓ no
stra redẽptione: misert⁹ diuinæ conditionis Petr⁹, Absit a

te inquit domine: non erit tibi hoc. Vel secundū Hiero. vt significātius in græco habetur, Propiti⁹ sis tibi dñe, nō erit tibi hoc. quo nō mutationē ei⁹ optasse aut petiuisse videt, quē statim Christū filiū dei viui cōfessus est, sed orasse vt æternaliter voluerit nō subire tantā pœnā & ignominiā. Quia tamē diuinę volūtati nō satis detulit, sed quodāmodo visus est voluisse præire, a dño dure reprehēsus est, Vade retro me satana, scandalū mihi es. nō sapis quæ dei sunt &c. Et quia alicui videri posset ꝙ spirit⁹ malignus ibi reprehensus sit, qui hoc dicere apostolū suggerebat, hoc confutans Hiero. Sed mihi (inquit) hic error apostolic⁹ de pietatis affectu veniens, nunquam incentiuū diaboli videat. Vnde & Petrus audit, Vade retro me &c. hoc est, sequere sententiam meā &c. nō sapis &c. neq; volūtatis est, & patris mei veni facere volūtatē, vt ꝓ hoīm salute moriar. Tu tuā tantū cōsiderās voluntatē, nō vis granū tritici cadere in terrā, vt fructus multos afferat. Ergo nō licet orare vt eius oppositū ęternaliter voluerit quod iā nouimus ab eo decretū &c. ¶ Pro hui⁹ quæstionis decisione ꝑmitto primo ꝙ quadruplex est genus orationū, q̄dā oratio infecta prauitate: quędā deficiēs bonitate, q̄dā integra sed mortua, q̄dam sana & viua. Inficit oratio prauitate ratione obiecti, ei⁹ scilicet q̄d petit, vel ratiōe circūstātiæ prauę quā oporteret abesse. Ratiōe obiecti dupliciter: aut q̄a petit q̄d absolute & in quocūq; gradu petere nō licet: vt prosperari in patrādo scelere, vt accidat malū ꝓpinquo: & sic de alijs. Aut q̄a petit sine debita mēsura, aut vltra q̄ cōuenit. Vn Amb. Est aliq̄n stulta et sup̄ba petitio: sicut fuit apl'orū Iacobi & Ioā. qnib⁹ incōgrua & immēsa petētib⁹ dictum est Nescitis q̄d petatis. Hoc est ābulare in magnis & mirabilib⁹ sup̄ se, dū nō sua sorte cōtēt⁹ pes, ambit ea q̄ sunt oculi. Ex circūstātia multipliciter inficit prauitate, ratione finis, dū scilicet fit ob finē malū vel incōgruū seu indebitū: vt oro a deo diuitias ꝓpter lasciue & luxuriose viuere, aut fundo orationem propter inanē gloriā, seu laudē hominū: de quib⁹ Mat. vj. Receperunt mercedē suam. & Hiero. de martyrio ob eam causam suscepto, Huic operi nō tā præmiū q̄ pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt q̄ A

corona victoriæ, j.q.j. vide quantum bonū &c. Secūdo ex parte personæ siue circunstantiæ, vt dum in mortali peccato audet fundere orationem vt minister ecclesiæ. de quo Dionysius ad Demophylum monachū: Audetq; (scilicet sacerdos non illum natus, de quo ei sermo est) scelestas blasphemias suas (neq; enim p̄ces dixerim) sacris aris inferre eas super signa illa diuina ad Christi simil.tudinem dicere. Et Hieron. de hæreticis: Quotiescūq; cōgregati sunt in nomine eius, detestatur deus fœtorem eorum, & claudit nares suas. j.q.j. odit. & est communis sententia doctorū, q̄ quicunq; in mortali peccato exequit̄ actū sui ordinis scienter, eo ipso mortaliter peccat: p̄ceptum est enim Deutero. xvj. Quod iustum est, iuste exequere. Tertio ex parte

B temporis, puta quando oportet alteri insistere, seu operam impendere, vt si cum an marum salus procuranda est, velim insistere orationi pro temporalibus. Quarto ex pte modi quia videlicet quam conuenit prętensius & magis absolute petitur: vt oro deū vt det mihi diuitias, & salubre faciat si forte non est salubre futurum. Quid em̄ hoc est nisi velle p̄ire, & nequaquā cedere diuinę dispositioni, & eius sanctę voluntati? Est enim effectualiter orare deum, Fiat volūtas mea, cedat tua. vel vt restrict⁹ dicā, nō fit illa tua. Et certe cum parati animi debeat esse Christian⁹ in om̄ib⁹ cedere diuinę volōtati, & non velle reniti p̄ter eius assensum & beneuolentiam: vbi scilicet contrarium nobis p̄ eperit, vt in reuelatione futuri peccati aut dānatiōis secundum quosdam, propter perpetuā culpam inclusam: secus quo ad pœnam, cum ex diuina institutione & p̄cepto oramus, fiat voluntas tua. Et August. sententia prauū & distortum cor habet qui nō vult id est respuit quod de⁹ vult super Psal. c. Nō adhęsit mihi cor prauū. Eos enim q̄ adorant: in spiritu & veritate oportet adorare Ioan. iiij. Ille autem non orat in spiritu sancto qui absolute petit. & nō cōmittit eius directioni vel dispositioni, Quid oremus, inq̄t Apostolus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus sanct⁹ postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ad Roman. viij. Super quo Ambrosi. Superfundit se precibus nostris vt imperitiam & improuidētiam nostrā motu suo apiat,

& illa nobis a deo petit quæ prosint. tūc pro nobis interponit se idem spiritus, cū sciat nos p ignorātiā nō p iactantiam contraria postulare q̄ cōuenit. Item si Augu. credit, adeo nos subd.mus & committim⁹ diuinę dispositioni & eius sanctissimæ voluntati, vt eam petamus sic in omnibus mandari execution, vt etiā contra nos eūdē orem⁹ pœnas debitas fulminare. Delatus em̄ q̄ dixerat magnam illam partem sanctorum quę ad mortem p̄destinata est, contra se petere vt cadant & ruant: confutens errorem sibi falso impositum dicit, Non hoc contra se petunt quod de⁹ nulla ratione facturus est, vt cadāt & ruant. hæc em̄ hominis nequitia, ipsorum consummata est libertas. Sed plane illud contra se petunt, quod diuinę voluntatis esse nō dubium est: vt scilicet quum venerit fili⁹ hominis in maiestate sua, & sederit super thronum gloriæ suę, cōgregentur ante eū omnes gentes, & separet eos abinuicem, alios ad dexterā statuendo, alios ad sinistram: & audient eum dexteri dicētem, Venite &c. & sinistri, Ite &c. Igitur qui facturi non sunt voluntatem dei, & petunt vt fiat voluntas dei: in eo quod voluntate dei faciendū est, audiuntur: vt imitatores diaboli cum diabolo iudicentur. Hæc ille, Quāquā igitur obligati non sumus omnia velle q̄ scimus aut supponim⁹ deum velle, nequaquā repugnare licet, nec contrariū eius velle aut petere, quod ipsum velle scimus aut credim⁹: nisi p̄cepto & sua voluntate ad hoc obligemur. In omī igitē oratione oportet totū diuino arbitrio actu virtute vel habitu cōmittere: nec vltra aut citra p̄ēse quicquam orare aut absolute petere. Possunt adhuc & alię circūstantię intercurrere quæ vitient orationem seu inficiāt: sed ex his est facile discernere de alijs. Oratio deficiens bonitate dicitur quæ cum nihil mali cōmixtum habeat quod oporteat abesse, (licet aliquando simul cōcurrant oratio infecta prauitate, & deficiens bonitate: sed hic distinctim occurrūt) deest sibi pro tunc aliquod debitum de feruore vel attētiōe circūstantia, aut huiusmodi. Quod autem defectu feruoris seu ratione diminutę voluntatis sit nonnunquam oratio ingrata deo, primo patet auctoritate Heronymi ad Cthesiphontem, Episcopus inquit Ephesiorum Angel⁹ in C

Apoca.nuncupatus,qui cum causa nominis Christi passionum multarum merita intra conscientiam retineat: qa in ipsis passionibus a primo conuersationis feruore tepuerat, cum calorem paululum temperasset,ad pœnitentiã reuocatur,dicẽte scriptura,Noui opera tua,& patiẽtiã tuã, & quia nõ potes sustinere malos, & sustinuisti ꝓpter nomẽ meũ,nec defecisti.Sed habeo aduersum te pauca, quia charitatem tuam primã reliquisti:memẽto vnde excideris,& age pœnitentiam.Consideremus quantus casus sit temere contẽnentis, cum tãta ruina dicitur de negligẽtia obsequẽtis: vel quã damnationẽ accepturos credim⁹ indeuotos,cũ tantam reprobationem deuotus acceperit.Tepidum discipulum non amat Christus. Qui vult meus esse discipul⁹ ait:abneget semetipsum sibi:& tollat crucẽ suã:& sequatur me.Hęc ille.Et glo.interli.in verbo, Sinautem, Venio & mouebo candelabrum &c.Veniam vt animo & corpore interficiam. Ergo defectus zeli & feruoris siue in oratione siue in alio opere,sæpenumero ponit graue peccatũ: Item Michę.vj.Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te:vtiq; facere iudicium,& diligere misericordiam, & solicitũ ambulare coram domino deo tuo,Item ad Roma.xij.Solicitudine non pigri.Hoc est inquit Amb.quod dicit propheta Hieremias.xlviij.c. Maledictus qui facit opera domini negligenter. Piger eñ in cõuersatione diuina sine spe est,ideo subiecit, Spiritu feruẽtes.hoc est vt in exercitio dñi aut legis nõ sit tepid⁹: sicut dicitur in Apoca.Ioan. Quia tepid⁹ es,incipiã euomere te de ore meo.Hęc Ambro.Dices fortasse: hæ: omnia solum inducunt præceptum affirmatiuum feruoris ac zeli: quod etsi semper obliget:nullatenus tamen pro semper, sed pro aliquando.extra ergo tempus obligationis de orando,videmur absq; peccati formidine posse tepide deum orare. Respondeo.quanquã hoc proposito abunde sufficiat:nihilomin⁹ qui hoc sentit, aduertat Malachiæ.i.dictũ esse de votiuo sacrificio; Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum,& votum faciens immolat debile domino: qa rex magnus ego,dicit domin⁹ exercituum: & nomẽ meũ horribile in gẽtibus,Et ibidem paulo superi⁹, si offeras te

cum ad immolandũ,nõne malum est? Offer illud duci tuo D
si placuerit ei,aut si susceperit faciem tuam,dicit dominus exercituũ. quo verbo nihil aliud significasse videtur dñs,q̃ ꝙ satius sępe fuerit non obtulisse duci aut regi, q̃ donare il liberaliter. Nõ debet ergo exilis esse & conteptibilis oratio quã cõueniat offerre ęterno regi: nisi quis adeo desipiat,vt credat deo cõuenire qđ illiberale est homini terreno regi offerre. Non eñi satis est recte offerre, nisi etiã recte diuiseris. Genesis.iiij. secundũ trãslationẽ.lxx. Si recte offers, recte autẽ non diuidis,peccasti: quiesce. Diuisionis aũt hic ordo est.prima secundis, non secunda primis præcurrant:& terrenis celestia,non celestibus terrena pręferãtur,secundum Ambro.ij.lib.de Cayn & Abel.ca.vj. Nõ tamen nego quin interdũ liceat imo acceptissimũ sit deo de penuria facultatũ cum paupercula vidua duo æra minuta mittere:de qua Lucæ.xxj. Sed tunc cũ legitima impedimenta intercurrunt,vt sit nobis penuria facultatum. E
Secundo deficit oratio bonitate,quia deest attentio. Matthęi.xv. Populus hic labijs me honorat: cor aũt eorum lõge est a me:sine causa autem colunt me &c. Est autem triplex attentio quę adhiberi potest oratiõi vocali: videlicet attentio ad verba,ne syncopentur & ꝓferantur corrupte: attentio ad sensum verborũ:de quo primæ ad Corinthios xiiij. Si orem lingua:spiritus meꝰ orat,mens aũt sine fructu est. sine fructu inquam speculatiõis de sensu verborũ: non autem sine fructu meriti, vt in laicis magno feruore F deum orantibus verbis latinis quę nõ intelligunt. Tertio ad finem orationis,puta deum ipsum, vel rem petitam in oratione: & hęc attentio maxime necessaria est ad orationem. Vnde dicit Hug.de sancto Vict. Pura est oratio quũ ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, vt cum se postulatura ad deum conuertit,etiam suę petitionis obliuiscatur,sed manet virtus attentionis in effectu scilicet feruoris & deuotionis ad quem deduxit attẽtio. Cum enim oratio secundũ Damas.sit accẽsio mentis in deum, & petitio decentium a domino:non videtur quis orare, nisi deũ attenderit,quantumcunque labia mouere curauerit. Hinc Hugo de sancto Victore, Si cũ orationẽ fundimꝰ, quodli-

bet aliud in corde versamus: etiã si illud bonum sit, a culpa liberi non sum⁹. Et Cyprianus martyr gloriosus libro de oratione dñica, Quæ segnitia est alienari & capi ineptis & prophanis cogitationibus cum dominum depreca ris? quasi sit aliud quod debeas magis cogitare, quã ꝙ cũ deo loquaris. Quõ te audiri a deo postulas, cum teipsum non audias? Vis esse deũ memorem tui cum rogas, quum tu ipse memor tui non sis? Hoc est ab hoste in totũ non cauere: hoc est cum oras dñm, maiestatem dei offendere: hoc est vigilare oculis: & corde dormire, cum debeat christianus etiam cum dormit oculis, corde vigilare. Petes forsasse, quia attẽtio ad finẽ orationis deuotio q̃dã est & erectio mentis in deũ, an sit in pręcepto ecclesię in horis canonicis missa & hmõi deuotionem illam adhibere, potissimũ quia in capitu. dolentes. de celebratione missarum, in virtute obedientię districte pręcepit conciliũ generale vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnũ quãtum eis de⁹ dederit studiose celebrent & deuote. Et in cle. j. de cele. missarũ etiam pręcipitur vt in ecclesia deuote psallatur. Dñs Ioan. and. in dicto ca. dolẽtes. refert tres opiniones. Prima ꝙ sic: imo si dicat horas, vel interest, & non habet cor ad deum, sed ad exteriora: mortaliter peccat. xiiij. quęst. j. quod pręcipitur. & si verbũ sit durum, tamen scriptũ est. vj. q. iij. scriptũ est. cũ similib⁹. Secũda opinio ꝙ dicere est in pręcepto: sed illa quę de deuotiõe dicũtur, sunt suadendo dicta. vnde dicit, quantũ deus dederit: quasi diceret: durũ esset hoc ponere in vim pręcepti. relinquim⁹ ea gratię dei. & hoc quia benignum, placet Hostiẽ. quia nõ debet ecc̃lia alicui laqueũ inijcere. xxvij. q. j. de viduis. ij. aut onera importabilia in humeros hominum alligare. xxvj. quęst. vij. alligãt. Tertia ꝙ hoc pręceptũ ecclesię nõ obligat ad culpã, sed solum ad pœnam suspensionis. quod notatur cũ dicitur, sub pœna suspensionis. simile, in statutis pędicatorum dicitur in principio ꝙ constitutiones eos non obligant ad culpã, sed ad pœnam, nisi ratione præcepti aut contẽptus. deinde exponit studiose, quo ad officiũ oris, non syncopando, nec aliqd omittendo: & deuote quo ad officium cordis. xxiij. dist. psalmista. Panor. in eodẽ ca.

dolētes post Io. And. refert illas tres opiniones, sed corrupte secundā, in eo quod dicit de pctō veniali si non sit adhibita deuotio: addens in fine satis se credere q̄titatem reatus considerandam esse ex qualitate & quantitate contēptus & negligētię. Cancellarius Parisiensis de regulis moralibus dicit ꝙ dicens horas canonicas in pctō mortali, vel intentione sinistra, vel absq; attētione, absoluit se a præcepto ecclesię, sed apud deū de peruersa intentione vel negligentia sæpe non excusat. Huius decisio videt̄ principaliter ex alio pendere, an scilicet ecclesia de directo pręcipere potest vel ꝓhibere interiorem actum animę. & visum est multis ꝙ non possit, potissime hac ratione, ꝙ nihil præcipere potest aut ꝓhibere cuius transgressorem non potest punire. sed quū actus interior sit de occultissimis, & quę non patent alijs: sequitur ꝙ ad suū forum deducere non potest: cum occulta soli diuino iudicio reseruentur, & de eis ecclesia se intromittere non possit. xxxij. distin. erubescant. vj. q. j si omnia. de sententia excōmunicationis, tuę. cū similibus. Sed contrarium verius videtur, & post multa ad hoc resoluit Glos. cle. j. de hęreticis, in verbo ipso facto, qđ videlicet occultam hęresim mentalem ecclesia afficit vinculo excommunicationis: & sequūtur communiter doctores. Et certe nisi hoc sit in facultate ecclesię, p̄cepto celebrandi sabbatū non est interdicta seu ꝓhibita omnis seruit⁹ mortalis culpę: sed q mortaliter peccauerit sabbato solo interiori actu mentis, nequaquā censebitur sabbatū violasse: qđ nemo sanę mentis dixerit, cū nihil tam aduersetur celebrationi sabbati q̄ seruit⁹ mortalis culpę. vide Tho. secūda secūdę. q. cxxij. articulo. iiij. Et nonne ecclesia dispensare potest sup voto quod sola mēte emissum fuerit? & pater carnalis tale votū filijfamilias irritare potest. Nume. xxx. qđ ergo impediet quo min⁹ act⁹ interiores possit pręcipere, vel prohibitione afficere? Nec obstat debile fundamentum contrarię partis, ꝙ illud non potest pręcipere cuius transgressorem non potest punire. Si em̄ (vt recte dicit Petrus de palude. xxvij. dist. iiij.) intelligatur cū non potest trāsgressorē punire ex defectu iurisdictionis: vera est: sed nihil ad propositum: cum tunc in argumēto petatur principiū.

G

H

Si vero intelligatur cū nō potest ex defectu ꝓbationis, ser uiret proposito: sed plane falsa est. sic em̄ exteriores actus etiā punire non potest: vt de actu fornicationis, in. c. erube scāt. & de actu simoniæ. in. c. ex tuę. de simonia. & hoc stre pitu iudiciario: in quo sine legitimis documētis nemo dam natur: quomō ꝓcedunt iura ꝙ occulta dei iudicio reseruan tur. Non releuant motiua Hostieñ. ecclesia nāq̧ in hoc ne mini laqueū inijcit, sicut nec in p̄cepto celebrandi sabbatū: quo etiā ꝓhibet mentale mortale pctm̄ neq̧ alligat onera importabilia, cum facile sit ei attendere qui tantam dei ma iestatem voluerit (vt par est) satis reuereri: neq̧ ꝓbat ver bum quantum deus dederit, cum neq̧ cogitationem bo nam habere possum⁹ ex nobis, sed ex deo. ij. ad Corint. iij. Tertia etiā opinio sine fundamento est, quia pœna suspen sionis prętereuntibus dictum cap. dolētes. imponitur. Ad finalem vero clausulam de studiose & deuote legēdo non iteratur. Certe licet prædicatores habent ꝙ constitutiones eas non obligant ad culpā, excipitur tamen casus præcepti, sicut & contēptus. Nusquam autem in virtute obediētiæ pręcipitur quęcūq̧ pœna adijciatur, quod sub culpa seruare non tenemur. Et vbi hæc omnia cessarent, quis negabit ec clesię suæ rei posse imponere modum & onus? Dominus ipse decimis onus imposuit non solū seruitij in tabernacu lo dn̄i, verum etiā vt portarent Leuitę apud dominū pec catum populi. Hinc mihi videtur ꝙ non solū potest sed de facto præcipit esse attentionem & deuotionem. & potest nō solum exteriores actus sed occultissimos interiores ex legitima causa p̄cipere. & hāc opinionē tenet Palude. xv. dist. iiij. q. v. ar. ij. conclusio. iiij. dicens nos obligatos atten dere nō solū humano iure, sed diuino: quēadmodū alij ad soluendū decimas: licet determinatio quotę, sit humani iu ris. & tenet sponte euagantē se non quitare, & ꝙ tenetur redicere: cum oratio seu orare sit actus mētis, non oris: & sic non est oratio, nisi sit actualis vel virtualis attētio. Cū aūt dicit ꝙ tenemur redicere, intelligit ꝙ tenemur vel i pœ nitentia suscipere cōmutationē, quia dei vicarius pōt com mutare restitutionē q̄ deo fieri habet: vt dicit in. v. conclu sione ibidē. Ex his oībus dico ꝙ sicut de industria scienter

scilicet horas canonicas dimittens, quantūcunq; deū attenderit, mortaliter peccat: ita de industria attentionē nō adhibere, sed scienter mentē distrahere, quāq̄ vocaliter dicant, videtur ex genere mortale peccatū, cū min⁹ sit labia sine attentione mouere, q̄ attendere sine vocū expressiōe possunt tñ tales circunstantiæ intercurrere, q̄ non sinant esse mortale peccatum ꝑpter actus modicū & imperfectum esse: quemadum de fraterno odio vel ira dicit glo. Math. v. sicut etiam vnum granum a proximo auferre, nō ponit furtum mortale, nec mortale peccatū. Oratio integra, sed mortua dicitur, quæ neq; infecta est prauitate, neq; deficiēs bonitate, sed integra moraliter in omni circunstātia requisita: nihilominus quia a charitate aut secundū ei⁹ inclinationem non est elicita ab habente charitatem, dicitur mortua. vnde Grego. Nihil viriditatis habet ramus boni operis, qđ non ꝑcedit de radice charitatis. Oratio sana & viua dicit, q̄ est bona & integra moraliter, & ꝑter hoc a charitate ꝑfluēs, vel secundū ei⁹ inclinationē. Vt eīm viuificetur oratio, nō satis est eam progredi ab habente charitatē: quia vt recte deducit Scotus Quodlibet. xvij. habens charitatē nonnūq̄ venialiter peccat: & potest actum elicere neq; actu neque virtute ꝑpter finē vltimū, scilicet deum, virtualiter inquā, sic q̄ ꝑcedat causaliter ab actu ꝑpter deū elicito. Talis aūt nō ē meritori⁹, cū nō sit act⁹ virt: neq; culpabilis, cū nullo p̄cepto teneamur oēm actū nostrū actu vel virtute in deū referre. Nō curo aūt in p̄senti decidere an charitas debeat effectiue cōcurrere, an sufficiat ei⁹ inclinare: quō siccitas inclinare dicit ad ardere, & tñ ardorē efficere nequit.

¶Secūdo p̄mitto q̄ oratio apud deū habet triplicē effectū in genere. s. merēdi: satisfaciēdi, et ꝑetrādi. Oratio ē meritoria nō ea ꝑte qua de libero arbitrio ꝑcedit, sicut nec qđlibet aliđ op⁹: sed ex ea qua ex dei motiōe ꝑcedit mouētis ꝑ gratiā seu charitatē deiformā in vitā ęternā: iuxta illud Ioā. iiij. Si q̄s ex aqua quā dabo &c. fiet in eo fons aq̄ salientis in vitā æternā. habet eīm se gratia in ope meritorio, sicut sessor ad equū. hinc cū dixisset apostol⁹: Abundātius omnib⁹ his laboraui: adiecit, Nō ego: sed gratia dei mecū. prim ę ad Corint. xv. Satisfacit oratio dum penā debitam K

relaxat: q̄ scilicet cedit in solutū, in summæ, videlicet totalis extinctionem vel diminutionem. Impetrat ex liberalitate, dum videlicet de⁹ sua pietate & misericordia votis cōdescendit amicorū. Danie. ix. Propter temeripsum inclina de⁹ aurē tuā, & exaudi. Aperi oculos tuos, & vide desolationem nostrā, & ciuitatē sup quā inuocatū est nomē tuum. neq̧ em̄ in iustificationib⁹ nostris prosternim⁹ p̄ces
L ante faciem tuam: sed in miserationib⁹ tuis multis exaudi dn̄e. Placare dn̄e, attende & fac ¶ Differentia inter mereri, & impetrare cōsistit in hoc, quia meritum innitit̄ iustitiæ, & nō potest homini deus negare quod meruit, nisi p culpam meritum suum mortificauerit. Sed impetrare est liberalitatis diuinæ. si det, est gratiæ, si nō det, nequit argui iniustitię. Vnde multa impetrantur oratione sine merito: vt patet de orationib⁹ sanctorū, q̄ nō sunt meritorię, & plurima impetrāt. Item in oratione p̄sistentiū in mortali peccato, q multa impetrāt, & nihil merent̄: vt statim deducam. Est etiam frequenter oratio meritoria, & nō impetrat petita. quandocunq̧ enim ex charitate procedit, est meritoria, nec tñ propterea impetrat. vt patet de orationē Pauli quo ad stimulum carnis auferendū. ij. ad Corin. xij.
M ¶ His premissis p responsione ad quęsitū pono tres conclusiones. Prima conclusio est. Nulla oratio infecta prauitate, aut deficiens bonitate, est meritoria & satisfactoria: est tñ nonnunq̄ impetratoria, quādoq̧ in malū orātis, aliquando in temporalem eiusdem nōnullā remunerationē
N propter bonitatē cōmixtam & obuolutā malitia. Secūda conclusio. Nulla oratio quātūlibet integra fuerit, est meritoria aut satisfactoria si mortua fuerit, est tamen ex se impetratoria. ¶ Tertia cōclusio. Oratio viua & sana est meritoria, satisfactoria, & impetratoria. Prima pars primę cōclusionis patet, quia nullū peccatū est meritoriū aut satisfactorium. Impossibile est enim vt per dei offensam aliqd ab eo mereamur, aut pœnā debitā redimam⁹. Q̄d ta-
O men q̄nq̧ impetrat in malū orātis, patet. j. Regū. viij. Petente em̄ populo vt eis cōstitueret̄ rex sicut cæteris nationibus, ex quo dn̄s nō tam Samuelem quā se abiectū fuisse dicit a populo: cōcessit ei dn̄s regem, sed de eius multiplici

oppressione clamaturi erāt ad dñm,& nequaq̄ exaudiendi ab eo. Et Aristo. inquit, Multis nō ex beneuolentia præstat deus ingentes ꝓsperitates. sed vt nobiliores: id est notabiliores fiant, suę calamitates: vt si quis afferat cupiam aliquid vt dum abstulerit doleat. ij. Rheto. de locis enthymę. Quod interdū in aliqualē remunerationē ꝓpter bonitatem commixtā malitiæ in actu patet de pietate mētiē di qua nitebatur obstetrices Aegyptiorum saluare paruulos masculos Hebręorum: quibus in remunerationem ędificauit dñs domos. Exo. j. de quo Greg. Benignitatis earū merces potuit in ęterna vita retribui: sed culpa mendacij, terrenam remunerationem accepit. Et de amātibus orare in angulis platearum vt videantur ab hoīb⁹ dicitur Math. vj. ꝙ receperunt mercedem suā. Itē Aug. v. de ciui. dei. c. xij. & xv. videtur voluisse ꝙ ea iustitia meruerūt Romani imperium a deo: quā faciebant ꝓpter humanā laudem & gloriam: quod cōstat vtiq̧ turpe esse, & mortaliter vituperabile. Primā partē secūdę cōclusionis ꝓbo, quia nihil potest meritoriū aut satisfactoriū eē quod nō procedit ex charitate effectiue, aut secundū eius inclinationem. Sunt enim in conspectu dñi omnes iustitię nostrę quasi pannus menstruatę, qui pannus vtiq̧ sordidus est & maculatus. Nisi ergo maculas iustitiarū nostrarū (quas obscuritates & vmbras quasdam sicut in luna recte dixerim) splendor charitatis obtexerit, illustrauerit, aut depulerit, nihil valēt apud dñm nostrę iustitię, vt eis de p̄mio aliquid debeatur vel pęnā redimere possint. Hinc Hiere. iiij. dicitur: Nouate vobis nouale, & nolite super spinas serere. qui sup̄ spinas serit, fraudat fructu. exortę enī spinę simul suffocant semē. Mat xiij. Ita nisi mētē charitate innouem⁹, spinas peccatorū euellentes: nihil fructus de nostra iustitia sperādū est. Quod aūt nihilomin⁹ ex se impetrat talis oratio, quāuis sit hoīs peccatoris, patet auctoritate Aug. tractātis illud cęci nati Ioan. ix. Traditum scim⁹ quia peccatores de⁹ nō audit, sed si q̄s dei cultor est, & faciat ei⁹ volūtatē, hūc exaudit deus: loquitur inquit vt inunct⁹, nōdū scilicet spiritussancti gratia illustrat⁹: quia deus vtiq̧ peccatores humiliter petentes audit. Itē multi dicūt, Dñe nonne in no-

mine tuo prophetauim⁹, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quib⁹ cõfitebitur domin⁹, quia nunq̃ noui vos, discedite a me operarij iniquitatis &c. vt dicit Mat. vij. Et valet talis oratio sicut cętera opera mortua extra charitatem facta, vt ex diuersis passibus doctorũ colligi põt, ad sex. ¶ Primo ad impetrandum de cõgruo culpæ remissionem & gratiã. Luc. xviij. legimus dum publican⁹ suã fœditatem aspiciens nõ auderet oculos leuare in cœlum, sed pectus nodũ videlicet multarum & grauiũ culparum percutiẽs humiliter orauerit, Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. &c. veniam impetrauit. dicit enim scriptura ꝙ descendit iustificat⁹ in domũ suam ab illo. ¶ Secundo valet ad promerẽdũ temporalia beneficia. Ezec. xxix. de infidelitate regis Babylonis Nabuchodonosor dictum legim⁹ a dño, Seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum omñe caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei, neq; exercitui ei⁹ de Tyro pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea ibidẽ decreuit deus Ego dabo eum in regẽ in terra Aegypti &c. Hiero. Cæterum ex eo ꝙ Nabuchodonosor mercedẽ accepit boni opis, intelligim⁹ etiã ethnicos si quid boni fecerint, absq; mercede nõ præteriri. & alibi idem: Cũ vides inter multa opera mala peccatorem queq̃ aliqua q̃ iusta sunt operantẽ, non est tã iniustus deus vt ꝑpter multa mala obliuiscatur paucorũ bonorũ. de pœni. dist. iij. si quãdo. & faciũt duo .c. sequẽtia. ¶ Tertio valet ad euitandũ transgressionẽ ꝑcepti: vt cui iniunctũ est a sacerdote in penitẽtia: vel alias rõne bñficij aut ordinis tenet orare, licet in statu culpæ mortalis faciat, vitat ꝑcepti trãsgressionẽ, quãuis nihil mereat, aut satisfaciat oratione nõ viua, sicut qui extremã necessitatẽ patiẽti eleemosynã porrigit ꝑpter deum nõ tñ in charitate. ¶ Quarto valet ad resistẽdũ inclinatiõi peccati seu culpæ: ne videlicet suo pondere ad aliud trahat seu ꝑmat. Est eñi pctm̃ scđm Altis. simile morbo qui apud medicos lupus dicit, cuius vim nisi per gallinã aut simile q d restrinxeris circũligatũ, totũ corp⁹ cõsumit. ita nisi peccati radicem vera pœnitentia excideris, aut vim eius aut depressionem

opere bono restrinxeris, quod vt bacul⁹ contra onus pecca ti animā deprimentis sustinet cōputrescēs: alias in aīa cor ruptiones facit & concitat. Putruerūt (inqt propheta) & corruptę sunt cicatrices meę a facie insipiētię meę. Insipiē tię inqua neq; curantis, neq; vim peccati restringentis: pu truerūt & corruptę sunt cicatrices, reliquię scilicet pecca torū. de hac restrictiōe illud Sapientis pcedit, Ignē arden tē extinguit aqua, & eleemosyna resistit pctō. Eccli. iij.
¶ Quinto ad habituationē in ope bono. Assuet⁹ eīm ope rari iuxta cōsuetudinis impulsum, post op abit ex charita te q prius cōsueuit sine charitate operari. Hui⁹ simile ha bemus de opib⁹ seruilis timoris quomō introducūt chari tatē vt seta filum: & facit post assuefactionē ex amore ho mo qd prius ex timore. xxiij. q. vj. ca. si. ¶ Sexto valet ad pmerendū vel impetrandū intercessionē multorū sancto rum. Cū eīm bñficia non re ipsa sed affectu pēsari debeant: qui pro animabus purgandis orationē fuderit, licet pter statū orātis via satisfactionis nihil eis profuerit, & de libe ralitate & misericordia exaudita nō fuerit: obligat nibilo minus aīas purgandas ad antidora, id est redditionē gra titudinis, vt videlicet cū iam purgatæ apud deum receptæ fuerint in ęterna beatitudine, p eis orēt q hic in terris sua oratione eis curauerint pdesse. Existimo etiā φ oratio pec catorū per viam gratiæ sæpe impetrat purgatoriæ pœnæ relaxationē, sicut oratio sanctorū etiā per viā gratiæ sæpe impetrat remissionē pœnę purgatorij quā viā satisfactiōis abstergere nō possit. ¶ Obijcies fortasse cōtra primā par tem hui⁹ cōclusionis, dicis Aug. lib. de pœnitentia, φ opus extra charitatē factū licet nihil pdest ad vitā ęternā obti nendam, vtiq; tamen valet ad minus suppliciū subeundū: quēadmodū exēplificat de eo qui ob confessionem nomi nis Christi dira tormēta patitur, & ipsam mortē &c. quę oīa Christum negando aut non confitendo euadere potuis set. Cū ergo nihil minuat pœnam nisi opus satisfactoriū, videt φ extra charitatē quis satisfacere posset. Respondeo φ aliqd dicit minuere pœnā dupliciter: ereptiue, & pręser uatiue. Ereptiue, cū pœna pri⁹ fuerit debita, & ex solutiōe ęquiualētis remittitur. Pręseruatiue, cū alias pœnā maio

rem incurreret. & hoc nullā arguit satisfactionē, imo ad ppositū authoritatis inductæ peccatū sic minuit pœnam. Est enim casus August. vbi timore gehēnę & æterni ignis in psecutione confitetur nomen Christi: q̄ tamen confessio vitiosa est, iuxta regulā iuris, q ex timore facit &c. &. xij. q. vj. c. fi. Nec obstat q dicit non vituperandā imo laudandam esse illam patientiā: quia intelligit non vituperādam esse, sed laudandā respectiue ad negationem vel non confessionem nominis Christi in tali psecutione. sic min⁹ malum laudabile est respectu & in cōparatione ad mai⁹ malū. Ex his dico q verbū Apo. j. ad Corin. xiij. Si tradidero corpus meum &c. pcedit non solū per viam meriti ex iustitia, sed & per viam satisfactionis. neq; verbū Aug. inductam pbat aliquid contra hoc, vt deduxi: pdest tamen opus tale merito congrui ad multa, & forte potest homo tali opere impetrare p viā gratiæ relaxationē pœnæ debitę p peccato prius dimisso. Prima pars. iij. cōclusionis patet, quia omne opus ex charitate pcedēs est meritorium, ergo omnis viua & integra oratio &c. Quod etiā sit satisfactoria, patet, quia omne op⁹ pœnale ex charitate pcedens est satisfactoriū. Cuius simile dat Altis. quarta parte summę tractans de satisfactione: sicut lixiuiū immūditias seu sordes capitis abstergit, nō quia lixiuiū, quia frigidum existens non facit: nec quia calidū, quia aqua calida non facit: sed quia lixiuiū calidum: ita opus pœnale ex charitate pcedens. & intelligo pœnale nō quia dolorosum & triste solum, sed quia difficile. & ergo opinor dilectionē dei sup omnia, cū sit opus maxime arduum, & omni naturæ corruptæ summe difficile, vt est cæteris magis meritoria: ita oībus esse magis satisfactoriā. Includit enim illa dilectio proprię voluntatis abnegationē saltem secundū animi prępa rationem: quod absq; dubio est ex genere operis difficilius multo q̄ corporis subire tormentū. sed oratio viua & integra est opus pœnale charitate formatū, quod pœnam corporis cōmixtam habet. dicit enim Ecclesiastes. xij. Frequens meditatio, carnis est afflictio. Itē Eccli. xxxj. Vigilia honestatis tabefaciet carnes: & cogitatus illius auferet somnū. Ex se etiā difficile est debitam humilitatem orandi subire:

qua.ſ.ſecundũ animi præparationẽ contenti ſum⁹ in petitis & deſideratis per nos cedere diuinæ diſpoſitiõi, & ei⁹ ſanctiſſimę voluntati. Quod etiam ſit imperatoria, patet Mat.vij. Petite, & accipietis: q̄rite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Item.j.Ioan.vlt. Et hęc eſt fiducia quã habemus ad deũ, quia quodcunq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius, audit nos: & ſcim⁹ quia audit nos quodcũq; petierimus. glo.interli. Non tantũ in futuro ſperare debetis ex fide Chriſti, ſed etiã in hac vita eſt fiducia ꝙ impetrabimus quicquid ſalubriter petierimus. Dicit notãter Apoſtolus, ſecundũ eius voluntatem: gloſ. vt quod velit rogemus, vel quales nos eſſe deſiderat, ad rogandũ veniamus. Lyra exponit ſecundũ voluntatem beneplaciti. & verum eſt ꝙ quicq̄d aliter petierimus, nunq̄ impetrabimus. Hinc ſi volũtas noſtra per ignorantiam a voluntate dei recedit, bona voluntas dei noſtrã ſtultam corrigit: vt apoſtolo contigit. hęc glo. Item prędicto paſſu canonicę Ioan. ſtultam, id eſt minus ꝓuidam quo ad rem petitam in ſe. non dubiũ autẽ quin pleniſſime ſeſe diuinæ diſpoſitioni commiſerit, paratus amplecti quicquid ipſe decreuerit. Et ne exiſtimemus ꝓ magno exaudiri ad noſtram voluntatem, ſemper in mente habeamus quod inquit Auguſt. deũ iratum concedere quę propitius vtiq; negaret. Petit diabol⁹ Iob tentandum: & datus eſt ſibi, vt ille eſſet ꝓbatus, & diabolus confuſus. Secur⁹ ſit quilibet, roget charitas, & ibi ſunt aures. ſi non fit quod vis: fit quod expedit tibi. ❡ Ad rationes ante oppoſitum. Ad primam reſpondeo, non exponimus orando deſideria nr̃a deo, prǽſumentes ꝙ eũ lateant anteq̄ ei indicemus: ſed vt humilitate petendi exerceamus noſtrã deuotionẽ, vt digni fiamus quorũ deſideria ꝯpleantur. Ethnici vero vel putant deos ſuos deſideria ſua latere, vel ſermonis ornatu aut multitudine poſſe flecti. Vñ q̄a Saluator nõ ꝓhibuit orãdo loqui, ſed multa loqui, ex ipſo loqui ſeu exponere deſideria nr̃a non põt argui ꝙ prǽſumimus ipſum antea latuiſſe, cũ tantum pro noſtro exercitio adhibetur. Sed multa loquendo videmur præſumere ſeu ꝑtendere ꝙ multa informatione egeat ad rẽ plene intelligendam, quomodo Ethnici &c. ❡ Ad ſecundũ nego con-

ſequentiam: & ad ꝓbationem nego aſſumptū, quia ſicut finem ab ęterno pręſtituit, ita etiam ęternaliter de medijs diſpoſuit, ita ꝙ vbi media interuĕtura non eſſent, nec finis eſſet vĕturus. xxiij. q. iiij. obtineri. ſic ęternaliter decreuit Iudę pœnam æternam ignis inferre, ſed non niſi pręcedentib⁹ ſuis malis meritis. Et cū infertur, Et ęrit in noſtra poteſtate impedire quo minus ęternum dei decretū mandetur executioni, non valet conſequentia. ſupponitur enim decretū finis ſtare ſublatis medijs ſine quibus nō ſtat, ſed ſequiť ꝙ ergo in poteſtate eſt noſtra aliquid facere vel aliqualiter nos habere quo exiſtĕte deus nunquā decreuiſſet iſtud nobis facere vel inferre. Vnde in omni conſequentia neceſſaria ſublato cōſequente oportet auferre etiā & ablatum eſſe antecedĕs. Quia ergo dum precibus ſum aliqd a deo obtenturus, & non alias, hęc eſt bona conſequentia, hoc impetrabo a deo, ergo pro illo orabo, vel melius, deus decreuit mihi hoc dare medio orationis meę, ergo orabo. Qui ergo voluerit conſequĕs in eo ꝙ contingens auferre, debet ſimul ponere antecedĕs non eſſe. Similiter eſt in oībus vbi ex diuina pręſcientia aliquid inferť, vt pręſcit de⁹ Antichriſtū eſſe peccaturum, ergo Antichriſtus peccabit &c. Quod addiť in confirmatione de verbo Samuelis primi Regum. xv. dicĕdum ꝙ dupliciter decreuit deus aliqua

T in futurum dare aut inferre. Primo ſecundum exigentiam meritorū quæ nunc ſunt: ſiue (vt Ambro. loquitur) ſecundum pręſentem iuſtitiam, quomodo dicitur prędeſtinatis dum in mortali peccato ſunt, velle æternam dānationem: & hanc ſententiam mutat ſine ſui mutatione, ſecundum ꝙ noſtra diſpoſitio meritorū immutatur. Hierem. xvj. Noli ſubtrahere verbū, ſi forte audiant & conuertantur vnuſquiſque a via ſua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis ꝓpter malitiam ſtudiorum ſuorum. gloſ. inter li. Et pœnitentibus & mutatis ipſe pœnitĕs mutat ſententiā. Hoc voluit Gregorius cum inquit: Nouit de⁹ mutare ſententiam, ſi tu noueris corrigere delictū. Hierem. xviij. & cap. commutabilis. xxij. quæſtio. iiij. Alio modo decreuit aliquid abſolute: & certe illam ſentĕtiā mutare non poſſet ſine ſui mutatione, de hac dicit Gregorius: Cum ſuperna

indignatio sese(vt ita dixerim)medullitus mouet,hāc opinio vel oppositio humana non remouet: nec se cuiuslibet vtiliter deprecatio obijcit,cum deus semel aliquid ab intimis irascendo disposuit: vt deducit in Moyse. xxiij.q. iiij. Nabuchodonosor. & de tali sentētia loquutus est Samuel primi Regū.xv.quod videlicet de⁹ nō parcet &c. Quicquid autem precibus obtinemus, semper est conformiter ad tale absolutum decretum,nūquam contra. ¶ Ad tertiū dico, Ad recte orandum oportet actu vel virtute implicare in oratione conditionē diuini beneplaciti: & nos quo ad animi pparationē committere diuinæ dispositioni, & velle cedere eius sanctissimæ voluntati:nisi pcepti necessitas cogat absolute aliquid petere. Quod dico propter peccata futura forsan etiam reuelata: vt Petro de futura negatiōe sua accidit. Hanc conditionem propheta Dauid suis iniunxit desiderijs.ij.Regum.xv.Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me: & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. si autem dixerit mihi, non places:paratus sum: faciat quod bonum est coram se. Dico igitur quod regulariter petimus vt quod decreuit & prædisposuit faciat. Et ad improbationem cum dicitur, necessarium est vt si prædisposuit, faciat: & frustra funduntur preces pro re necessaria, & quæ aliter se habere non potest: respondeo: licet illa conditionalis sit necessaria, ipsum tamen cconsequens,videlicet de⁹ est hoc facturus, manet cōtingens, imo & hoc totum:deus quod prędisposuit faciet. potest enim nihil prędisposuisse. male ergo infertur in argumento, necessarium est si prædisposuit vt faciat:ergo qui orat deum in certa materia seu negocio vt id faciat quod disponit, petit rem necessariam: vt patet ex deductis. Sed dices,statim dixisti conditionem implicari, vel explicite debere adiungi, sic deus vult. orat ergo homo vt fiat si deus vult. & hoc petitum est necessarium. Respondeo. illa petitio non est pars rei petitæ, vt supponit argumentum,sed modificat actum orandi seu desiderandi: vt sensus sit: oro si deus vult vt hoc faciat. sub ea conditione si deus vult oro,& non alias,vt hoc faciat: ita ꝙ ipsum orare sit conditionatū, non res petita:sicut cōdi-

V

tionantur actus donandi vel contrahēdi quando do vel cō traho si parentibus placet. Et tantum de prima parte.



ECVNDO inquirendum est an oratio vnius possit alteri prodesse. Et prius q̄ decidā quęstium, inducam ea ꝓpter quæ videtur orationis virtus ad alium deriuari non posse. Valde enim bonum est secundum Aug. de doctrina christiana, vt quicqd cōtradici potest, si occurrerit refutet ne ibi occurrat vbi nō erit qui respōdeat, aut præsenti quidem & tacenti occurrat, & minus sanat⁹ abscedat. Primo super illud Hiere. vij. Tu ergo noli orare ꝓ populo hoc, & non assumas pro eis laudem & orationē: quia nō exaudiā eos in die clamoris ad me in tēpore afflictionis. Hierony. super illo verbo laudem, vt laudando inqt nitaris mutare sententiam. etsi enim hoc feceris, non exaudiam eos, q̄ me necessitatis tempore rogare cogūtur. Ex quib⁹ discimus frustra rogare aliquem pro aliquo, cum ille nō mereatur accipere pro quo rogatur deus. Hæc Hierony. & Mat. x. Intrantes domum dicite, Pax huic domui: & si quidē fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. si autē non fuerit digna reuertet pax vestra ad vos. Ex quibus videntur duo sequi, Primum, ꝙ nunq̄ oratio proficit alteri qui est in mortali peccato, quia indignus est etiā peccator secundum Aug. pane quo vescitur, nec meretur quicq̄ accipere a domino. Secundū ꝙ nunq̄ accipit per orationē alterius quod sine ea accepturus nō erat, patet: quia nō accipit &c. nisi dum meretur; sed merito proprio nō negatur merces, quāq̄ nullę intercesserint aliorum p̄ces. ergo &c. Secundo sic, quicunq; orauerit ex charitate, de⁹ abunde eū munerat pro omni suo merito. ergo nihil meriti vel iuris ad mercedem pro illo actu potest ad alium deriuari, aut in ipsum quouis modo transferri. Antecedens patet: quia tribuit operanti pro quolibet suo opere ex charitate elicito vitam æternam, quæ incomparabiliter excedit omnem vim meriti. Et confirmatur: quia secundum apostolū. ij. ad Corin. v. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; propria corporis ꝓut gessit siue bonum siue malum. & Apocalyp. xiiij. Opera illorū sequū-

tur illos. ergo nulla potest cōfidentia esse de operib⁹ alienis, nisi ipse meruerit. & sic nihil prodesse videtur homini aliena oratio. & ergo sapientium virginū sententia fuit nō communicare virginibus fatuis de oleo suorum bonorum operum. aiebāt enim, Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Mat. xxv. Decisio huius articuli patebit ex trib⁹ cōclusionibus. Prima est, Nihil possum⁹ alteri mereri de cōdigno. Secūda est, Oratione possumus alteri de cōgruo mereri & impetrare nō solum temporalia beneficia. sed primā gratiam, & vitam æternam. Tertia est, Oratione possumus ad rigorem iustitiæ pro alio satisfacere, sed hoc solum pro existente in charitate, & cum oratio ꝓcesserit ex charitate. Prima conclusio patet: quia meritum condigni, & cui ex debito iustitiæ debetur merces, non excedit personā merentis, & motionem dei q̄a per aquam vitæ mouet operantem de⁹ in vitam æternam. quo ad hoc enim iustitia iusti super eū, & impietas impij super impium. Ezech. xviij. & vt homini non nocet patris impietas, ita nequit iustitia prodesse, & cū nos nihil &c. intelligo de puris hominib⁹. ita ly nos nō cōplectitur dei filiū deū & hominē, cuius propriū est esse auctorem salutis multorum, & multos filios adducere in salutē. ad Hebręos. ij. ¶ Secūda cōclusio patet quo ad temporalia beneficia: quia sodomitis summis peccatoribus pepercisset dominus si vel decem iusti inter eos inueniri potuissent. quod tractans Amb. libro de Abrahā patriarcha cap. vj. inquit, Hic discamus quant⁹ amic⁹ sit patrię vir iustus, & quemadmodū nō debemus inuidere sanctis, neq̄ temere derogare. illorū etenim nos fides saluat, illorū iustitia ab excidio defendit. Item Genesis. xix. Recordat⁹ est dominus Abraam, & liberauit Loth. Itē Exodi. xvij. quādiu manus leuabat Moyses, vincebat Israel: quoties vero remittebat, vincebat Amalech. item exodi. xxxij. tāto erat succensus furore dominus, vt Moysi diceret, Dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos, & deleam eos: faciamq̄ te in gentem magnam &c. Nihilominus intercessione Moysi placatus est. item Psalm. cv. Et dixit vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in confractione

A

B

in conspectu eius vt auerteret iram ei⁹. & queadmodum ad preces sanctorum siue hic degentium siue in vita beata temporalem pœnam & afflictionem remittit, non minus credo eorum precibus gehennalē pœnam viuis aut defunctis remitti, quibus per viam satisfactionis minime ꝑfuerit. De prima gratia & vita æterna patet Mat. ix. sup verbo, Videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Cōfide fili: remittuntur tibi peccata tua. dicit Gregorius. Quātum valet apud deum fides propria, apud quē tantū valuit fides aliena, vt intus & extra sanaret hominem. Item Amb. tractās illud. j. ad Tim. iiij. Corpalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas ad omnia valet, promissionem habēs vitæ quæ nūc est, & futurę. Si quis ergo (inqt) misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiatur, vapulabit, sed non peribit. si autem solum exercitiū corporale habuerit, perennes pœnas patietur. Ex quo verbo subiecto patet eum loqui de lubrico mortali. Et fundari videt in verbo Saluatoris Lucę. xvj. Facite vobis amicos de mānmona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula &c. Deficere in ꝓposito Saluatoris nō aliud videtur esse ꝙ a charitate excidere, nō ꝙ necessarium sit eum qui eleemosynis se dederit, ꝓcibus & opa saluari pauperū sanctorū, sed qa congruum valde. Et frequenter deus sanctorum votis inclinat⁹, reducit tales ad cor, & ad veram pœnitentiam. Et sic intelligendū est verbū glos. ad Rom. xv. in verbo adiuuari, circa finem ca. ꝙ impossibile est ꝙ multorum preces nō impetrent. item. ij. ad Corint. viij. Vt eorum abundantia spiritualis intelligētiæ, vestrę inopiæ sit supplementum, & fiat ęqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit, & qui modicū, non minorauit &c. item primę Ioan. v. Qui scit fratrē suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei vita peccanti peccatum non ad mortem. & Iacobi quinto. Et oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum dominus &c.

C ¶ Tertia conclusio quo ad primam partem patet: quia omne opus pœnale siue difficile ex charitate procedens, est satisfactorium, Dico notanter siue difficile: quia nō oportet opus esse cum dolore vel tristitia vt sit satisfactorium:

sed satis est si in se fuerit difficile & arduū. Cum enim abnegare semetipsum, & renunciare proprię voluntati, submittendo se diuinę dispositioni (quod in oratione quantū ad animi pręparationem regulariter saltem requiritur) sit valde arduū, & difficilius quā pœnam magnam subire: credo ipsum plus habere de ratione satisfactorij, & dilectione dei super omnia hominē multum satisfacere: quomodo procedere videtur verbū Saluatoris Lucę septimo: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. quāquam nonnullis rationabiliter videri posset verbum illud ꝓcedere quo ad culpę dimissionem, non quo ad pœnę persolutionem, & si magnā partem pœnæ etiam temporalis impetrauerit ex dei misericordia sibi relaxari. Sed cum opus ex suo genere sit arduum, & difficultatem maximā habens: probabilius videtur quod vt tale vim habeat satisfaciendi. ergo oratio &c. Etiam oratio connexam & cōmixtam habet pœnam corporalem. frequēs enim meditatio, carnis est afflictio. Ecclesiastes duodecimo. Itē Ecclesiastici. xxxj. Vigilia honestatis tabefaciet carnes: & cogitatus illius auferet somnū. Etiam plus cōsumit hominē intensa speculatio, & vehemens mentis applicatio ad meditandū deum, aut rem aliā, quam forte corporale exercitium. Quod ergo pōt quis oratione ꝓ alio satisfacere, patet: quia pōt vim satisfactiōis de suo ope totaliter vel partim (vt voluerit) ad aliū trāsferre siue trāsportare, adeo vt illo opere nihil pœnæ ꝑ semetipsum debitæ redimat. licet em̄ mereri nemo possit alteri quin etiā sibi mereatur: pōt tamen satisfacere pro altero, & non pro se. Sed ꝙ soli habenti charitatem possit cedere in solutum, patet primo: quia extra charitatem nihil proficere posset operanti. primæ ad Corinthios decimotertio: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperū: & tradidero corpus meū ita vt ardeam: charitatem autem non habeam: nihil mihi ꝓdest. Et hęc latius supra deduxi. ergo minus valere posset alteri si non fuerit in charitate. Item super verbo apostoli primę ad Thessalonic. iiij. Nolumus vos ignorare de dormientibus &c. dicit Augustin⁹, Orationes ecclesię, sa- D

crificia altaris, & eleemosynas non est dubitandū ꝓdesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortē, vt possent eis vtilia hęc esse post mortem. Nam qui sine fide per dilectionem operante, eiusqꝫ sacramentis de corpore exierunt: frustra illis a suis huiusmodi pietatis impendunt officia, cui⁹ dum hic essent pignore caruerūt. Item Greg. Cōgruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat: non tamen pro impijs quāuis christiani fuerint, tale aliquid facere licebit. xiij. q. ij. pro obeuntibus. ꝓ eodē. c. placuit. xxiij. q. v. & c. audim⁹. de reliqui. & venera. sanctorū. sed vbi possemus prodesse, nequaq̄ prohibitum esset pro illis orare; ergo. ¶ Obijcies fortasse de. c. tēpus quod inter. xiij. q. ij. Quibus ꝓsunt, scilicet sacrificia altaris & eleemosynæ & hmōi &c. ad hoc prosunt vt sit plena dimissio, aut certe vt tolerabilior fiat ipsa dānatio. sed dānati oīno expertes sunt charitatis: ergo &c. Pręterea nisi fic: in verbis August. nō reperies quatuor distincta membra, sed coincidere debebūt mediocriter boni cū mediocriter malis, quod videtur impossibile, cū sequatur, iste est mediocriter bonus: ergo est bonus: & similiter iste est mediocriter malus, ergo est malus. Eundē aūt simul bonum & malū esse est impossibile. Propter quod tanquam Achillem & insolubile mediū Hostieñ. damnat opinionē theologorū tanq̄ capitaneā, & de suo sensu præsumptam: imo dicit eam vicinā hęresi, cum implicet eundem bonum & malum esse. Respondeo ad primū: damnatio nō est ibi idem quod pœna ęterna, quomō communius sumitur: sed capitur ꝓ addictione vel deputatione ad pœnam. illo modo in euange. legimus ꝙ Iudas vidēs quia Iesus dānat⁹ esset &c Et latro inq̄t latroni, Neqꝫ tu times deū, q in eadē dānatione es. Iam certū est ꝙ illa pœne asscriptio aliqñ tota remittitur, interdū vero mitigatur, sed non tota absorbetur, & fit tolerabilior dānatio ¶ Ad secundum admitto ꝙ Augu. solū voluerit tria membra distinguere, & appellauit eosdem mediocriter bonos, quos mediocriter malos: & ergo repetēdo dicit: Pro valde bonis gratiarū actiones sunt, pro non valde malis ꝓpitiationes sunt, ꝓ valde malis etsi nulla sint adiumēta mortuorum, tñ viuorū conso-

lationes sunt. Et ad ꝓbationem dico ꝙ licet idem nequeat simul bonus & malus esse bonitate & malitia contrarijs, vtiqꝫ tamen pōt bonus esse ab habitu charitatis, vel etiam ab actu meritorio vite eterne: & tamen malus esse ab aliquo actu cōpossibili qui est venialis culpæ. Etiam sufficit ꝙ possit simul mal⁹ esse malitia addictionis seu asscriptionis ad pœnam, quia ille ad ꝓpositum August. eget propitiatione. & ergo Archi. recte in dicto cap. tēpus. dicit opinionem theologorū celebriorem esse & veriorem, & eam sequitur. nec quēquā mouere debet ꝙ Hostiē. se recognouerit insufficientem ad huius difficultatis decisionē in comparatione Innocē. tertij, qui cum tantus fuerit, adhuc sine diffinitione trāsijt sub dubio in cap. cū Marthe. de celebra. missa. in fi. quia respicienti caudā illius. c. cū Marthe. manifeste patet ꝙ Innocē. reliquit archidiacono Lugdunensi inuestigādum an illa distinctio de valde bonis, & de valde malis, mediocriter bonis, & mediocriter malis, locum habeat in illo articulo quē premisit, ꝙ pleriqꝫ reputāt nō indignū sanctorum gloriā vsqꝫ ad iudicium augmentari: & ita ecclesiam posse sane augmentum glorificationis eorū optare: quāquam scripture auctoritas dicit, Iniuriam facit martyri &c. Ad illius aūt articuli decisionem seruiret po- E nendo duo membra pro iam beatis: puta valde boni, pro quibus oblationes & nostra officia sunt solum gratiarum actiones: medio citer boni, pro qbus essent adhuc expiationes. Et cū valde malis non prosint, post que membra solū relinquūtur mediocriter mali: oportet hoc mēbro purgandos non damnatos contineri. An autem pro damnatis perpetuo, duo membra seruire debeant, nullo modo est ad ꝓpositum Innocentij, neqꝫ seruiret quouis mō ad illius articuli decisionē. ¶ Ad rationes ante oppositas. Ad primā de illo verbo Hiero. dicit domin⁹ Guilielmus Parisień. tractatu suo quem edidit de merito, hoc procedere in illo qui non desiderat vt exaudiantur orantes pro eo: addit: nō tamen est hoc generale, quoniam pro tali qui etiā prohibebat ne ꝓ eo oraretur, & qui dicebat se nolle illo modo obtinere gratiam pœnitētie vel reuersionis, eo inuito & renitente orationem fudit pro eo sanctus Stephan⁹ institutor

grandemontẽsis ordinis cũ suo conuensu, & exaudit⁹ fuit. Cum enim ꝑ illo orassent, venit ad illos homo ille nũciãs quomodo mutatus esset: & faciens confessionem de peccatis cum multa deuotione & lachrymis pœnitẽtiam egit. Ego aliter & facilius respondeo ꝙ Hierony. loquit̃ de his in quos est iam consummata diuina sententia, quib⁹ iam ob peccati mala merita decreuit vltra non misereri: vt pa-
F tet ex his quę pręmittit. Vnde pro tali frustra oratur, qui meret̃ non accipere: vt negatio in verbis Hierony. determinet accipere, & non verbum meretur. Intendit eñ frustra ꝑ illo rogari qui meretur non accipere, id est contrarie indignus est vt capiat, & dũ deus iuxta meriti qualitatem semel ei decreuerit compensare. Et similiter intelligẽdum est verbũ Saluatoris Matthęi. x. Si domus digna nõ fuerit &c. Per contrariam indignitatem, & quã decreuerit deus ꝑ tunc non auferre, sed iuxta meriti ꝓportionem & exigentiam retribuere. Nõ eñ sufficiẽs causa est quare non debeamus exaudiri pro aliquo, quia ille priuatus est dignitate, seu non habet dignitatem obtinendi: (sic eñ peccator nihil posset vnquã a domino impetrare, quod falsissimum est) sed cum indignus est contrarie, & dei sentẽtia fuerit iuxta meriti exigẽtiam &c. Et ex hoc patet quid sit de vtroq; consequente in prima ratione illato. ¶ Ad secundum nego consequentiã. Et est ratio. quia licet nihil posset deriuari ad alium ex alterius merito per viã strictę iustitię & debiti, vtiq; tamen per viam liberalitatis, gratię, seu congruitatis. Cõgruit enim & decet diuinam maiestatem & immensam liberalitatem suã vt votis amicorũ, & qui eum diligunt, condescendat: nihilominus eosdẽ pro opere bono remunerãdo. ¶ Et ad confirmationem ex Apostolo ij. ad Corinthios. iiij. & Apoc. xiiij. dico duo. Primũ, ꝙ retributio vitę vel damnationis æternę fit secundũ ꝙ homo gessit, id est se habet in corpore siue in vita adhuc mortali, vt vult scriptura inducta. nihilominus in vita præsenti ob meritũ vel preces vnius bene dat̃ alteri grã conuersionis, vel aliud donũ. Secundum, ꝙ post hanc vitam fit homini prout gessit in corpore, retributio: sed non solũ pro eo qđ ipsemet egit in corpore, satis est ꝙ viuens fuerit in chari-

tate,& meruit vel gessit vel se habuit i corpe: vt vult Augu.exponens ꝙ ei possint aliorum preces & facta etiã ꝓdesse. Quod autem inducitur de sententia sapientiũ virginum.dico ꝙ meritum vitę æternæ quo ad vim cõdignitatis qua sibi ex iustitia respõdet vita æterna,nõ põt in aliũ transportari seu transferri,sed per viã gratiæ & cõgruitatis vtiq; potest alteri ad gratiã & vitã æternã ex cõsequẽti obtinendã prodesse:sed hoc solũ pro tempore vitę, non post mortem. Sententia autem virginum procedit pro tẽpore finalis iudicij post somnũ mortis: vt patet ex decursu text⁹.Tũc,inquit,simile erit regnũ celorum &c. Tũc, scilicet in die iusticij de quo pręmiserat sententiã ꝑcedente cap. Etiam oleũ gratię non infunditur ad merita aliorũ nisi per contritionem & vigilẽ cooperationẽ gratificã. Vbi ergo pro tempore viæ voluerimus sententiã virginũ intelligere interpretandam, oleum vnius alteri non põt sufficere,nisi ille cooperetur,& hoc feruide. Fatuæ autem virgines desidiose quæsiuisse intelliguntur: quoniam diligenter quærendo iam emitur,imo & emptum est oleum. Et sic de secundo articulo.

TERTIO restat inquirere an oratio fusa ꝓ multis,minus prosit singulis q̃ si ꝓ vno tãtũ funderet. Et fuit opinio domini Præpositiui valentis theologi ꝙ nõ min⁹ ꝓdest cuiq̃ eorũ,q̃ si ꝓ vno solo fieret principaliter,ex tribus.Primum quia bonũ spirituale ꝓportionat spũi.sed spũs tot⁹ nõ per partes communicat.nõ eñ minus habet caput de aĩa quia etiã est in pede.ergo similiter bonũ spũale &c. Secũdũ,q̃a licet teda incẽdat principi,aut ꝓ eo lectio fiat:tñ alij æque ꝑsentes ęqualiter illuminant & docẽtur,quãq̃ ꝓ eis nõ fit incẽsum lumẽ,aut lectio fiat: imo nõnũq̃ melius,si visam habeãt magis acutũ,aut ingeniũ clari⁹. ergo &c. Tertiũ, per illud Hierony.cũ ꝓ cũctis animabus psalmus vel missa dicitur,nihilo min⁹ q̃ si ꝓ vno quoq; ipsorũ diceretur,accipit.de cõs.di.v.nõ mediocriter.Doctor subtilis. Q̃dlibet suo.ij.(quod multi pene diuinũ existimãt)dicit quodlibet opus meritoriũ, specialiter orationem,tribus modis alicui valere. Generalissime,& sic valet toti ecclesię. vnde A

debet orans habituali saltem intentione omnes includere. Specialissime: & sic valet oranti. Vel medio modo: & sic nō æq̄ valet multis sicut vni tantum ex illis valeret. Probat, quia merito finito secundum plenā iustitiam respondet solū prēmiū determinatū ad certū gradū. Capit ergo primum quod debetur orationi modo medio, præter scilicet debitum toti ecclesiæ, & specialiter oranti. si totū illud detur vni, nihil remanet distribuendum alteri, vel si vtrique distribuatur, quilibet minus sortietur. Et quia posset aduersarius dicere, dum funditur oratio ꝑ pluribus, bene respōdet ei maius præmium secundum extensionem, sed æquale secundum intensionem: sicut oratio eo ꝙ pro pluribus fusa, tanto certe est magis extensa, & si æqualis sit intēsiue & in deuotiōe. Hoc reijcit & repellit, quia merito ęquali non debetur secūdum strictam iustitiam bonū numerosius, & sic nec bonum extensius, sicut nec bonū intensius: quia plura bona æqualia æquiualent vni bono maiori intensius: & sunt maioris valoris secundū iustitiam, quam alterum tantum. Confirmat: quia orans pro omnibus aīabus in purgatorio, intendēs ꝙ singulis valeret modo medio, ita proficeret singulis, ac si pro vna tantum &c. & ꝑ consequens deberet quilibet semper secūdum ordinatam charitatem semper pro omnibus fundere orationē: quia cęteris omnino paribus debet magis velle ꝓficere pluribus, dum cuique æque & per eundē actū poterit proficere &c. Et quod non solum procedat in via satisfactiōis, vbi oportet solui æquiualens, sed etiam in alijs: ꝓbat: quia nisi sic, æque posset aliquis impetrare primā gratiam quotcūque, sicut vni soli. Item sicut plures pœnę ęquiualēt vni maiori, & non relaxantur nisi per opus satisfactorium maius, vel plura, ita videtur de pluribus bonis impetrādis, magis enim videtur valere aliqd ad dilectionē mali, q̄ ad impetrationem boni. Etiam in humana amicitia dilectus per supplicationem maius bonum meretur vni, q̄ multis: imo pro vno exaudiretur, vbi non ꝑ singulis multorū, & hoc secū dum iustam legem amicitiæ. Tertio cōfirmat: quia voluntas nō videtur efficacior vt est causa meritoria, q̄ vt est causa elicitiua, sed certum est nō posse æque multa efficere si-

eut vnum tantum, ergo. Omitto aliorum responsionē de distinctione deuotiõis erga multos: quia recte improbat, & in se friuola est. sed totam istam deductionem suã tanto labore fabricatam videtur ipsemet Scot⁹ euertere. nã tractans art. ij, an æque valet virtute ecclesiæ vniuersalis offerentis, dicit hoc posse alicui mõ medio applicari sub multis gradibus. Et ponit gratia exempli tres. Primus, si intendat quod valeat ipsi a. quantũ valere alicui potest alteri ab offerente: deinde valeat b. quantũ alicui valere potest post ipsum a. &. iij. c. quantũ alicui valere potest post ipsum b. addens ꝙ nunquam posterior gradus. aliquid subtrahit de priore. Ex his sic arguo. Oratio applicata soli a. medio modo nõ pl⁹ valeret sibi, q̃ nunc cum b. & c. post: quia secundum te posterior grad⁹ nihil detrahit de priore ergo fusa pro pluribus &c. Si dixeris Scotum intẽdere, nihil detrahit sui ordinis, detrahit tamẽ simpliciter aliqd valoris: sicut si de massa auri detrahatur i argentum qd alias fuerit commixtum, nihil auri detrahitur, sed bene aliquid valoris de tota massa: Contra. tunc nõ valet ipsa quantum alicui post ipsummet orantem valere potest. Nam plus valeret ei si nihil detractum alteri applicetur. Etiam voluisse videtur doctor: quemadmodũ non minus valet oratio illi cui mediomodo, ex hoc quod multis imo toti ecclesiæ generalissime applicatur, quod similiter non minus prodest de primo gradu modo medio, propter grad⁹ alios inferiores: si metu istorum dixeris ꝙ oratio non minus ꝓdest vni ex hoc quod etiam alijs applicatur in diuerso gradu, sed minus profuerit si in eodem gradu: & ꝙ hoc voluerit Scotus: iam æque currunt argumenta sibi quæ format contra ꝓpositum, sicut illi: & eadem solutiõe qua vim argumentorũ elidere poteris in diuerso gradu, euadet alius etiã in gradu eodem. patet aggregando p̃mia in diuerso gradu: quę tu colligenda cẽses, dum in gradu ęquali respõderit.

¶ Pro huius decisione p̃mitto ꝙ duob⁹ modis potest alteri proficere nostra oratio, per viam satisfactionis, & per viã meriti. ¶ Via satisfactionis consistit in exolutione seu redditiõe æquiualentis ad pœnam seu partem pœnæ quę re- B dimitur. & nulli valet hoc modo, nisi ei per intentionẽ fa-

ciẽtis fuerit applicata. Vnde si alteri totũ dederit, nihil pœnæ per semetipsum debitę redimit per viã satisfactionis. nam pro illo solo satisfacit pro quo intẽdit, sicut si ego sol uero cõmuni creditori cui ego obligor in certa summa, & cui Petrus & Ioannes in summa ęquali obligant: illi cedit in defalcatione, pro quo intendo & volo solitũ esse. Verũ est tamen ꝙ si intendit satisfacere pro illo qui non est capax, puta damnato vel iam saluato, aut existenti in mortali peccato: reuertitur ad facientem, & sibi cedit in redemptionem pœnę, si habitu ad min⁹ sit eius intentionis, ꝙ ꝓ se faceret, si crederet non proficere illi pro quo intẽdit. Sic pax nostra reuertitur ad nos. vt docet Saluator Matth. x. &c. ¶Per modum meriti, cuius est mercedem impetrare

C valet alteri dupliciter. Primo ratione vnionis q̃ fit ꝑ charitatem, iuxta illud Symboli, Sãctorum communionem: & illud prophetæ, Particeps ego sum omnium timentium te &c. psal. cxviij. Vnde sicut cum inter aliquos est cõtracta societas omnium bonorum, quicquid vnus lucrat, om̃ib⁹ est cõmune: sic in proposito spiritualiter, quia charitas est spiritualis amicitia & societas connectẽs mẽbra ecclesiæ, & quia non est communio Christi ad Belial, peccator etiã non excommunicatus, quia membrum diaboli, nõ est per viam vnionis particeps alicuius boni quod fit in eccl'ia: mẽbrum nãq; quod mortuũ fuerit, non recipit influentiam a corpe toto vel capite ratione vniõis. Et hæc est causa quare diabol⁹ in malis dicitur habere potestatem sic vt in pecore suo. xxiiij. quęst. j. miramur. Secundo valet oratio alicui per viam seu modum meriti, ratione intẽtionis ipsi⁹ orãtis, quia scilicet desiderat oratione sua certę ꝑsonę vel certis personis ꝓficere, & sic potest indifferenter valere iusto & impio, sed hoc ꝑ viã gratię & liberalis impetrationis a capite ecclesię, quod est actor totius naturę, potens viuificare quod mortuũ fuerit: & cuicũq; voluerit beneficia gratię impertiri, potissime ad p̃ces sanctorum. Sic dicit August. Nisi Stephanus orasset, forte Paulus saluat⁹ non esset. Et de Carolo Magno audita est vox: Egidij merito Caroli peccata dimitto. Et sic prodest recipi ad beneficia alicuius hominis vel multitudinis in speciali: q̃a si peccator

est, fit particeps per intētionem. si iustus, vbi prius tantū participasset ratione vnionis, modo etiam participat ratio-ne intentionis. Secundo suppono, Vt tradit dñs Petrus de D
Palude. xlv. distin. iiij. sententiarum. quęst. ij. artic. ij. Du-plex est differentia inter participiū, ad merendū, & satis-faciendum: quia participium meriti ex sola vnione chari-tatis habetur sine intētione facientis specialiter directa ad ipsum participantē, licet sit maius cum intentione: sed nō participium ad satisfaciendū. alias enim quicunq; existens in charitate statim immunis esset ab omni pœna, propter infinitatem thesauri ecclesię quē participat: vel saltem q in maiori charitate esset, minoris pœnę debitor esset in hoc seculo & alio: quod non est verum, sed ex sola intentione facientis. Secūda differentia est, quia participiū meriti nō minuitur ex multiplicatione participantiū. nō em̄ fit dete rior conditio multiplicatis electis, sed melior: nō ideo quia E
incipientes participare etiam incipiunt cōmunicare, quia paruuli baptizati incipiunt propter charitatem participa re, & nihil cōmunicant, quia nihil adhuc operati sunt. Ad-do, licet quilibet participans etiam communicaret aliquod opus meritorium, non tamen cōmunicat semper æqualia, comparatione ad illa quę participat. Ponam⁹ ergo gratia exempli. Sunt mille in charitate, quorū quilibet habet mil le opera meritoria. Iste iā acquirit charitatem sibi in vnico opere meritorio. si participium meriti ex multiplicatione participantiū minueret, fieret deterior conditio existētium in charitate, ex hoc ꝙ iste nunc acquirit charitatē in vnico opere meritorio. Hinc dicit Palu. in passu allegato ꝙ rece ptus ad beneficia & participiū ordinis, non assequitur nec in toto nec in parte remissionem pœnę ꝓpter ieiunia quæ fiunt in ordine, sicut fieret ꝑ indulgentias pręlatorū, quia fit receptio ad merendū. Et declarans quod sit illud parti-cipiū meriti (cū homo per hoc non sit dignus maiori glo-ria. stat em̄ eū qui est in minori charitate, esse pluriū parti cipem, & receptū esse ad beneficia pluriū religiosorū) di-cit ꝙ nihil videtur aliud nisi ꝙ eū propter merita aliorum quandoq; de⁹ ꝓseruat a pctō, & morte, & sic de alijs. Sic etiā recordat⁹ est de⁹ Abrahā, & liberauit Loth. Gen. xix.

Sicut ꝓpter iustos parcit impijs. ¶Tertio premitto ꝙ de congruo possum⁹ alijs aliquid mereri a deo: sed regulariter nihil possumus merendo efficere vt alteri quicquam de iustitię rigore debeatur. Primum patet secundum Philosophū.x. Ethicorū. Si dij curam habent aliquam humanarum rerum, vt existimatur & creditur, rationabile est eos gaudere optimo & cognatissimo sibi, cuiusmodi est mēs, & amantibus illā maxime honorantibusq; fauere, tanquā rerū charissimarum sibi curatorib⁹, ac recte & bene agentibus. Sed congruum & decens est vt eorum vota & desideria quę sibi placēt exaudiat. Hinc Psal. xliij dicitur: Voluntatē timentium se faciet, & deprecationem eorū exaudiet, & saluos faciet eos. Et Io. ix. Siquis dei cultor est, & facit eius voluntatē, hunc exaudiet. ergo meremur alijs de congruo. Secūda pars patet: quia est supererogantis liberalitatis ꝙ nos pro alijs audiat: ita ꝙ si exaudit, est gratię: si audire noluerit, nullā faciat iniuriā. Hinc doctores & sancti ad infallibiliter impetrandū petita, ponūt requiri vt ꝓ se quis petat de ꝑtinētib⁹ ad salutē, pie & ꝑseuerāter. Vñ Basilius. Ideo q̄nq; petis, & nō accipis: quia ꝑperā postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel destitisti. non ꝙ hæc requirantur ad efficaciā impetrandi, cum frequenter dominus exaudiat quibusdam ex illis nō cōcurrentib⁹: sed quia sine illis nō est infallibilitas & certitudo seu securitas impetrādi. Etiā alijs solum meremur de congruo, non de condigno. Sed meritū cōgrui (vt recte tradit Guillelmus Parisiensis tractatu de merito) nihil est aliud quā congruitas vel idoneitas qua aliquis dign⁹ vel idoneus est vt ei aliquid fiat: quomodo aliquis dicitur episcopatū meruisse, id est ad episcopatū dignus vel idoneus: non quod ei iniustitia vel iniuria fiat si ei non detur. Hinc ij. Macchab. vlti. de dn̄o dicitur ꝙ non secundum armorū potentiam, sed prout sibi placet dat dignis victoriā. significans hoc esse cōgruitatis, & adhuc pēdere ex diuino arbitrio. Dico notanter in secūda parte huius suppositiōis regulariter: quia posset de iustitię rigore petitū alteri deberi, si deus antea sibi dare ꝓmiserit si aliquis pro eo orauerit. Gen. xx. Nunc redde viro vxorem, & orabit ꝓ te: quia

propheta est, & viues. ¶ His pmissis pono aliquas cōclusiones. Prima est, Oratio per viā satisfactionis non æque prodest multis vt proficeret vni soli: & æque pficit minus iusto vt pficeret iustiori. Patet, quia via satisfactiōis est p redditionem æquiualentis pœnę debitę. Quia q̄t soluit p duob⁹ debitoribus æqualiter decē, nō liberat quēcūq; eorum nisi de quinq;: tamen vbi totū p eorū altero solueret, illū a decē liberaret. ergo &c. Et secunda pars patet, qa cuiuscūq; conditionis debitor fuerit, non a pluri liberat quā per se vel alium dederit in solutū. Nec est simile de medicina: vt Præpositiuus intendit: quæ materiā peccantē educit & eijcit iuxta dispositionem & qualitatē ęgroti: quia medicina agit educendo vel euacuādo. Quod aūt datur in solutū, nō agit in obligationē debiti, sed demitur pręcise tantum ab obligatione quātū soluitur. Etiam natura ęgri coagit: imo est pricipale agēs, & vtitur medicina quasi instrumento. Et ideo secūdū q natura est debilis vel potēs: medicina fortius vel debilius operatur. Sed in proposito natura vel dispositio ei⁹ pro quo satisfit, nihil operatur ad extinctionem debiti vel obligationis: sed illud solū quod datur in solutū, est causa quare obligatio in toto vel in parte extinguitur. Et dico p viā satisfactionis: quia per viā meriti gratiæ & liberalis impetrationis multū cōfert conditio bona debentis: quēadmodū ad aliorū pces facilius cōcedit deus aliqua beneficia iustis q̄ sceleratis & pditis: & inter iustos facilius eis qui maiori charitate flagrant. Vnde sanctorum orationes qui sunt in patria æternę beatitudinis: licet per viā satisfactionis animabus iam purgādis, seu in ergastulo purgatorij detentis subuenire nō possunt, vtiq; tamen ijsdem pœnę relaxationē suis precib⁹ impetrāt, & facilius seu plus iustiorib⁹, non dubiū est. Scda cōclusio est Gratior est deo oratio quāto cęteris parib⁹ p plurib⁹ funditur. Probatur: quia opus est deo acceptius, quanto ardor charitatis in eo fuerit maior. sed magis censetur ardere charitas, quanto distanti⁹ scintillas emiserit: de quo ad Ephe. iij. In charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis quę sit latitudo, lōgitudo, & sublimitas, & pfundum. ergo &c. Pręterea nemo dubitat de

minicam orationē maxime esse salutarem, & deo gratissimam. sed in illa non singulariter ꝑ vno oratur, sed pro oībus. ergo &c. Vnde Cyprian⁹ martyr dei gloriosus libro de oratione dominica, Ante omnia inquit pacis doctor ac vnitatis magister singulatim noluit & priuatim preces fieri, vt quis dum precatur, ꝑ se tātum precetur. Non enim dicimus, Pater meus qui es in celis, nec panem meum da mihi hodie: nec dimitti sibi tantū vnusquisq; delicta expostulat, aut vt in tentationem non inducatur, atq; a malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis & communis oratio. Et quando oramus: non ꝑ vno, sed pro populo toto oramus: quia tot⁹ populus vnum sumus. deus pacis & cōcordie, & magister vnitatis, qui docuit sic orare: vnum pro omnibus voluit, quomō in vno omnes ipse portauit. Hęc Cyprian⁹. & aposto. j. ad Timo. ij. ca. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum & acceptum est corā Saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Hęc mihi causa videtur quare in cōsuetudinem duxit ecclesia quum ꝑ vni⁹ anima cupit vigilia & missis satisfacere, ꝑ omnib⁹ defunctis orat. Dico notāter in conclusione cęteris paribus, quia potest aliqua conditio reformare pactū, vt gratior sit in oratione aliqua paucitas, q̄ multitudo aliqua: verbi grā si oratio fundit̄ ꝑ paucis inimicis, gratior & magis accepta est deo, quā si ꝑ multis amicis, vel ad quos neutraliter se habet hō, funderet̄. Ex hoc sequitur correlarie ꝙ non repellit de⁹ precē hominis, quia multa petit, modo nō oret supra quam decet aut conuenit requirere hominem. non enī vt rex Antigonus Cynicum repulisse dicitur primo, dum talentum peteret, quia plus esset quam Cynicum accipere conueniret: secundo cum denarium, quasi minus peteret quam regem dare conueniret: cum Senecę sententia potuisset & talētum dedisse vt rex, & denarium vt Cynico. refertur in ca. & si quęstiones. de simonia. non ita inquam occasiones quęrit

dominus petita negandi, sed cum sit liberalissimus, & summe misericors, quærit & desiderat nonnunquam rogari, vt occasionem habeat parcendi, & diuitias misericordiæ suæ hominibus impertiendi. Ezechielis.xxij. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus cotra me pro terra: ne dissiparam eam: & non inueni. Secundo sequitur non valere consequentiam: deus nonnunquam minus facile tribuit petita omnibus pro quibus fusa est oratio, quam vni eorum tantum: ergo facilius audit orationem fusam pro vno tantum quam pro multis. Exemplum habemus in eo qui dum multa ab eo petuntur, consueuit saltem aliquid dare: dum parum, omnino nihil. Ratio quare non valet consequentia, quia magis prouocatur (vt ita dixerim) diuina liberalitas quo gratius donum offertur seu adhibetur. Oraturus igitur pro Petro, vt sit oratio sua acceptior: coassumit cum Petro inimicum proprium in oratione: cui forte ob immanitatem sceleris nullatenus est deus parciturus. hic facilius deus audit orationem fusam pro multis, quam si pro Petro tantum fusa fuisset: & nihilominus tribuit facilius pro Petro tantum quam pro vtroque. Non valet ergo consequentia: minus facile tribuit petita pro omnibus: ergo minus facile audit orationem fusam pro omnibus, quam si pro vno tantum funderetur. ¶ Tertia conclusio. Ad occulta iudicia dei spectat an & pro quibus inter omnino pares orationem fusam sit auditurus: probabilior tamen & verisimilior spes est impetrandi, quanto ad dei honorem & gloriam plus conducit quod petitur. Prima pars patet. Cum enim misericordiæ dei sit quod non sumus consumpti. Threnorum.iij. nec sibi imputari posset si perirent omnes nationes terræ quas ipse fecit. Sapientie.xij. Propter quod admiratus quam inscrutabilis sunt iudicia diuina, Quis (inquit Apostolus) cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? In cauda adijciens: Quis prior dedit illi, & retribuet ei? quo iudicia dei de nobis iustificat: quoniam totum esse & viuere ab eo suscepimus, nullum ei possumus munus referre quod ipsum ad antidora seu gratiæ redditionem nobis astringat: quin sine iniustitiæ aut illiberalitatis nota posset nihil retribuere operanti. In hoc

enim differt humana amicitia ab illa quę ad deum habet, quod cum amicū orauerimus, possumus beneficijs & oratione multa constringere eum vt absq; illiberalitatis & ingratitudinis vitio nequeat denegare petita. Secus de deo, qui nullius liberalitatis impertiendę debitor constitui potest propter immensa beneficia quib⁹ omnem creaturam
L prævenit. Sed si quando debitor fuerit, sibi debitor est vt promissa compleat. Regulariter autem nō promittit orationem fundendam pro alijs audire, sed seruat suæ disposi tioni & volūtati. Dico regulariter: quia inuenimus eum aliquādo promisisse: vt Iob. xlij. Iob autem seru⁹ me⁹ orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt vobis nō imputet stultitia. Similia reperies in multis aliis passibus. Volūtas
M autem & decretū domini variū est de factis diuersis simi liter tamen quo ad nos circunstantionatis. Decreuit aliqñ misereri totius multitudinis, si vel vnus posset homo deprehendi bonus. Hiere. v. Circuite vias Hierusalem, & aspicite & considerate & quærite in plateis an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentē fidem: & propitius ero eius. Hierony. Si vnum inuenerit iamiamq; peritura Hierusalem, qui faciat iudicium, & quærat fidem: de⁹ miserebitur Hierusalem. Interdū nāq; nec iustorum vult misereri propter commixtos malos. Iob. xxxv. Clamabūt, & non exaudiam propter superbiam malorum. vbi Grego. Scilicet in tribulatione, ac si diceret: Reatus opprimentium prohibet audiri voces oppressorum: nec eripiunt visibiliter iusti: quia saluari iniusti inuisibiliter non merētur. Et glo. interli. Sicut aliquando deus suos propter inimicos eripit, vt illi conuertantur: ita aliquādo suos nō audit propter dānationem persequentium. Et cum absolute contra locum vel personam decreuerit bestias malas, famem, gladium, & bellum immittere: nulli⁹ oratio potest mutare hāc sententiam: vt supra deduxi ex verbo Hierony. tractantis illud Hieremie. xj. Tu vero noli orare &c. Et probat verbū domini Ezechielis. xiiij. Si dixero gladio, transi per terrā: & interfecero de ea hominem & iumentum &c. Cū ergo incertum sit valde contra quem locum vel hominem absolute aliquid decreuerit, patet ad occulta dei iudicia per-

tinere &c. Secundam partem conclusionis probo, quia præsumitur deus magis inclinatus ea cõcedere quę magis seruiunt ad sui nominis gloriam ampliandã, & ad blasphemias infidelium compescendas. Hinc cum orasset propheta Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, pro causa facilius impetrandi etiã adiecit, Ne forte dicant in gentibus, Vbi est deus eorum? & innotescat in nationibus corã oculis nostris. Psal. lxxviij. & Psal. cxiij. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant gẽtes, Vbi est deus eorum? Et grauiter fert de⁹ quod nomen suum blasphemetũ inter gẽtes propter nos. ad Romanos. ij. & Ezechielis. xxxvj. quando scilicet persistente culpa, dei misericordiã a nobis repellim⁹, & miseri opprimuntur: quasi deum coleremus qui potens nõ sit de tribulatione & manu infidelium nos eripere. ❡ Ex his omnib⁹ N dico φ applicatio orationis per viam satisfactionis, minus prodest vni quando applicatur simul alteri: sed per viam meriti aut impetrationis nõ minus quam si pro altero eorum tantum oratio funderetur: & ideo (vt dicit dominus Petrus de Palu.) sine præiudicio pri⁹ receptorum recipiũtur etiam alij ad participium omnium meritorum q̃ fiunt in aliqua communitate vel ordine: & æque multum recipiunt nouissimi sicut primi. Aeque enim congruum est vt audiat pro Petro, licet simul orem pro toto mundo. Sed multa possunt occurrere quare magis congruum sit a parte eorum pro quibus oratur, vt eadem oratio æqualiter pro multis fusa, pro vno audiatur magis q̃ pro altero: puta si ipse causam dederit & procurauerit orationẽ fundi, orationem tamen communem: sicut deus nonnunquam orantẽ pro alijs, & contra se, audit simul pro se. Ego sum, inquit Dauid, qui peccaui: ego minus iuste egi. isti qui oues sunt, quid fecerunt? Obsecro vertatur manus tua cõtra me, & domum patris mei. ij. Regum vltimo. Et audiuit eũ dominus simul pro se. Et multa huiusmodi in scriptura inuenies. Sed quia petens missam pro se vel defunctis celebrari, petit ex hoc apud deum satisfacere, obligatus pro vno,

non plene satisfacit celebrãdo pro multis. Nec satis est (vt quidam opinantur) in recompensam facere ipsos aliorum participes meritorũ, nisi per viam satisfactionis tot numero sibi applicet, vt satisfactioni missæ possint æquiualere.

K ¶ Ad ratiões domini Præpositiui, quantũ cõtra primam conclusionem militant, respondeo ad primam de spiritu, quod aliquid potest totum participari ab aliquo quo ad substantiam, a quo non totum participatur quo ad virtutem: sicut anima mouet duo corpora ęqualia sibi in virtute mouendi proportionata, quorum alterum multo velocius mouet. Ita in proposito de valore operis satisfactorij, quod totum a duobus participatur: sicut duo possunt esse domini eiusdem iuris spiritualis indiuisibilis, & neuter est dominus quo ad totum valorem. Sic similiter tot⁹ tractus vel motus nauis procedit a quolibet duorum trahentium: sed a neutro totaliter &c. ¶ Ad secũdum de doctrina &c. omissis quæ Scotus dicit de moueri adæquato, dico nõ est simile, quia illa agunt naturali necessitatę in quodlibet passum æque propinquum. sed opus satisfactoriũ non cedit in solutum, nisi ex intentione operantis: sicut si numeraueris decem communi creditori Ioannis & Petri, q illi ęqualiter obligentur: pecunia numerata solum illi cedit in solutum pro quo vis satisfacere. ¶ Ad tertiã de verbo Hierony. dat glo. tres solutiones. Prima, quod procedit de sacramentis, propter spiritũ sanctum qui nõ datur ad mensurã iiij. distinctione. nec quenquam. Secunda, quod procedit quo ad celebrantem: quia tantum valet ei ac si missam celebraret pro vno. Tertia, quod non minus valet missa vna cum hilaritate mentis dicta pro duobus, quam si pro quolibet diceretur cũ anxietate. Prima solutio insufficiẽs est: quia loquitur non modo de missa, sed etiã de psalmo. Psalmus autem nullum sacramentum continet. Etiam male allegat quod spiritus sanctus non datur ad mensuram: cũ hoc sit speciale priuilegium Christi, quod ei sit dat⁹ spirit⁹ sanctus non ad mensuram. Ioan. iij. Capitulum autem nec quenquam, solum dicit spiritum sanctum non mensurari, sed totum infundi, sed certe cum magna diuersitate effectuum. & ita parum probat propositum. Alias duas

P

solutiones transeo. Verba autem Hieronymi parum vrgent. dicit enim: Cum igitur ꝑ cunctis animabus psalmus vel missa dicitur: nihilo minus quam si ꝑ vno quolibet eorum diceretur, accipitur. non dicit si pro quolibet idem diceretur: sed si ꝑ vno quolibet, indiffinite capiendo ly quolibet: sicut dicimus, si vnusquisque sacerdotū hoc fecerit, incurrit excommunicationem ipso facto. sed ex hoc nō sequitur psalmum vel missam tantū valere cuilibet eorum, ac si pro vnoquoque psalmus esset dict9, maxime per viam satisfactionis. ¶ Ad rationes doctoris Subtilis, quantum aduersari videntur prędeterminatis, respondeo. Prima innititur falso fundamēto. prępsupponit enim quod pro opere vnius debeatur ex iustitia alteri quodcunque præmiū, cum sola gratia & liberalitate nos audiat de9 pro alijs. secus de via satisfactionis. ¶ Ad confirmationē cum dicit sic, orans pro omnibus animab9 in purgatorio &c. respōdeo hoc esse diuini arbitrij pro quot & pro quibus eum velit exaudire: non ex vi vel efficacia suę orationis. sed hoc verum est quod non minus proficit oratio sacerdotis Petro quia multi alij missam audiunt, quam sacerdos fundit pro omnibus astantibus, dicēs: & omnium circunstantiū &c. Nec minus efficax est oratio ꝑ tota ecclesia catholica quia sunt plures de gremio ecclesię: nec min9 valent Ioanni merita sanctorū via participij ex vnione charitatis quia multi secum eadem participant, etiam qui non conferunt merita personalia participanda. vt paruuli baptizati. Cum infert, ergo secundum ordinatam charitatem deberet semper orare pro omnib9 &c. quia cęteris paribus debet velle proficere plurib9 &c. dico quod absque dubio pium est & aliquando debitum pro omnibus orare: sed quando extra casum obligationis seu debiti orat, potest indifferenter pro quot voluerit fundere orationem. Etiam sine sua applicatione sæpe omnibus prodest. seruasset enim dominus Sodomam & Gomorram, si vel decem fuissent in eis reperti iusti. Genesis. xviij. Et recordatus dominus Abrahā liberauit Loth. Genesis. xix. Et benedixit dominus Labam ad introitum Iacob. Genesis. xxx. Et propitius fuisset toti Hierusalem si vel vnus reperiri potuisset faciens iudi-

dium, & quęrẽs fidem. Hiere. v. Et certe nostrę carnalita=ti expedit nonnũquam pro aliquibus singulatim singula=riter orare, quando poti⁹ inflammamur deuotione ꝓ pau=cis orando, quam ꝓ multis. Ad probationem qua nititur docere quod sua deductio etiam procedit in alijs a satisfa=ctione, quia sic posset quis impetratę primã gratiam per orationem communem, sicut per singularem pro eo tan=tum fusam: dicẽdum quod verum est. Quod autem a si=mili inducit de humana amicitia, valde debile est, & clau=dicat multũ. quia regulariter minus gratum est amico ho=mini si multa petantur: & homo multa donando min⁹ ha=bet. Item & potest prodige agere multa donãdo: quorum nihil formidandum est apud deum, modo pie & recte pe=tatur ad salutem, & dei honorem. ¶ Ad secundam confir=mationem dico quod solum probat nos non posse multis æque proficere vt vni: cui non repugnat quod eidem faci=lius proficimus per orationem communem, quam per ali quam singulariter ꝓ eo fusam. Verisimile est etiã quod sæpe audit nos deus ꝓ tota communitate, cui insunt qui=dam perditæ virę homines pro quibus solis ad temporalẽ prosperitatem & pacem nequaquam esset nos auditurus, sicut in cumulo & multitudine magna exponimus dena=rium minus iusti ponderis, qui solitarie pro certo refuta=retur. Et hæc de tertio articulo.

Argumentum Quodlibetarii.



AD ARGVMENTA Quodlibetarij, ad partem negatiuã sic arguit: Si oratio æque ꝓficeret multis, superuacue essent ab ecclesia speciales orationes ordinatę ꝓ defunctis & nauigantib⁹, ꝓ viro & fœmina & c. imo & cõtra charitatẽ. quandocũq; eñi eodẽ actu & æqua facilitate possum multis ꝓficere vt vni tantũ: non satis diligo oẽs, nisi oĩbus curauero ꝓdesse, ergo minus ꝓ=ficit oratio multis q̃ vni, ꝓdesset si ꝓ eo solo funderet. Ad partem affirmatiuã sic, Quanto homo est liberalior, tãto magis accedit ad ęque facile concedendũ petentibus mul=

ta vbi & quādo cōuenit sicut pauca. sed de⁹ est liberalissimus, & incōparabiliter q̄ hō esse pōt liberalior: ergo eque faciliter multa cōcedit sicut pauca: & p consequens æque pficit oratio multis vt vni tantum si p illo solo fusa esset: Maior patet: quia si eque facile multa tribuit vt pauca, ab oībus cōmēdat, nisi facili⁹ aut plus dederit q̄ cōuenit. ideo adieci, vbi & qñ conuenit. sed dedecere nō pōt dñm deum quantūlibet simul multa & facile dederit. ergo. &c. ¶ Ad rationē ante oppositum dico q oratio communis non minus pficit alicui q̄ si p eo solo funderetur: sed nunq̄ æque multis vt vni per via satisfactionis: sed ex intensione orantis, quantūcunq; cōmunis fuerit oratio, cedit illi in solutū p quo vult & pro quot voluerit partialiter. Nec sequitur q superuacue sint speciales orationes p nauigantibus & defunctis ordinate: quia valde expedit ad excitandum tum in nobis tū in populo deuotionē: cū nostra carnalitas specialibus causis & personis assurgat fortius, & ardenti⁹ inclinetur. Et cū dicitur q esset cōtra charitatē &c. nego consequentiā: quia non æque posset multis proficere per viā satisfactionis. & orando nō tenemur pximis semper impendere per viā meriti quicquid optimū fuerit: satis est si bonū & bene. etiam incertum est q pficeret cū effectu: cū solū sit meritū cōgruum, & cui ex iustitiæ rigore merces non debetur. ¶ Ad rationem pro parte affirmatiua dico q deus, quia omniū liberalissimus. æque facile multa concedit seu donat vt pauca: sed tunc solū quādo ei placet. Nam vt in superioribus deduxi, nunq̄ sibi currere pōt debitū liberalitatis cōparatione ad creaturam, nisi semetipsum ad aliquid restrinxerit. Secus in hominibus, & comparatione adinuicem, sed hoc nihil probat contra viam satisfactiōis: quia ibi nō pure liberaliter remittitur, sed soluitur debitū. nec oportet certe deū in quolibet opere liberalissime agere quantum ad modum facti seu operis. ¶ Contra hoc replicatur. Si deus non semper æque concedit singulis eorū p quibus oratur, sicut vni: hoc necessario accidit ex altera duarū causarum, vel quia non potest, vel quia potest sed non vult. neutrum horū dici potest. ergo &c. non primū: quia sic esset impotens. non etiam secūdum: quia sic esset

inuidus. Similiter enim infert Augustinus cõtra Maximũ: Si deus pater potuit gignere filiũ sibi ęqualem, & noluit, inuidus fuit. Respondeo: dicit Magister. xliiij. dist. iiij. sententiarũ ꝙ non valet similitudinis talis inductio: quia filiũ genuit de sua substãtia; ideoq́ si posset gignere æqualem, & non gigneret, inuidus esset. Secus de alijs quæ non facit de sua substantia: quę vtiq́ posset meliora facere. Ita in ꝓposito. Et ratio est: quia quicquid põt facere de substantia sua, necessario facit, & debitũ virtutis exigit vt faciat: ideo sequitur ꝙ si nõ faceret, inuidus esset: sicut nobis occurrit debitũ virtutis generare prolem perfectã quantum possumus dum generationi est intendendum: secus de illis quæ artificialiter facimus. Simile est de dño deo ad nos. Etiam multis videt̃ Augu. non voluisse in hoc adducere demonstrationem, aut necessario conuincentẽ rationem: sed cum alijs efficacioribus etiam miscuisse hanc persuasionem.

Prima quęstio sine argumentis.

A QVARE hortamur peccatores vt ꝓ semetipsis aut pro nobis orent: cum dicat Grego. Cum is qui displicet, ad intercedendũ mittit̃, irati animus ad deteriora ꝓuocatur. iij. q. vij. in grauibus. ¶ Pro huius solutione aduertendum ꝙ is qui displicet, potest diuersis modis ad intercedẽdũ accedere. Primo contẽptibiliter sine reuerentia debita. Contẽnere autem est non satis æstimare rem ꝓ sua cõditione & dignitate. Vnde secundũ Philosophũ. ij. Rhetoric. ca. de ira, cõtẽptus sunt tres species: videlicet despect⁹: detractio: & cõtumelia. Despect⁹ est quãdo res quis vili ęstimat, & ꝓ dignitate nõ satis appreciatur. Et ergo concludit̃ contẽnere quicũq́ non agit vt par est: & negligẽtia ipsa cõtẽptus est. Qui ergo non veretur satis & ęstimat diuinã maiestatem, neq́ curat ꝙ offensam intulerit, & sic audet indign⁹ peccator accedere: quantũlibet sancta ꝓtulerit verba, ꝓuocat potius meo iudicio, non orat. Impio enim dixit deus. Quid tibi est cũ narratione præceptorũ meorum, vt assumas pactũ meum in ore tuo, qui odisti disciplinã, & ꝓiecisti verba mea? Psalm. xlix. iuxta Hebraicã veritatem. vbi

Caſſiodorus: Interdicitur ſceleratis ne ſe pſumãt ſermonibus miſcere diuinis. Sed altius intende: quia de illis peccatoribus hoc dicitur, qui inferius deſcribuntur: de quibus ait Intelligite hæc omnes qui obliuiſcimini deũ. Cæterum cõuerſis ad pœnitentiam laudes non interdicit diuina clementia. Hi enim qui corde durati ſunt, & a ſcelerũ ſuorũ prauitate non deſiſtunt: prohibentur domini narrare iuſtitias, id eſt vel communi ſermone aliquid de illa maieſtate pferre, quia os debet eſſe iuſtum, qd iuſtitias domini narrare præſumat. Sequitur, nec teſtamentũ ipſius indigna pſumptione contrectet: ne per os ſceleratũ atq; blaſphemũ ſancta & veneranda verba progredi poſſe videantur: ſicut alibi ſcriptũ eſt, Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Hæc ille. Et Aug. Videtis fratres cum quo tremore iſta dicam⁹. aſſumimus teſtamentum domini per os noſtrũ, & pdicamus vobis eruditionẽ & iniuſtitias dei. Et quod dicit peccatori deus, Vt quid tu prędicas? Prohibet ergo prædicare peccatores. & vbi eſt illud, Quę dicũt facite, q aũt faciũt, facere nolite? Sed hęc dicta ſunt ne timeant qui audiunt, a quocunq; audiant, non vt ſecuri ſint qui dicũt bona, & faciunt mala. Magna igitur temeritas eſt ad prædicandũ ſine vitæ qualicũq; correctione accedere. Eccli. xviij. Ante orationẽ prępara animã tuã, & noli eſſe quaſi homo qui tentat deum. ppara vt videas quid in te deo diſpliceat vel placeat, & delicta corrigas. Et glo. interli. in verbo quaſi homo tentans deum. Qui orat vt docuit, ſed non facit qd iuſſit. Secundo is qui diſplicet poteſt accedere ad intercedẽdum reuerenter, humiliter, & dolẽs ſcilicet cõmiſiſſe quod malum eſt: & certe manſueſcit deus tali oratiõe, nõ puocatur. Q dẽ humilitate ira ſedetur: canes oſtendũt, qui reſidẽtes nõ mordẽt. Sic Lucę. xviij. de publicano legimus q ſtabat a longe: nec oculos audebat leuare ad cœlum: ſed percutiens pectus orabat deum dicens. Deus propiti⁹ eſto mihi peccatori. pces ei⁹ a deo ſuſceptę ſunt: & deſcẽdit iuſtificatus in domum ſuam. Sed alia cõuerſio prærequirit ad orandũ vt miniſter eccleſiæ, ratione ordinis ſuſcepti. minor enim ſufficit ſi priuatim deũ orare velim⁹. Ad primã enim requiritur q ad minus probabiliter ſe pſumat non

B esse in mortali peccato. Tenet em̄ cōmunis doctrina theologorum ꝙ exhibens se ministrū ecclesiæ sciēter in mortali peccato, toties mortaliter peccat quoties &c. Tho. xxiiij dist. iiij. &c. xix. de correptione ex officio. Ad priuatā autē orationē sufficere videtur qualiscūq; detestatio peccati seu offensæ, & non requiritur saltem semper multū intēsa cōuersio, & quæ præsumi possit abolere peccatum: sed satis est in illis appropriare deo vt sibi propinquet. Cū ergo dicit Grego. Quū is qui displicet, &c. ꝓcedit si irreuerēter & cōtēptibiliter accedat; & tūc irati animus ad deteriora prouocatur: non cōtra ignoranter mittentē, sed bene scienter: vt bene dicit glo. xlix. di. ca. j. siue positiue miserit, siue priuatiue nō ꝓhibendo: cum scilicet debet: quoniā vtroq; casu alieno crimini communicat.

Secunda questio sine argumentis.



A Ecunda questio sine argumentis est: Propter quid hūanę vituperationis metu q̄dā orant: cum satius sit secūdū Ambro. nō reddere debitum, q̄ in referendo, iniuriā facere creditori. ¶ Hęc q̄stio vnū supponit, videlicet ꝙ orās, aut aliud opus ex genere bonū pudore seu formidine vituperatiōis & opprobrij faciens, ipso nō recto fine peccat: qđ apte in primis affirmat Ambro. sup Verbo aposto. ij. ad Corin. ix. Vnusq̄sq; ꝑut destinauit in corde suo: nō ex tristitia aut necessitate. Hilarē em̄ datorē diligit de' &c. Ex ijs q inferūt (intellige eleemosynā) hūc eligit deus cui retribuat, q deuoto corde operatur: quia qui inuitus facit ꝑpter pręsentem pudorem, ne alijs inferentibus turpis inueniatur: mercedē nō habet. & glos. ibidem: Qui dat vt careat tædio interpellantis, nō vt reficiat viscera indigētis; & rē & meritū perdit. Et gentilis ille Philosophorū princeps Aristo. iij. Ethic. inter q̄nq; falsas similitudines fortitudinis, primā ponit quando metu ciues fortia operantur: secundā q̄n honoris gratia, aut ob fugiendam vituperationem fortia exercēt. Hinc apud populū illū vel gentem fortissimi esse videntur, apud quam

timidi infames & fortes in precio habentur. Et comparās has duas species adinuicem, dicit ꝙ primi generis eo deteriores sunt, ꝙ nō pudore, sed metu adducti hoc agunt, nec dedecus fugiunt, sed pœnā. nō em̄ sufficiēs, sed indebitꝰ & inconueniens finis est boni operis vel gloria hominum vel temporalior fuga opprobrij. Sed leuius credo ob confusionem fugiendā operari bonum, quā ob eandem causam ipsum dimittere quod alias etiam nō agere liceret, Eccli. iiij Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est em̄ cōfusio quæ adducit peccatū: & est cōfusio quę adducit gratiam & gloriam. Et Chrysostomus. Qui nō libere ꝓnunciat veritatem, quam libere pronunciare cōuenit, proditor est veritatis. xi. q. iij. nolite. Et Luce. ix. Qui me erubuerit & sermones meos corā hoīꝰ: hūc filius hoīs erubescet cū venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorū angelorū. B

¶ Secundo pro intellectu quęsiti est aduertendū ꝙ Amb. lib. iij. de Caim & Abel. c. vj. inquirēs causam peccati Caim in offerendo, dicit diuisionem defuisse eiꝰ sacrificio. Ideo illi responsum est: Nonne si recte offers, recte autē nō diuidis: peccasti: quiesce. Vñ dicit, Dñs in prima cōditiōe rerū quas omnes simul facere poterat, distinctionem seruare voluit: vt eam nobis in omnibus negocijs seruandā doceret: & maxime in vicissitudinibus gratiarū: in quibus non satis est reddere quod acceperis, sed cōmēdare qđ reddas. Probat. Nam si quis debitum soluat, & in referendo iniuriam faciat creditori: intolerabilius est vtiꝗ, ꝙ nō reddidisse quod debebat. Nō recte ergo Caim diuisit, quia ante oīa deo debuit deferre primitias, vt a gratia inchoaret auctoris. Etenim diuisionis hic est ordo, vt prima secūdis, & nō secunda primis ꝑcurrant: vt celestia terrenis, nō terrena celestibus præferant. Hæc ille. ¶ Dico igitur ad quęsitū ꝙ debitum potest reddi vel in tempore obligationis pro quo reddere tenemur: aut extra tempus pro quo obligamur. Si secundo modo, tunc vniuersaliter satius esset debitum nō referre: & procedit dictum Ambrosij de Caim: quem nō legimus pro tunc astrictum offerre. & est ratio: quia tunc opus omittendo simpliciter non peccaret: & faciendo peccat. verbi gratia ponamus. sum potens & diues: præter C

tamen debitum seu obligationem honestatis offero princi pi munus, aut voco eundem ad prandiũ, si offerrem tantũ tres obolos, aut in prandio velim eundẽ oleribus tantum & lardo reficere, nulli dubium quin auare & illiberaliter agam. satius ergo fuisset non offerre, aut eum ad refectio- nem non vocasse. Sic dicit Ambrosius sermone .ix. & ser- mone. lix. Plerique in domibus auro sunt diuites; & tamen in ecclesia iustitia mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod prçualent operantur: nec hoc est gratum qđ offerunt, nec illud satiabile quod reseruant. Dixit domin⁹ ad Caim dum offerret munera sua, Si recte offers, recte au tem nõ diuidis: peccasti quiesce. Sic & tu christiane nõ re- cte diuidis: qui de tanto auro tuo maiorem partem Mam- monç reseruas, quam domino largiaris. Sed certe in tempo re obligationis reddendi debitum satius est & tolerabili⁹ cum aliquali iniuria reddere, quam omnino non soluere. Patet si in termino conuento de reddendo mutuum: parũ deteriorem rem reddo, quã in bladis aut alijs acceperim, D satius est quam omnino conuentum terminum præterire. Sic libro de pœnitentia dicit Augustinus non culpandã sed laudandam eius patientiam qui non habens charitatem timore gehennæ cõfitetur in persecutione Christum, & to lerabilius ei supplicium futurum quam si Christum non confitendo, nihil horum pateretur, & tamen peccat Chri stum aliter quam debet cõfitendo, puta metu pœnç, iuxta regulam: Qui ex timore facit præceptum aliter, q̃ debet facit, & ideo iam non facit. de regulis iuris in antiquis. Et hæc sub benigna omnium interpretatione de quæstionib⁹ propositis dicta sint. Deo gratias.

¶Sequitur de Simonia.

¶Quodlibetica quęstio nona eiusdem, anno a salute hũana m. ccccx. ci. in scho lis artiũ eiusdẽ studii ab ipso disputata.


ER VENERABILEM dominum Quodlibetariũ nunc cathedrantem fuit mihi quæstio theologica proposita cum argumentis hæc: An licet dare alicui pecuniam vt dignitatem ac merita suę ꝑsonę collatori exponendo, beneficium ei procuret. Dimissis argumẽtorum resumptione, & protestatione sanæ fidei, quam pro repetita haberi peto: ꝓ quęsiti resolutione primum media inducam quibus suam prauitatẽ & labem hanc simonię homines tegere satagũt & palliare. Deinde qd simonia, & quot modis cõmittit: & naturali an positiuo iure obliget ad restitutionem. Tertio obiecta soluã. ¶Quo ad primũ videt licere vt qs spũalia emat aut vẽdat, hoc medio. Inter oĩa spũalissimũ ẽ regnũ cœlorũ, seu vita ęterna: qđ tñ absq; vitio emimus. dicit eñ Mat. xix. Vade & vẽde oĩa quę habes &c. & habebis thesaurũ in cœlo. & eodẽ. c. interroganti Petro: Ecce nos reliquim⁹ oĩa &c. respõdit Saluator: Amen dico vobis, ꝙ vos q secuti estis &c. Itẽ Luc. xix. Facite vobis amicos de mãmona iniqtatis: vt cũ &c. Et ne qs putet liberalẽ esse dei munerationẽ, ꝙ illo respectu nihil deo liceat dare, (iuxta illud Bernardi: Nõ sine p̃mio diligit deus: quãuis sine p̃mij intuitu diligẽdus sit) induco parabolã Saluatoris de patrefamilias q ad horã vndecimã improperãter qbusdã dixit: Quid statis tota die ociosi &c. Eisq; respõdentib⁹, Quia nemo nos cõduxit: ait ipse: Ite & vos in vineã meã: & qđ iustũ fuerit, dabo vobis. Mat. xx. Itẽ & Amb. tractãs illud filij ꝓdigi cõsumpta substãtia sua, Quanti mercenarij in domo &c. O inquit si nos quoq; mercenarios digneris cõducere, licet sero venientes. quibus in locis, spe præmij, vt conductio præ se ferre videtur, inuitamur deo seruitiũ exhibere, quod exemplariter probatum videtur illo prophetæ verbo, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas ꝓpter retributionem. Psal. cxviij. ¶Secundo sic, licet

emere sacramenta: ergo &c. Antecedens probo de sacramento matrimonij. licet enim Berthę ꝓmittere dotē centum renensiū annui redditus vt cōsentiat in matrimoniū. Nec releuat si dicatur matrimonium non solū sacramentum esse, sed in naturę officiū: ꝙꝙ ex ea parte pro matrimonio pecunia datur. Nam vt beat⁹ Tho. & doctores alij xxvj. dist. iiij. tradunt: in ipso cōtractu matrimonij cōsistit sacramentū etiam sine sacramētali benedictione. quod ex eo constat, q̄m secundis nuptijs benedictio prohibetur. de secundis nuptijs. c. j. sed iuxta Paschasij sententiā quisquis horū alterum vendiderit, sine quo reliquum non ꝓuenit: neutrū inuenditū relinquit. j. q. iij. si quis obiecerit. ¶ Confirmo hoc quadrupliciter: Primo, ꝓ ministratis sacramentis. iure cōpelluntur laici aliquid exsoluere. cogunt enim laudabilem cōsuetudinem obseruare. c. ad apostolicam. de simonia. Cum ergo ad pcm̄ nemo iure cōpellatur. xxij. q. j. si peccatum. & xxiij. q. iiij. qui peccat. sequitur ꝙ pro sacramentis licet aliq̄d dare. Nec referre videt an ante vel post aliq̄d det: quia dare est quādocūꝙ dare. ca. eos. j. q. j. licet ob cautelam, & ne pusillis scandalum fiat, ecclesia p̄cipiat ne quicq̄ ante exigat, dicto ca. ad apostolicā. Secundo confirmo, ꝓ missa celebrāda licite datur & accipitur preciū: vt de hoc est textus ca. significatum. de pręb endis. vbi confirmat papa constitutionem ꝙ sacerdos ad pręb endam illam admissus, inde teneatur qualibet die missam de nostra dn̄a celebrare, nisi corporis valetudine, aut alia rationabili causa ab onere illo quo ad suā personā supportet. Etiam quod relictū est ecclesię vt missę celebrent, potest reuocari si conditio hoc explicans adiecta fuerit: si minus, ecclesia cōpellitur ad modi obseruatione. c. verum. de condi. appo. & ibi ꝑ glo. & doctores. Potest em̄ quilibet suæ rei pactū apponere legibus nō improbatum. l. in traditionibus. ff. de pactis. C. de contrahēda emptione. l. iij. in fine. Hoc confirmatur tertio. Tenemur sub pœna damnationis baptisma suscipere, imo & paruulo ꝓcurare: alioqui censemur spiritualiter occidisse. cui simile de morte corporali ꝓbatur. lxxxiij. dist. in principio. Non grandis differentia est, lethum inferas, vel admittas &c. lxxxvj. dist. pasce. de

morte spirituali.xxiij.q.iiij.ipsa pietas.xxvj.q.vj.c.psby. & c.agnouimus. Sed accidit sacerdotē nolle baptizare nisi ꝓ baptismo pecunia detur: ergo adulto pro se, vel alteri pro paruulo licet pro sacramēto baptismi pecuniam dare: & quāuis obuiare videatur præceptū non emendi sacramenta: tamen præceptum suscipiendi vel procurādi baptisma stringit fortius: cū sine baptismo nequeat paruulo esse salus: & tāte sit necessitatis adulto, vt ab hęretico, degradato, & quantumuis criminoso licite recipiat in necessitate. xxiiij.q.j.si quē forte.sec⁹ de alijs sacramētis: vt ibi.c.duobus sequentibus. Quarto confirmat. Potior causa quare illicitū dicitur emere aut vendere sacramenta, hęc videtur, quia eorū nequit precium condignum haberi. sed hoc nō. æquale enim est vnū baptisma alteri: potero ergo Ioanni tradere baptisma sub pacto vel conditiōe vt me baptizet, & ꝓ eo cantare missam, vt pro me missam dicat. etiam liberalitatis est, rē quæ plus valet, minoris distrahere, ergo sine vitio potest sacramentum pro exiguo munere tradi. ¶ Tertio principaliter sic, Pro diuino seruitio licet preciū capere, & idem videtur de alijs spiritualib⁹. ergo &c. Prima pars patet, licet prębendam accipere pro beneficio, ꝓ quo præbendam dari dinoscitur beneficium aūt datur ꝓpter officiū. de rescrip.c.fi.lib.vj. Et si veritatem de fonte quęrere libet, Nume.xviij.legim⁹, Si pręclara & meliora quęq; obtuleritis ex decimis, reputabitur quasi de area & torculari dederitis primitias, & comeditis eas in omnibus locis vestris, tam vos q̄ familię vestrę, quia preciū est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij &c. sed ꝓcio respondet aliud quasi merx. ergo ministerium spūale licite venditur ꝓ iure percipiendi temporalia. Et cōfirmatur, quia canonici cū distributiones sunt pingues, visitant matutinas, missam &c. alias ecclesiā minime visitaturi. & pauperib⁹ paciscimur pro psalterio legendo certam pecunię quantitatem nos exsoluturos. Idem fit cum cātoribus & alijs qui ecclesiam officiare habēt: imo cum vicarijs in cura animarū, nec videtur illicitum, cum passim toto orbe fiat, ergo licet spūale officiū locare & cōducere. ¶ Quarto principaliter sic, præbendas licet emere, & pro pecunia

conferre: ergo &c. Antecedens patet primo specialiter de summo pontifice: quia lex Iulia ambitus cessat in vrbe Romana: eo ꝙ magistratus illic princeps creat: vt est text⁹ in l. vnica. ff. ad legem Iuliã ambitus. ergo a simili cessat turpitudo ambitus beneficiorũ, cum a principe spirituali (videlicet pontifice summo) beneficia impetrantur: & ad minus si de sententia & tolerantia papę prębẽda precio emitur, videtur tacite dispensare pontifex, vt non sit locus pœnœ pro simonia huiusmodi: vt tenet Palude. xxv. dist. iiij. q. iij. art. j. conclu. iij. & sequitur eũ summa Baptistę tam in ꝓhibitis quia simoniaca, q̃ in alijs. i. verbo simonia. j. §. j. Secũdo ꝙ ab alijs liceat emere, probatur. eo iure censetur quis emere beneficium, quo & redimere. ca. querelam. de simonia. sed precio licet beneficium ecclesiæ de manu laici redimere, imo per viam mutui: vt est textus de vsuris. c. j. ergo &c. Confirmo hoc secundũ Aug. ij. de trini. c. vj. Diuersæ voluntates ꝓximos habent fines, quę referuntur ad finem illius voluntatis qua volumus beate viuere, & ad eã vitã peruenire quæ non referatur ad aliud, sed amanti per se sufficiat. & infra. Rectę autẽ sunt omnes voluntates sibimet religatę, si bona est illa quo cunctę referũtur. si aũt praua est, prauę sunt oẽs. ex hoc sic: Quis potest emere beneficium vt in honesta residentia deo seruiat, & de excrescenti illius prębẽdę pauperes alet: & furta, dolos & stupra eorũ, ad quæ mendicitas prona esse solet, ꝓhibeat. hos fines nemo dubitat rectos esse & laudabiles: ergo & volũtates mediæ. Si Augustino non creditur, euangelio saltem fides adhibeatur: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matthęi. vj. Per oculum autẽ intentionem, seu voluntatẽ finis, vt ex decursu textus appa ret, Saluator intelligit. ergo &c. Secundo cõfirmatur apparentiori medio sic. Boni finis intentio in beneficij emptiõe culpam attenuat. ergo intentio finis incomparabiliter melioris penitus culpam excludit. consequentia tenet ꝑ regulam Philosophi. vij. Physicorũ: Si mouens mobile moueat per aliquod spatiũ in certo tẽpore: duplum mouẽs mouet idem per duplũ spatium in æquali tempore, vel per idem in medietate temporis. ergo similiter vbi bonitas finis cul-

pam ad aliquam quantitatem extenuat, dupla bonitas du plo attenuabit: & sic vltra in infinitū. ergo bonitas finis q̄ immense alios excedit, rationem omnē culpę excludit. Da enim oppositū, quod scilicet attenuet in certa proportione: & a bonitate primi finis contingit duplando in infinitū procedere: quod tamen nunquam pertingatur ad æqualitatem finis incomparabiliter excedentis, tandem venietur ad finem aliquem intermedium æque attenuantem culpā vt finis vltimus. Idem videtur probare sententia Philosophi. j. de cœlo, &. viij. Phisicorū, ꝙ virtus infinita corpori inexistens, necessario in instanti mouet. ergo similiter bonitas in infinitum aliam excedens, non poterit culpam admittere, sicut nec virtus infinita in sua motione successionem. Confirmatur tertio, vt tradit doctor ille exim⁹ Gerson Cancellarius Parisieñ. Dare spirituale pro temporalē primo vt præcio adæquato, secundo vt pro motiuo principali vel fine vltimo, est simoniacum. Sed si fiat pro tēporali, vt propter motiuū min⁹ principale, vel finem sub fine, aut quarto tanquam pro stipendio ministro diuino iure debito, vacat a simonia. Quod ꝑ resolutione succincta & solida idem doctor venerabilis patribus obtulit in cōcilio Cōstantieñ. adducens quinta consideratione in ꝓbationē ꝙ tertio modo licet, illd̄ prophetę: Inclinaui cor meū ad faciendas iustificationes tuas ꝓpter retributionē. q̄ vbiq; retributio per ꝓphetā vlteri⁹ in deū referebat, tanq̄ finis sub fine. vbi autem vnum propter aliud, ibi vnū tm̄. intendit allegare ex. iij. Topic. Quod certe euidētius probare videt̄ verbum Augūst. lib. de sermone domini in monte, in verbo, Cauete ne iustitiam vestram &c. Quemadmodū quis non absurde loqueretur qui diceret, In hac opera qua nauē quęro: non nauem quęro, sed patriā: sic apostolus cōuenienter diceret, In hac opera qua hoībus placeo, nō hoībus placeo, sed deo: qa nō illud appeto, sed ad id refero vt me imitentur, quos saluos fieri volo: sicut de oblatione in sanctos dicebat: Non quęro datum, sed requiro fructum. Ergo cū spirituale datur propter pecuniam referendo illam in finē & opus deo gratum videtur bonitas finis purgare culpam omnē operis commissi. Quod manifeste asseruisse videtur

Bonauen. in suo. Quodlibet. de pēsionib⁹ vitalib⁹ quia inquit intentio generalis & principalis cuiuslibet boni Christiani est omnes actus suos in deum tanq̄ in vltimum finē dirigere, sicut principalis intentio euntis Romā in anno iubileo, est habere indulgentias: q̄uis nō semper de illis per viā cogitet. ita licet cras sit bonum anniuersariū in ecclesia sancti Petri, & propter hoc lucrandū moueat ire ad ecclesiā alias nō iturus, non dicor committere simoniā, quia licet pro tunc non habeo aliū respectū particularē: respect⁹ tamen & intentio mea vniuersalis & principalis seu finalis est seruitium dei, & istud lucrum est minus principale respectu illius intētionis specialiter nō cogitatæ & nō inducit simoniā. ¶ Obiecto sibi, iuxta hanc resolutionē nūq̄ committeretur simonia, quia semper lucrū seu res temporalis iudicaretur minus principalis respectu generalis intentionis sacramenta ministrantis, capiendo principalē intentionē tā generaliter: respondet: In spe lucri vel rei temporalis oportet stare cōsciētiæ cuiuslibet. de illa em̄ solum iudicat deus. ca. tuæ. de spon. sed in foro cōtentioso iudicat quantum ex forma contractus apparet: & ita interdū aliter & contrarie ad ecclesiam triūphātem: imo dū in pactū non deducitur plus q̄ tacite inest, & deducitur in pactum eo modo quo inest: tunc etiam nostra ecclesia militans nō iudicat contractum vsurarium vel simoniacū ff. de legatis j. l. iij. licet quo ad ecclesiā triumphātem sit ibi quandoq; vera simonia aut vsura: quia fortassis specialiter cogitādo de obligatione sua ad deum, & generali intentione, nullo modo esset intentionis mutuum dandi, vel sacramentum ministrandi, sed ad hoc moueretur solummodo ex hac spe lucri, vel rei temporalis: addens non esse tutum vt in huiusmodi habeat homo cōscientiā nimis scrupulosam, quoq; satius sit scrupulū ad manipulū deducere, vt papa consulit ca. per tuas. & ca. & si q̄stiones de simonia. hæc ille.

¶ Quinto principaliter sic, licet cōmutare p̄bendas adinuicem, supplendo pecuniā quantum altera minus valet in portatis. item dimittere pro pensione aut officio tēporali notariatus in curia Romana. ergo. de p̄mutatione absoluta præbendarum nulla videtur difficultas: cum vniuersalis


ecclesia huiusmodi vtatur. de suppletiōe inæqualitatis videtur textus ad literam in ca. ad quæstiones, de rerū pmutatione: vbi papa dicit licere monasterijs permutantib⁹ ecclesias adinuicem, vt inęqualitatem possessionū certa pecuniæ quantitate suppleant: quod pro singulari notat angelus de clauasio in verbo permutatio .§. vj. dicens hoc notasse Panormi. in dicto cap. ad quęstiones. cum datur solū in recompensam temporalium prouētuū: secus si occasiōe spiritualium iurium de quibus vna ecclesia plus habet quam alia, puta habet maiores auctoritates in administratione spiritualium, quia tūc simonia esset, etsi pro pensione. Quod ergo licet ꝓ pecunia beneficium dimittere, patet, quia pensio est quid mere temporale pecunia ęstimabile & redimibile, ex quo nō est annexa alicui officio spirituali, vt notat glo. de ꝓben. in cā. cum M. de consti. & Panor. in ca. dilecto. de ꝓbenda ꝙ posset assignari laico in alimentationem. Et ergo quemadmodum laic⁹ posset licite talem ꝓbendam emere, aut ecclesiam ab ea redimere. ergo multo magis in pensione. & per consequēs ab initio ꝓ pecunia, cum de æquipollentibus idem sit iudiciū. Etiam est regula iuris in .vj. Cum quid vna via prohibet alicui, ad id via alia non debet admitti. & regula alia ibidē: Cū qd prohibetur, prohibētur omnia q̄ sequūtur ex illo. sed medio pensionis aut officio curię Romanæ licite pecunia consequitur, ergo nihil refert in principio dare. Et sic iustificari videntur pacta permutantium de pensione partim vel in totum redimenda. Item de expediendis literis pensionū &c. ¶ Sexto quidam cōuentus tenuiter fundati in facultatibus, & vltra numerū alias personas sustentare nequeāt, dicere possunt petentibus recipi, Nō habemus q̄d dare tibi pro victu nisi portes tecum vnde viuas. vt notat glossa in cap. quoniam. de simonia. & cōmuniter admittunt doctores theologi: etiam extra casum paupertatis pōt cōuētus vendere alicui alimoniam, & quæcūq; ad victum necessaria fuerint, nec per hoc fit inhabilis quo min⁹ possit in monachum recipi. ergo licet ante pacisci de victu cōparando, & post liberaliter in fratrem recipi nec certe simoniā continet si solum ex sic præbēdatis fratres elegerint quē

admodū ne per hoc ꝙ de suo gremio & quos experti sunt eligunt in prelatos. Item canonia potest conferri sine præbenda. c. cum M. de cōstitu. cap. relatum. de præbendis. cū similibus. imo in dies creat papa canonicos cū expectatiōe solum præbendæ. ergo similiter potest cōuentus potissime cuius facultates non suppetunt ad plures alendum, cōfraternitatem petentibus libere & gratis concedere sine ꝓuisione prebendæ, & tunc licebit indubie cognatis pro eius victu pro certa quota pacisci & pariformiter ante professionem, sub cautela tamen quod contractus inuicem non misceantur: vt. d. c. ad quæstiones. de rerum permutatiōe. ❡ Septimo sic, licet seruire p̄lato pro beneficio, modo seruitium fuerit honestum, sine pacto & pecuia conuentiōe: vt notat glossa in cap. sunt nonnulli. j. q. j. contrario eius ꝙ ibi munus ab obsequio dicitur seruit⁹ indebite impensa: & dicit Hostieñ. si episcopus recipit clericum ad seruitiū spirituale & temporale prestandum, promittens sibi certum salarium annuatim donec ei prouiderit de beneficio cōpetenti, ꝙ hoc licet, dum specialiter se non obliget ad seruitiū temperale. Nec committitur simonia si collato bñficio remittitur salariū, quia erat sub cōditione: & sic expirat obligatio: institu. de verborum obligationi. §. omnes. Secus si promissio fuisset pura & perpetua, quia cōmitteretur simonia remittendo temporale pro spirituali: ar. ca. veniēs. de testibus. Sed idē omnino videtur de seruitio & vera seruitij æstimatione seu p̄cio: vt recte dicit Duran. q. ij. de simonia. xviij. dist. iiij. & cōfirmatur per. c. tua nos. de simonia. vbi solum pactū videtur vitiare receptionē in canonicum post bona sua ecclesiæ data, & nō preces aut datio ꝓmissa si post humiliter rogat vt in canonicū &c. Q̄d dicit Panor. semper menti tenendū est pro ijs qui cardinalibus seu alijs prelatis xenia offerūt rogantes ꝓ aliquo bñficio, si non ducātur principali intētiōe vt spiritualia cōsequant̃. Quāuis em̄ secundario habent talem spem, extra th̄ oēm noxam iudicantur, vt ibi dicūt Inno. Hostieñ. Ioā. And. & cōmuniter doctores. Sed est min⁹ principalis & secūdaria spes quādo in vlteriorem finem ordinātur vt seruiāt. ergo &c. ❡ Octauo, aduocatus licite vendit iustū patrocinium,

iurisperitus rectū consiliū.xj.q.iij.non licet.xiiij q.v.non sane.nec distinguit Aug. an in causa spūali, videlicet hæresis, matrimonij, decimarum &c.vel pphana: imo consuetudo vniuersalis ecclesiæ passim habet in oībus.in quibus libet enim causis iudex taxat aduocato similiter iurisconsulto suum salariū:imo vt notabiliter decidit speculator titulo de salarijs in principio, si iudici ecclesiastico non esset ex beneficialib⁹ sufficienter prouisum, posset a partib⁹ capere salariū. Tunc eñ cessat ratio.c.cū ab omni. de vita & honesta.&c. Et vt ibi dicit, arbiter licite capit a partibus. Sequit ipsum Panor.in.d.c.cū ab omni. Nec obstat q iudiciū debet esse gratuitū, & non venale:quia delegatus principis secularis recipit salariū: & tñ suū iudiciū non est venale. Item doctores theologi licite capiunt salariū p exponēdis scripturis sacris, & ad docendū ea quæ ad curā aīarum spectare noscunt, iuxta.c.quia nonnullis.de magistris, vbi theologo mandat assignari præbēda in metropolitana ecclesia quādiu exercitio huius doctrinæ institerit, & nō vltra:ita (vt dicit textus) q per hoc canonicus nō fiat, sed patrocinium, consiliū, & doctrinatio in causis spūalibus sunt actus spūales. ergo licet spiritualia vēdere, & etiā emere.
¶ Nono sic, licet sacramēta similiter & bñficia ppter metū cōferre, ergo pari rōne p pecunia sine scrupulo simoniæ. consequentia tenet, quia idē videt p lucro spūalia cōferre, & p euitatione dāni: cū malo carere sit quoddā bonū. antecedēs patet: quia cedētib⁹ iuri spūali ad ecclesiā vel bñficiū subuenit bñficio restitutiōis tanq̄ iustū metū passis: vt est text⁹ in.c.abbas.in c.ad aures.& in.c.ad audiētiā.de ijs q̄ vi metusve causa fiūt. & speciaľr deduco hoc ex.d.c.ad audiētiā quia is q grauissimo metu regis coact⁹ est iurare q ecclesiā suā resignaret, dicit vigore iuramēti obligat⁹ ad resignādū, sed nō ad non repetendū. Cū ergo iuramentum nequeat esse iniquitatis vinculū.xxij.q.iiij. inter cætera.licet ei ob metum resignare, nec censet spōte resignasse, q̄q̄ metus ad diē resignationis nō durauerit, cū metus periurij spōtaneitatem excludit: vt ibi notat Ioan. And. & post eum Panormita. Exemplariter probo hoc Sequente Theodorico imperatore in orthodoxos, & zelāte plurimū pro

Arrianis, vt cominaretur Italiæ extinctionem gladio, nisi per Orientem Arrianis redderentur ecclesię: beatus Ioannes papa apud Iustinum imperatorem catholicam Orientis legitur procurasse redditionem ecclesiarũ hęreticis. ergo ob metum licet &c. ¶ Decimo sic, licet dare pecuniam iudici vt in spirituali causa iustitiam seruet, ergo & iudici licet capere: & p cõsequens licitũ est spiritualem iustitiã &c. Prima consequentia tenet, quia vbicunq; vendere phibitum est, eo ipso vetitũ intelligitur emere. Etiã nisi sic, dare ei pecuniã esset communicare peccato alieno, & consentire (vt videtur) in peccato: cum secundũ aliquos non liceat etiam suadere si e duobus malis decreuerit alterum facere, vt faciat minus. Antecedẽs patet per glo. xiiij. q. v. cap. non sane. quæ dicit quod etiã pecuniam repetere non possit, ar. ca. dilectus. de simonia. si non animo corrũpendi iudicem dederit, sed solum vt ius & quietẽ sibi conseruet. nec obstat. l. ij. ff. de conductione ob turpem causam, quia aliud est dare pecuniã vt pro me iniustam causam pronunciet, aliud vt solum in causa iustitiam seruet. tunc em̃ nullum intercurrit de animo corrumpendi indicium seu præsumptio. & primo casu loquit̃. d. l. imo in foro iudicij locus est repetitioni si pbare potest q verisimiliter timebat grauari, vt sic elidat pręsumptionẽ de corrũpendo. per quod Panor. concordat cõtrarietatem doctorum in cap. cum ab omni. de vi. & honesta. cle. Et nisi sic dicat̃, quisq; tenebit̃ ius suũ spirituale sinere perditum iri quando iudex fuerit iniquus, vt verisimile sit eum iustitiam ministraturũ non esse nisi munus accipiat. Cõfirmo hoc, quia licet simoniaco dare pecuniã vt de cętero simoniam non committat, vt dicit dñs Hugo cardinalis: addẽs: sicut tempore dñi Alexandri in quadam ecclesia erat quidã canonicus pessimæ conditionis, nec poterat eũ expellere episcopus: cõuentum est inter ipsum & episcopũ super certo precio de pbenda resignanda. Consultus est ergo papa Alexan. & respondit. Purga ecclesiã tuã. Refert & sequit̃ Archidiaco. j. q j. c. ordinationes. Sed capere pecuniã vt simoniã non cõmittat, seu vt nolit simoniã cõmittere, ęque est simoniacũ vt capere pecuniã p beneficio conferendo, ar. c. nemo. de simo-

nia. ergo emptio actus spiritualis debiti nullā videtur culpę rationem continere. Preterea cum iudex iniuste excommunicatū non vult nisi p pecunia absoluere, licet iniuste vexato, ne grauius dispendiū patiatur, improbo iudici pecuniam dare: vt tenet glo. in ca. ad aures. de simonia. & sequuntur cōmuniter doctores: ar. c. dilectus. j. de simonia.



RO HVIVS solutione primo inquirēdum est quid dicat spūale vel annexū circa quod fieri habet simonia. Secūdo quid simonia, & quotuplex. Tertio an oīs simonia obligat ad restitutionem, & cui debeat fieri restitutio.

¶ Quo ad primū, spūale dicit vel respectu & cōparatione ad spiritū increatum, vel respectu ad spiritū creatū. Si primū, contingit tripliciter. quoddam enim est spirituale per essentiam, vt gratia, & virtutes infusæ. Secundo per causalitatē, vel sacramēta quę sunt ministerialis causa gratiæ. Vel tertio per effectū, cum scilicet immediate dependet ex aliquo dono vel officio spūali, vt prophetare, miracula facere, diuinū officium ecclesiam officiando celebrare. Quę primo mō sunt spiritualia: ab homine nec de iure nec de facto vendi possunt, saltem cum efficacia transferēdi, vt recte limitat Palude. xxv. dist in ctione. iiij. questio. v. nisi forte per accidens, sicut vendens hominem vel sacramentum eucharistiæ potest simul vendere & tradere gratiam & virtutes contētas. Spiritualia secūdo & tertio modo possunt vendi de facto, sed non de iure: cum gratis dari habeant & recipi. Annexa spiritualibus secundo modo dicuntur vasa sacra, in quib⁹ sacramenta ministrant, & quæ per ecclesiam consecrata sunt seu dedicata: & hæc vendi possunt non habito respectu ad cōsecrationē: ita scilicet q propter consecrationem non carius vendantur, alioqui simonia cōmittitur. Nec debent vendi seculari personæ nisi redacta sint in massam, vel alias pphanata. Spiritualibus tertio mō, quæ scilicet alicui ex spirituali dono vel officio conueniūt, aliquid annectitur tripliciter, videlicet antecedenter, vt ius patronat⁹, quod est ius pręsentandi clericū ad officium vel beneficiū ecclesiasticum: & vendi non po= A

test licite.de iure patronatus,capitu. de iure.sed transit cũ vniuersitate vendita:nisi specialiter excipiatur.cap.ex literis,eodem titulo.& idem est de potestate eligendi,pręsentandi,vel conferendi quodcunq; beneficiũ. Aliud annectitur cõsequenter,vt ius percipiendi decimas, & quodcũq; beneficium annexũ canonię vel alteri spirituali iuri ecclesiam officiãdi. Et de his pcedit illud Paschasij papę, Quisquis horum alterũ vendiderit &c.j.q.iij. si quis obiecerit.

B Fructus tamen & obuentiones decimarum,ac beneficiorũ locari possunt,modo dominiũ seu ius principale percipiendi non alienetur.de locatio.& cõductio.vestra. Tertio connectitur spirituali aliquid concomitanter, vt labor in ministerio sacramẽtorũ:'& de hoc magna est inter doctores cõcertatio,an locari,an vendi possit. Durãdus. xxv.dist.iiij.q.j.de simonia, tenet q non: quia labor (inquit) non cadit vnquã sub venditione etiam in corporalibus.Si enim operarius carpentator vel fossor posset opera sua facere sine labore,ęque posset ea vendere. Aequalis enim fructus obueniret ementi,nec vellet pluris emere quia labore factũ.

C Et ideo si opus confectionis & administrationis sacramentorum & aliorum spiritualium non possit cadere sub venditione sine vitio simonię,sequitur q nec labor in tali opere vendi potest sine simonia. Et ideo dicere oppositũ est ridiculum,& pręstans simoniacis velamentũ excusationis. Statim enim respondebunt. Non vendimus sacramenta, sed laborem quem habemus in baptizando,celebrando,in consecrandis ecclesijs &c. Si quid ergo licite recipit minister ecclesiasticus dispensando sacramẽta,non recipit illud vt precium operis vel laboris, sed vt sustentationem ministri:& sic capiunt quęcunq; post administrata sacramenta recipiunt. Idem tenet Palude eadem distinctione, quęstione vltima,aliqualiter carpẽs rationum inefficaciam : quia licet emptor plus velit emere opus quam laborem, econtra potest vendens intendere quod suũ laborem non opus vendere velit. Item illa ratione non liceret doctori laborem suum vendere quem habet in docendo: cum ipsam scientiam quæ est opus operatum, nec de iure nec de facto vendere possit. Item idem ad longum prosequitur &

tenet Petrus de aliaco tractatu quem contra Cācellarium Parisiensem de simonia edidit, addens quod null⁹ ex docto ribus antiquis admiserit. Aliorum sententia est, & verisimilior, quod laborem suum in actibus spiritualib⁹ qs posset locare. Vn̄ Altissiodo.iij.parte.q.pe.de simonia, videlicet de venditione scientiæ: Nō licet aliquid accipere ꝓ doctrina a pueris, sed pro labore, vt habeat vnde viuat. Non tamen approbo quod dicit in prima parte, vt sequēti ar. dicam. Item sanctus Bonauentura.xxv.dist.in.iiij.q.vl. de simonia, tractans illud.j.ad Corinthios.ix. Qui seminat spiritualia &c. Si hoc non intendit principaliter, imo carnalia metit vt se sustentet, & spiritualia seminat, nulla est auaritia, nulla mercatio, sed manifesta iustitia: vt multiplici exemplo probat apostolus. concludēs, Ex hoc patet ꝙ si doctor, consiliarius, medicus, & alij qui laborant de consilio siue doctrina, precium recipiunt propter laborem ad sustētationem, nulla culpa, nulla est simonia. Si tamen quis vēderet donum diuinit⁹ datum, nō suum laborē, iudicaretꝰ simoniacus. Similiter dicendum est de celebratiōe missarū & consimilium. hæc ille. Item Richardus eadem disti. iiij. questio.ij.in corpore.q. & ad argu. de episcopo recipiente procurationem iuxta ca. cum sit romana, de simonia. dicit ipsum procurationem capere tanquam debitam ꝓ suo labore secundum determinationem ecclesiæ, & in solutione ad octauum, clerici dicentes psalteria pro mortuis, si pecuniam capiant pro suo labore, non peccant, si indigēt & ad hoc alias non teneantur. Questione tamen.iij excipit laborē qui est in ministratiōe sacramentorū. Item dominus Armachan⁹ in quæstionib⁹ Armeniorū.lib.x.postq̄. viij. &.ix. capitulis probauerat ꝙ non solum lege & præcepto positiuo dei, verum lege naturæ vetamur seu ꝓhibemur spiritualia dona dei vel eius effectum vendere, seu quicq̄ ante vel pro illis capere: sequenti.c.ꝓbat diuersis scripturę passibusꝙ laboranti in ministrandis sacramentis, in officio prædicationis, & alijs licet pro ministerio seu potius (dicit) pro labore in ministrando per censum annuum oblationes aut alios modos honestos necessaria vitę sumere: imo vt in fine capit, addit, pro huiusmodi laboribus etiam D

exigere si aliunde non habeāt, dū tamen Balaam & Giezi non sequantur: quia Nume. xviij. legitur, Filijs Leui dedi omēs decimas Israel pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Et infra. Comedetis eas vos, & familiæ vestræ: quia p̄cium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. De eodē est glo. notabilis in. c. significatū. de prēbē. q̄d licet sacerdoti locare op̄as ad certū tempus, & recipere mercedē p̄ suo labore si alias rōne beneficij ad hoc non tenet. Inno. & Hostieñ. dicētes sacerdotes posse locare operas corp̄ales in seruitio honesto alicuius domini, sed non spirituales quāuis pauperes, Panor. di. ca. improbat, hærens glo. dummodo intendi vēdere spirituale: aut pro eo pecuniam capere, sed pro seruitio & recompensatione damnorum quę sustinet trahendo moram ibi. Nam vicario episcopi constituitur certa portio, q̄ p̄fecto non cōstituitur pro seruitijs temporalibus, vt in di. ca. cū eo. de electione. li. vj. & ca. peruenit de appel. Idē videmus in mansionarijs, qui solum habent meram temporalitatem pro seruitio spirituali. Item beneficia dantur p̄pter officia. de rescrip. ca. fi. lib. vj. Eodem modo pōt clericus beneficiatus licite paci sci vt pro obsequijs spiritualib⁹ recipiat certam mercedem, vt habeat vnde viuat. Pro quo inducit illud Agatheñ. cōcilij: Clerici stipēdia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum a sacerdotibus consequantur. j. q. ij. ca. fi. vbi notandū est ꝙ dicit text⁹ stipendia sanctis laboribus debita &c. & hanc sententiā videtur tenuisse Hostieñ. in summa post Goffredum titu. de

E simonia. §. qualiter committatur. & glo. notabilis in c. p̄cepim⁹. x ij. q. ij. Nec certe ridiculum est dicere ꝙ homo laborem suum vendat aut locet. Videmus enim ꝙ testi nihil licet pro sua depositione capere: si tamen magnos labores subire debeat priusquā colligere poterit in materia de hæresi aut alia graui quid vere de materia deponere habeat, nemo tam strictus est quin dicet testi licitum vt p̄ labore & studio precium capiat. Item nuncijs damus pro labore portandi literas, & longe ampli⁹ q̄ reciperēt si nullū habituri essent eundo laborem. Item iuueni quem cupimus p̄ficere, pecuniam damus vt laboret studendo: & non pro

scientia quam studio acquirit, licet ꝓpter illā: imo si operā suam adhibuerit non pertingens ad scientiam, dicimus cōuentum precium meruisse. Necest velamentum simoniacis aut pallium: quoniam suā prauitatem æque apparenter tegerent dicentes se pecuniam quasi vitæ stipendium capere aut petere, & non pro spirituali qđ tradūt. Et confirmari videtur ex diuino iudicio, Vnusquisq; mercedē recipiet secundum suū laborem. ergo similiter in republica stipendia debentur non quantū profuerint, sed quantum prodesse laborauerint: alias merces eis distribuetur ꝑ euētu. Item miles stipendiū & pecuniam capit non quia vitā periculo exponit ꝓ republica (est enim vita res inęstimabilis) sed pro labore quē subit rempublicam ꝓ salute plurium defendendo. ❡ Obijcies fortasse, labor iste connexus est spirituali ministerio. sed quisquis horum alterū vēdiderit &c. j. q. iij. si quis obiecerit. ergo &c. Hoc argumento conterritus Panor. ab opinione tanto labore parata in dicto cap. significatum, de præbēdis, post recedit ca. suam de simonia, carpens dominū Antonium de Butrio ꝙ saluādo glossam succincte dixerit, nō pōt induci cōsuetudo vt ꝓ ipsis spiritualib⁹ aliquid detur: vtiq; tamen pro labore. ❡ Respondeo ꝙ dictum cap. si quis. ꝓcedit cum alterū ordinatur ad reliquum, & dari non possit nisi propter illud seu eius medio, vt etiam tetigit beatus Thomas in quarto circa textum, excludēs per hoc ius patronat⁹ connexū vniuersitati rerum, quia non ordinatur ad illam &c. Beneficium autem datur propter officium spirituale, & solō ei⁹ medio conferri potest, saltem a prælatis inferioribus, solo principe seu pontifice Romano excepto: & sic non tangit connexio quæ est laboris, ad spirituale op⁹ seu ministeriū. Vnde (vt dixi) nulli licet periculo vitam exponere pro pecunia, potest tamen pro labore industria & solicitudine simul concurrentibus stipendium capere: & pro illo aduci consueuit à simili illud Augu. Agere rēpublicā vt diuitias augeas: damnabile videtur. xxiij. q. j. militare. & licet glo. in ca. cum sit romana, videatur recedere ab hoc ꝙ ꝓcuratio datur episcopo pro labore, videt illa de causa quā Hostien. in summa titul. eodem tāgit, quia ad hoc tenet epi- F

ſcopus ex officio, & ob hoc habet emolumētum epiſcopatus: quāquam illa cauſa parū faciat: cū obuentiones incertæ etiam ſint partes ſtipēdij laborum, ſicut fundati redditus. propter quod verior opinio videtur Goffredi, ꝙ in cōſecratione vel viſitatione pro labore datur & recipitur, & ꝙ illa de cauſa priuſquam iuri inſertū eſſet, licite recipi potuit, & non ſolum auctoritate legis, vt ipſi opinanť inducentes ca. qui peccat. xxiij. q. iiij. ❡ Spiritualia per cōparationem ad ſpiritum creatum ſunt in duplici differentia, q̄dam per eſſentiam, vt ſciētiæ & virtutes acquiſitę, & hęc vendi non poſſunt ſaltē cū efficacia trāſferendi. Prouerbio. xiij. Quid prodeſt ſtulto habere diuitias: cū ſapiētiā emere non poſſit? Alia dicuntur hoc ſecundo modo ſpiritualia per cauſalitatem, quia videlicet per ea attingiť effect⁹ qui eſt ſpiritualis actus, vel habit⁹ aīæ: vt docere, cōſulere, teſtimonium ferre. & ijdem actus dici poſſunt ſpūales ꝑ effectum ſeu originem: quia ab actu interiori intellect⁹ deriuantur & procedunt. Quod hos act⁹ vendere nō licet, ſed ſolum laborem, tenet Alexan. de Hales. ij. parte. quæ. clxxxv. membro. iij. idem probat Altiſſiodoreñ. iij. par. q. penul. de ſimonia, dicens ſimoniacum eſſe, ꝙꝙ nō licet aliquid capere pro doctrina a pueris, ſed pro labore: ſicut ſacerdos conductus accipit pro labore. Mouetur, q̄a ꝑ doctrinationem, patrocinium, teſtimoniū, iudiciū vel conſilium acquiritur notitia veritatis aut ſcientia, & ſic acquiritur ſpirituſſanctus vt illuminans intellectum, quāquam non vt inflammans affectum. Quod enim ſcientia quelibet ſit donum ſpirituſſancti, probat auctoritate Aug. lib. de magiſtro dicentis ꝙ cognitio veritatis ab interiore magiſtro datur propoſitis vocibus a doctore. Item Exodi. xxxj. ſuꝑ verbo, Bezeleel impleui ſpiritu dei, & ſapientia & intelligētia & ſcientia in omni opere ad excogitandū quicquid fabrefieri poterit. glo. interli. dicit quod ſcientia fabrilis eſt donum dei: multo magis ſcientia liberalium artiū. ſed Simō peccauit ęſtimando donū dei pecunia poſſideri. ergo &c. Itē anima eſt melior infinitis mūdis ſi eſſent. ergo ſimiliter ſcientia quę eſt perfectio eius. ergo qui eam vendit vel emit, ponit impreciabile ſub precio, & cōmittit ſimoniā.

concludens quod nec aduocato licet vendere scientiã suam vel consilium, sicut nec iudex, nec testis: si tamen accedant, possunt accipere expensas suas, sed nihil pro iudicio vel testimonio. Eiusdem sententię fuit Gan. dicens Aug. secũdũ leges locutum esse: quia aduocatus iniustam causam statim tenetur deserere: in iusta autem gratis cõsulere & patrocinari: vt refert glo. in c. non licet. xj. q̃st. iij. moderamẽ adiũgens quod tales operas quis locare potest: quia nemo cogitur de suo beneficiũ facere. x. quęst. ij. precarię. addẽs si absq; labore potest dare consiliũ, non reuoluendo libros nec laborando in perlegẽdis allegationibus, tunc gratis tenetur subuenire. Aliorum sententia est quod huiusmodi actus spirituales a spiritu creato vẽdi possunt, vt in hoc sit eorũ differentia ad actus spirituales per cõparationem ad spiritũ increatum: vt determinat Tho. xxv. dist. iiij. q. ij. de simonia. item secunda secundę. q. c. ar. iij. Item Duran. Palu. Ricar. & verisimilior videtur: alioqui non liceret artifici pecuniam capere vt suam artem doceat. nã cognitio artis, sicut vniuersaliter omnis veri cognitio, a spiritusancto est: vt habet Amb. super illo. j. ad Corin. xij. Nemo põt dicere dñs Iesus, nisi in spiritusancto. omne verũ (inquit) a quocunq; dicat, a spiritusancto est. Itẽ nemo absq; metu simonię posset suę artis operationẽ vẽdere, vt braxare, pinsere, &c. cũ operatio artis annexa sit & dependeat a consideratione mentis, quę mere spiritualis est cõparatione ad spiritũ creatum. Itẽ Augu. aperte asserit q; iurisperitus consiliũ, aduocatus patrociniũ vendere potest: nec valet euasio q; operas suas & laborẽ locare põt, non ipsam operationẽ: quia in arte min⁹ nobili labor sępe est maior: vt in portando saccos q̃ pingendo vel citharizando. Ergo si labor dũtaxat in hmõi locaretur: vbi maior labor est, oporteret plus precij soluere. & ne fiat euasio de ope operato artis, stringatur argumẽtum ad docere artem minus nobilem cum labore magno, & nobiliorem cum exili labore. Itẽ magis peritus in exercitio artis minus laborat, & plus meretur, ergo industria hominis vel doctrinatio ipsa locari potest, nõ tantum labor. Quibusdam enim exercitium suę artis recreatio est, & quies non animę tantũ, sed & corporis: vt

submisse canendo &c. ludus est quies in vita hominis &c. iiij. Ethico. nec tamen dubitamus mercedē illos promereri. Etiam si esset homini corpus impassibile, vt sine fatigatione & labore artē docere posset: nihilominus iuste mercedem expeteret in huiusmodi, & nō tantum stipendium sustentationi debitum, vt illo casu in sacramentis: cum hic stipendiū non debeatur nisi ex partium conuētione. ¶ Ad rationes seu motiua respondeo. Ad primū: Etsi ars omnis & cognitio veritatis sit a spiritusancto vt illumināte intellectum, non tamen semp supernaturaliter & miraculose manat a spūsancto: & de illis dictum est, Gratis accepistis &c. Item multis est robur corporis miraculose redditū per Saluatorem nostrum, ac etiam per apostolos, cuius vsum licite vendebāt vt prius ante ęgritudinē. alias miraculose curati iniuste vendidissent suū laborem. Ex quo elicio pręceptum domini procedere de his quę ordinantur ad opus quod super naturā & miraculose expectatur a spiritusancto, vt est effectus sacramētorum, inflammatio affectus, auctoritas spiritualis. nō em̄ verisimile est si qs supernaturaliter acceperit artē medicinæ, ꝙ ex hoc gratis tenetur quēlibet hominē curare. secus vbi sanitas miraculose conferēda esset. imo Bezeleel cuius meminit Altissi. verisimiliter pro exercitio suę artis pręmiū accepit. Inaduertenter etiam concludit Altissiodoreñ. Si melior est sciētia mūdis infinitis, ꝙ ergo sit inęstimabilis vt nō possit precio distrahi. Nam seruus, cū sit homo, secundum dignitatem infinitis mundis pręstat: nulli tamen dubiū qui iusto pręcio venditur. Non em̄ rebus pro dignitate naturę & gradu precia sunt, sed vt nostrę indigentię accommodę inueniūtur. Vnde Aug. xj. de ciuita. dei. ca. xviij. Quis em̄ non domi panē q̄ mures, nummos q̄ pulices habere malit? Et eodē passu: Seruus precio viliori iuste distrahitur q̄ gēma &c. Sed quāuis simonia non est vendere huiusmodi actus spirituales, frequēter tamen iniustitia cōmittitur quādo eosdem tenemur alias gratis exhibere: vt cum iudex ex officio iudicare: testis quia subditus, veritatem super interrogatis deponere. Ex quo infert Durandus: Cū non aliud sit iudicis sigillum, q̄ sui iudicij testimoniū: non video quomodo

pro sigillo possit aliquid petere nisi forte expensas cere & clericorū ad hoc ordinatorum. Sed cum homo ad illas operas non tenetur, licite alios actus vendit, puta consiliū, patrociniū, &c. etiam in causa spirituali, vt recte addit Paludе, puta in causa matrimonij, de beneficijs, heresi, decimis &c. Idem dico de arbitro vel alio iudice non sufficienter de bonis ecclesie stipendiato, vt supra induxi de Speculatore titulo de salarijs. §. j. Dixi notanter quando non tenentur alias gratis ad illas operas. stat enim ꝙ teneātur, & ꝙ nō gratis: vt si diues nollet quicquam expendere ꝓ valetudine recuperāda, tenetur illum medicus curare, sed potest licite postmodū mercedem expetere: vt est glossa notabilis in verbo inferas. lxxxiij. distinctione in principio. & simile est de aduocato si clientibus alias perditurus esset causam totius hereditatis: obligatur lege charitatis operas sui patrocinij adhibere: sed non gratis quādo clientulꝰ est soluendo. ¶ Obijcies fortasse illud Gre. Recte iudicās si præmiū remunerationis expectas, fraudem in deū perpetrat, quia iustitiam quam gratis impertiri debuit, acceptione pecunie vendit. xj. quest. iij: cum recte iudicat. Ergo nullo casu licet arbitrio vel iudici suum actum seu operationē vendere. Item Prouerb. xxiij. Veritatem eme, & noli vēdere sapiētiam, doctrinā & intelligentiam. super quo glo. interli. Gratis accepistis &c. Ergo non licet pro doctrinatione precium accipere. Quod specialiter confirmo de doctrina theologie, quia preceptū Matth. x. complectitur sermonē seu predicationem; ergo potius doctrinā spiritualem scripture sacre. Et pariformiter cum disceptatur sup qualitate sententie an heresim cōtinet, errorem aut offensionem: non licebit ꝓ informatione iuris preciū capere. ¶ Respondeo. licet preciū capere ad metiendum terras vel pannum, & non vt veram mensuram dicat, seu vt recte metiatur. obligamur eñ iuste quod iustū est exequi. Deutero. xvj. Similiter dico, licet premium aut stipendium capere pro consilio. sed obligatus consulere, non potest premiū capere vt recte consulat, seu veritatem consilij seruet. Idem est dei iudicare vel arbitrari. Etiam quāuis pro actu iudicādi nihil capere posset, vtiq; tamen pro actibus quos subire &

prętermittere habet ad se informandū de causę meritis & qualitate, quando ad hoc ex officio vel alias ad gratis fa-
M ciendū non tenetur. ¶ Ad secundū dico φ est consilij, non necessitatis vel pręcepti: vel intelligitur de sapiētia doctrina vel intelligentia quę discipulis aut consulentibus obuenient: & quia illa principaliter est dei non nostrum opus, ideo per nos vendi non debet. secus de pprio actu vel labore. Quod glo. ibi dicit, Gratis &c. solum est inductio similis, non redditio causę quare fieri oporteat. & quāuis Palude visum sit. q. vi. de simonia. art. ij. quod doctrinationē theologię vendere simonia cum videtur, sec⁹ de alijs scientijs: contrariū tamen videtur ex. c. quia nōnullis, de magistris, vbi theologo in metropolitana eccl'ia, q̄diu theologiā illic docuerit, & quę spectant ad curam animarū, assignatur prębenda. Et certe difficile erit dare causam quare aduocatus in causa spūuali, puta matrimonij, hęresis, vsurarum &c. potest suum patrociniū vendere, & iurisperitus consilium, non theologus suam doctrinam. Ad verbū saluatoris Mat. x. dico (vt supra) loquit de prędicatione ordinata ad inflammationem affectus: quæ semper speranda est supernaturaliter. secus de prędicatione vel doctrinatione ad nudam elucidationē veritatis, seu illuminationē intellect⁹: vt ponatur inter infideles q̄stio agi an vsurę secundū scripturas veteris & noui testamenti licent, an nō. pro illius em̄ discussione licitū videret ipsis infidelibus pro studio materiæ & decisione preciū capere. Sed in his punctis duobus suadeo, si quis infirmus est vel scrupulosus, iuxta apostoli consiliū olus manducet. ad Ro. xiiij. & in huiusmodi exercitio actuū spiritualiū, siue respectu spiritus increati siue creati velit stipendiū vel p̄miū capere eo modo quo licet, & non alias, nō determinando se ad ipsam operationem vel laborē, sed in genere: & a vitio simonię liber erit.

A 
VO AD secundū inuenio apud doctores simoniā vetustiari vocabulo dici posse balamiā, quia Balaā prophetię donum vendere voluit: Numer. xxij. vnde Petr⁹. ij. canonica. c. ij. Cor exercitatum auaritia habētes, maledictiōis filij, derelinquentes rectā viā, errauerunt secuti viā Bala-

am ex Bosor, qui mercedē iniquitatis amauit, correptionē vero habuit suæ vesaniæ subiugale mutum animal in hoīs voce. & in epistola Iudę: Et errore Balaam mercede effusi sunt. Item .iij. Re. xiij. de Hieroboam legim⁹: Cōstituebat sacerdotes de nouissimis populi: quicunq; volebat impleuit manum suam, & fiebat sacerdos. quo facto dicit cōmissa esse simonia. j. q. j. eos. sicut de Giezi. iiij. Reg. v. inducit etiā ibi text⁹. iij. & iiij. Re. libros. Nec vident alij pass⁹ quā memorati de facto simoniaco haberi: nihilominus in facto Hieroboam simonia solum erat nō quo ad rem ipsam, qa a parte rei nihil spirituale tradebatur per cōparationē ad spiritum sanctum (erāt enim sacerdotes idolorū) sed quo ad opinionem ementium & vendentis, qui idola pro dijs colebant. Sed vsitati⁹ simonia dicitur a facto Simonis magi, de quo Actuum. viij. qui pecunia obtinere voluit facultatem dandi per man⁹ impositionē spiritumsanctū, vt inde pecuniā colligeret. Et capitur simonia dupliciter: Vno modo generaliter vt est voluntas tradēdi vel negandi aut accipiendi spirituale pp̄ter causam indebitam, ita quod similitudo ad factum Simonis cōsistat quod vtrobiq; medium seu causa non conueniat. Qui em̄ pro respectu personæ consanguinitatis aut familiaritatis peccatū alteri⁹ episcopo non indicat, vel indicare detrectat, item impœnitētē vel minus digne pœnitentem gratia vel fauore ad recōciliationem adducit, vel digne pœnitentē odio a reconciliatione excludit, simoniac⁹ est. c. nemo. de simonia. Vbi nota ꝙ gratia vel fauore pœnitentē ad reconciliationem adducere, simoniacum est, quia spirituale procuratur digno pro causa indebita. & glos. in verbo consanguinitatis. Nō refert, iniust⁹ cordis amor, an sordidę præces interueniāt. j. questiōe. j. si quis neq;. item. xxxiiij. distinctione. c. qn̄. ex concilio Agathen. Quib⁹ examē ordinandorū cōmittitur, cauere debent ne aut fauoris gratia aut cuiuscūq; muneris cupiditate allecti a vero deuient vt indignum &c. quoniam qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, coram deo iam cōdēnati ecclesiastica dignitate careāt. vbi cōcilium supponit tam fauore quam munere ordinē vendi. &. c. vnico vt ecclesiastica bn̄ficia sine &c. rep̄hendit papa B

archiepiscopū Mediolaneñ.ij.de carnalitate: quia non ex affectu carnali,sed discreto iudicio debuisset ecclesiasticum beneficium & officium in personas magis idoneas dispensare. vbi glo.in verbo carnalitate, notat episcopū simoniā committere dum propter cōsanguinitatē alicui dat beneficium alias non concessurus,quia iniustus cordis amor &c.
C propter quod Cancel.Parisieñ. præter triplex mun⁹ a manu,lingua,& obsequio, duplex aliud munus adiecit quo simonia committitur, videlicet munus sanguinis (nam ve illis qui ædificant Sion in sanguinibus.Micheę.iij.) & munus timoris, quando scilicet propter p̄ces armatas q̄s dat præbendam. Horum quinq̄ modorum sanctus Bonauē. dat hanc sufficiētiam. Si quis inordinate mouetur hoc,vel est ex timore male humiliante,& sic currit mun⁹ timoris: vel ex amore male inflāmante, & hoc tripliciter vel amor est superbia vitæ,& sic est munus a lingua; aut cōcupiscentia carnis,& complectitur inordinatū amorem cognatorū & aliorum, vt si quis amore fornicariæ ꝓmouerit filium eius;vel est concupiscentia oculorum, & comprehenditur tam munus a manu quam ab obsequio. Et dicit ꝙ a simonia sic accepta pauci in clero sunt hodie immunes respectu multitudinis. Alio modo capitur specialius simonia vt cō sistat in imitatione Simonis magi non solum in dando vel
D recipiendo spirituale propter causam indebitam,sed ꝓpter munus quod inde sequi intendit, vel cuius medio vult spirituale conferri. Et describitur a docto.cōmuniter: Simonia est studiosa voluntas emēdi vel vendendi spirituale vel spirituale annexum. Et capitur verbum emere & vendere generaliter, vt se extendit ad omnem contractum non gratuitum. & additur studiosa secundū Tho. q̄a perfectio peccati consistit in electione: & dicitur studiosa quasi electiua. Sed secundū hoc describitur solū simonia deliberata & electiua: cū tamen optare ꝓ spirituali pecuniā sine electiōe vel deliberatione p̄uia: sit verū pc̄m̄ simoniæ: sicut desideriū cōmixtionis cū aliena absq̄ adhuc electiōe &c: est adulterium.
E Et dāt doctores communiter tres ratiōes quare simonia est peccatum. Prima per respectū ad spirituale emptū vel venditum, quia nullo potest terreno pre-

cio compensari: sicut dicit Salo. de sapiẽtia Prouer. iij. Preciosior est cunctis opibus &c. Hæc nõ est satis vniuersalis. non enim probat vitiũ vel culpam esse si pro spirituali spirituale comparetur, baptisma baptismate, beneficio beneficium, sermone sermo &c. Secunda per cõparationẽ ad vẽdentẽ, seu a quo, quia spiritualiũ nos sumus soli dispensatores & ministri. j. ad Co. iiij. Sic nos existimet homo quasi ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorũ dei. &. j. Pe. iiij. Vnusquisq; sicut accepit gratiã in alterutrum administrantes, sicut boni dispensatores dei &c. Sed a dispẽsatore nihil licet contra dñi voluntatem emere. Et ꝙ sit cõtra dei volũtatem, patebit in ratione sequẽti. Tertia sumitᷣ per cõparationẽ ad spiritualium originem. manant enim ex gratuita dei voluntate. Qui igitur spirituale vẽdit aut emit, irreuerentiam exhibet deo, & rebꝰ spiritualibꝰ seu diuinis; propter quod peccat peccato irreligiositatis. hinc pręcepit dominꝰ, Gratis accepistis, gratis date Math. x. Dictã definitionem carpit Hostieñ. quasi diminutã, dicẽs ꝙ addi debeat, cum opere subsecuto: quia in solo affectu nequit consistere simonia allegat. j. q. j. c. reperiuntur. c. qui studet. & c. eos qui. &. c. si quis neq;. ar. c. fi. de bigamis. vbi dicitur ꝑpter affectum cum opere subsequuto. sequãtur Hosti. Ioã. An. & Panor. in. c. vnico de simonia. Boyck in. c. fi. eo. ti. &c. Sed cum eiusdem speciei sit peccatũ interioris actus sine opere subsequuto, & cum opere, potissime quum extrinsecus prohibetur progredi in opus, iuxta illud Aug Si etiam cui non cõtingat facultas concũbendi &c. de pœniten. dist. j. & illud saluatoris, Qui viderit mulierẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo: necesse est fateri ꝙ sine opere subsequuto in nuda voluntate sit peccatum simoniæ. Item qui vult furari si posset impune, & nihil capit, reus tamẽ est furti. de pœ. di. j. si propterea. Ergo voluntas emendi spirituale sine opere, etiam habet speciem & rationem simoniæ. Et miror si aliquis doctorũ dicere audet voluntatẽ vendendi spirituale vel ẽmẽdi, improbam non esse, & vacare culpa. ꝙ si culpam admiserit, nulla præter simoniã signabilis videtur. Non obstant quæ ipsi inducũt, cũ hoc solũ probetᷣ ꝙ sine oꝑe exteriori sub-

sequuto traditionis promissionis vel remissiōis nemo incurrat pœna iuris, puta suspensionis &c. vt notant glo. c. quæ inducunt. & hoc certe mea sententia de benignitate apostolica, cam alias possit simoniam mētalem vt hæresim in solo actu interiori pœnis afficere, de quo est glo. notabilis in Clemē. i. de hæreticis, in verbo, eo ipso incurrāt. sed de hoc alias: nec refert an loquamur de prohibito q̃a simoniacum vel simoniaco quia prohibitum: quia voluntas faciendi quod ecclesia prohibet, mala est, & culpam continet quāuis contenta fuerit suis terminis, & non progrediat in op⁹

Distinguo igitur quadruplicem simoniam, mentalem tantum sine opere, mentalem cum opere subsecuto, sine cōuen-
F tione seu pacto, conuentionalem, & quasi conuentionalē. Primo consistit in solo actu voluntatis sine interuentu muneris vel pacti aut conuentionis. Secunda committitur dū munus interuenit: sed sine pacto aut cōuentione. Conuentionalem simoniā dicit Hosti. a nullo doctore descriptā in c. tua. de simonia. & eā describit sic. est spiritualiū vel annexorum p̄cedente pacto conditionis, modi, p̄cii, seruitij, vel cuiuscūq; tēporalitatis receptio vel donatio. pbat per. c. q̄ pio. j. q. ij. c. si quis neq;. j. q. j. c. quæsitum. de re. permu. de pactis. c. fi. de ætat. & quali. tuā. vt ecclesiastica bñ. c. vnico & d. c. tua. de simonia. Quasi cōuentionalis est dū expresse nulla intercedit pactio, tacite tamen paciscuntur. de hoc notant doctores. c. & si quęstiōes. de simonia. vbi Panor. si ordinandus offerat rem modici p̄cij, sed pręcessit petitio, est simonia. inducit ca. ex tuę. eodē titu. Idem notat textū notabiliter dicere q maxime illa tria sunt attendenda. quo innuitur q etiam alia attendi debeant, vt consuetudo capientis. Quid enim si ab ordinando offertur res modici p̄cij, sed ordinator nō consueuit sine precio ordinare? Certe iudicabitur simoniacū: quia attendenda est consuetudo patrisfamilias. c. j. de pignoribus, & l. qui se miscēt. ff. de vsuris. & idem dicit in alijs circunstantijs, ar. l. si seru⁹ pluriū §. fi. ff. de legatis. i. Ex his patet si in spiritualium collatiōe vel acquisitione pactio intercesserit de quacunq; etiā minima re, semper continet labē simonię, imo & eius quę conuentionali, a doctoribus appellatur, nam de rę. permu. c.

quæsitum. dicitur: Cõmutationes prębendarũ de iure fieri nõ possunt, prętertim cum pactione pręmissa, quę circa spiritualia vel annexa spiritualibus labem semper cõtinet simonię. Hinc si pmutantes solum paciscant adinuicẽ seu hoc mõ cõuenerint, tu facies ꝑ posse ꝙ ego habeã bñficiũ tuũ: & ego faciã ꝙ tu habebis meũ: est simonia, scdm Rod. refert & sequit Altẽ. de simonia. q. j. ꝑpter qđ Host. dicit nõ liceret his qui pmutare voluerint, vt tractatũ habeãt. G
Et verũ dicit de tractatu continente cõuentionẽ aliquam seu pactionem: secus si tractando inuicem sua desideria solũ innotescant, & omnia superioris arbitrio dispõnẽda relinquant: vt notant doc. in. c, quæsitũ. Nec põt (vt quidam inaniter opinantur) in spiritualibus quęcũque compositio interuenire de dãdo spirituale ꝑ spirituali, vel tẽporale ꝑ spirituali. Etem res sacrę vt possideant aliquo dato vel retento vel pmisso (dicit textus) credimus habere speciẽ simonię. de transact. c. super eo. pbans ꝑ hoc oẽm trãsactionem in spũalibus illicitã. Quando aũt fit cõpositio vt aliquo dato vel retẽto aut promisso teneat vel acquirat &c. vim habet & speciẽ trãsactionis. Hinc notãter eodẽ text⁹ subditur, Si tamen gratis & amicabiliter inter se litigantes componat, sacris canonibus nequaquã dicimus obuiare. Super quo Ioã. An. Panor. & alij notant cõpositionem aliquo dato vel retento non posse interuenire, sed gratis, exẽplificãt quomõ hoc fieri possit. Si adinuicẽ cõuenerint stare dictamini aliquorũ, qđ illi dixerint esse iuris. Et hoc notent practici q in beneficialibus student partes cõcordare. ¶Circa definitionẽ simonię ꝑprie dictę quę munus re H
quirit habitum vel speratũ aut promissum, occurrunt tria dubia. Primum, an preces fusę ꝑ beneficio inducant simoniam. Secundum, an seruitium honestum ꝑ beneficio impensum. Tertiũ, an metus indignationis aut damni &c. si quis ꝑpterea beneficium confert, censeri debeat simoniacus. ¶Quo ad primum notat Innocen. in capitu. tuam. de æta. & quali. dici posse ꝙ siue pro se siue pro alio quis roget etiam indigno, siue dignitas fuerit, siue simplex bñficium, quãuis peccet fundens preces iniustas, nõ ꝑpter hoc dicit habere beneficium simoniace nisi id faceret intendens

obligari collatori ex precibus, vel eundẽ exonerare ab aliquo seruitio vel debito quo ei tenetur. in talibus enim idem est remittere quod dare, etiam si remittat̃ naturalis obligatio tantũ qua quis obligatus est ad antidora. ar. ff. de calumniatorib⁹. l. ij. & iij. ff. de petitio. hęre. l. sed & si. §. consuluit. de simonia. querelam. Ratio est secundũ eum, quia vt cõmittatur simonia, oportet ꝙ mun⁹ interueniat, j. q. j. sunt nonnulli. Tales autem preces frequenter interponuntur non pro munere, sed pro consilio licet sæpe iniusto vel inhonesto. igitur non est simonia, quãuis sit peccatum, nec tenetur ad resignationẽ taliter ꝓmotus, sed sufficit ꝙ pœnitentiã aliter agat. de simonia. c. fina. Addit etiam, potest collator non sequi preces iniustas, vt hic: & si sequat̃, nec tamen resignare tenetur, nisi ꝓmotor expressisset ꝙ propter preces hoc faciebat, & si pecunia data fuisset: ar. ca. fi. de simonia. Recitatis his dictis Innocẽtij dicit Ioannes Andreę, Hostiensis hanc glos. Innocẽtij per omnia non approbat, dicens quod licet aliqua de pręd ictis non sunt proprie simoniaca, sunt tamen quasi simoniaca. ideo remittit ad summam. §. qualiter simonia cõmittatur. in versiculo, lingua. Ponormitanus dictam opinionem Innocentij approbans, postquam eius dicta aliquantulũ ampliauerit, dicit: Ego credo ꝙ in oĩbus casibus in quibus dicit glo. simoniã cõmitti interuentu precum, ꝙ simonia non est si certum est ꝙ non animo obligandi preces interposuit. si vero certum est quod animo obligandi, est simonia. Si dubiũ est. tunc ꝓ indigno pręsumũtur violentę: & pręsumo ꝙ animo obligandi: & inducunt simoniam. Si ꝓ digno, non pręsumuntur violentę, sed ad excitandũ quod superior faceret: sec⁹. tene in datione etiam ꝓ digno: & est causa, quia tunc adest aliquid ꝓmouenti, sed preces ꝑdit vbi preces interposuit: vt dicitur. j. q. j. quibusdã. Si ꝓ digno ad excludendum magis dignum, licitæ sunt, & posset in dubio ꝓ̃sumi ꝙ animo obligandi: & sic inducent simoniam vbi esset regularis, vel alias beneficiatus. Addit, Quandoq; preces sunt sp̃uales &c. & ꝙ pręd icta ꝓcedunt qñ eo sciente, vel si ignoret, in ei⁹ fauore sunt interpositę: secus si in eius odiũ. c. nobis. de simonia. Et dicũt doctores idẽ esse si ꝓ̃ces apud seruitores

vel collateralem fundantur, ac si apud principalē, per ca. præsentium.j.q.v.sed debile arg.inducunt ꝙ in precum fusione nullum mun⁹ interueniat. Regulariter enim preces audimus vel ob speratā beneuolētiam, vel quia apud nos meruit audiri, vel quia magnipendimus a tali viro rogari, aut quia indignationē veremur, aut certe timem⁹ eius cōtristationem: quomodo Adam simul de pomo vetito manducasse legitur, ne suam cōtristaret sodalem. Sed quolibet horum modorū aut similium munus in precibus quærit, videlicet fauoris, carentię, indignationis, vel mœstitię, aut honoris. dicit enī Philosoph⁹ in simili. c. de fœlicitate. j. Rhetori. ꝙ tam ęris auidi, q̄ ambitiosi cupiunt donari: quia & vtilitatem affert quā auarus amat, & honorem quē ambitiosi appetunt. Quanto magis ad ꝓpositum nr̄m amant hoīes ab alijs rogari, vel si eminēt rogātes, aut vt suę eminentię ęstimationē capiant, dū a cuiuscūq; conditionis hominibus rogantur. Item eo. c. tradūt doctores dare beneficium ꝑpter adulationem, esse simoniacū. Miror aūt quid minus muneris preces q̄ adulatio contineat. Quod dicunt preces ꝓ consilio adhiberi, iam non ꝑpter preces fiet collatio, sed ꝑpter personæ qualitatem, nisi in consilio simul munus q̄rat fauoris aut alterius huiusmodi: & sic ad simoniam fit reditus: nec refert modicitas muneris qđ in precibus cōsistit, qm̄ in furto nihil interest parum aut multum quis capiat, mō inuito dn̄o capiat. xiiij. q. vj. c. fi. nec in gula an vilissimū olus sit in quod gulæ flāma inardescat. xlj. dist. quisquis. Et certe totū in ęstimatione eius qui mouet consistit. Quid enī si ludificatus collator existimet sibi pomum aureum repręsentari vt beneficium cōferat? Aeque simoniacus erit, & ꝓuisio labefactata, ac si verum pomū aureū suscepisset. In oībus enim istis sufficit spirituale non gratis conferri. Hinc verior theologorū sententia videtur (quā & magna in parte secuti sunt iuris doctores ātiqui) si principaliter mouetur fauore precū, vel timore rogātis, quantū ad diuinum iudicium simoniam committit rogatus & etiam rogans si hoc intendit, secundū Thomā Duran. Palude. si autē pro se vel alio curam animarū vel simplex bn̄ficiū petat digno vel indigno, seruit distinctio quo

ad præsumptiones in foro exteriori seu iudicij: sed veritas rei coniectura humana non confundit. Post tamē quis ad preces alicuius conferre alias non collaturus, sine vitio simoniæ: quando preces capit in certum testimoniū veritatis, non dubitans dignum esse pro quo talis rogauerit. sed tūc preces (vt dixi) nō sunt causa ꝓuisionis, nisi forte sine qua non. Cuius simile est: si mihi optio detur e duobus muneribus eligendi quod velim, & astans declarat alterū esse de vnicornu ac preciosius, reliquum de reubarbaro, & quod seruiat choleræ purgandæ: si ego reubarbarū elegero, non est illius causa testimoniū eius qui astat, sed mea affectio, qua scilicet cupio choleræ pugnādæ medicinā. Sic dum preces solum adhibētur in vim consilij (vt ipsi dicunt) vel potius testimonij de idoneitate seu dignitate ꝑsonæ. Si petas an ne cæteris omnibus paribus liceat ad preces cōferre, cū alias non erat collaturus: vana quæstio videtur, cum tunc eius arbitrio relinquatur vtri duorū prouidere velit: quēadmodum cum vni tantū eleemosynā dare valeo, & duo occurrunt æque egentes. Censet tamen Augusti. difficultatem huiusmodi sorte dirimendam esse: primo de doctrina christiana: nisi hoc mouere velis, an ꝓpter munus precū aliqd variare liceat. Et certe dico ꝙ non, imo nec digniori, cum potius simoniace & non gratis cōferret. ¶ De secūdo scilicet seruitio quidam distinguunt qualitatē seruitij, ꝙ ꝓ pro honesto seruitio liceat beneficium conferre, modo sumēs dignus sit: vt tenet glo. in. c. sunt nōnulli. j. q. j. qa Grego. exponēs quid sit munus ab obsequio: est em̄ inquit seruitus indebite impēsa. Sed fallit glossam æquiuocatio termini indebite. non em̄ capit ipsum Greg. vt idem sit quod inhoneste, vel contra debitū, ex genere scilicet opis, vt est ꝓcuratio focariæ &c. sed capit indebite vt idē est quod non ex debito vel obligatione: quia tūc solū venit nomine muneris, vt ibi loquitur. Hic in. c. ordinationes. dicit: Vel obsequio alicui personæ ea intentione impenso. Etiā non describit ibi Greg. munus ab obsequio, sicut nec munus a lingua, sed exemplificat solum. Nam vt postea dicā, qui spiritualia dat vt sua recuperet, simoniā cōmittit. & idē esset vbi seruitiū alias debitū sine beneficij collatione obtinere non

poſſet. Alij dicũt ꝙ licitum eſt dare p̄bendam ſecũdario & minus principaliter pro ſeruitio, dũ principaliter detur ꝓ deo. Huius ſententiæ eſt glo. in. c. cum eſſent. de ſimonia. dicens cuilibet licere vt ſeruiat epiſcopo vel alteri ſpe futuræ remunerationis ſine pactione vel cõditione, dũ principaliter hac intentione nõ ſeruiat, nec epiſcopus ei directe ꝓ ſeruitio ꝓuidere intẽdat: q̄a ſic eſſet mun⁹ ab obſequio. j. q: j. ordinationes. &. c. ſunt nõnulli alias niſi ſperaret ab eo remuneratione, quare ſeruiret ei, cũ ex debito non teneatur: de eodẽ eſt glo. in. c. tua nos. de ſimonia. & ſequunt cõmuniter docto. Idẽ videtur tenuiſſe Tho. xxv. di. iiij. q. v. de ſimonia. ſed pari ratione licitum erit dare præbendã minus principaliter & ſecundario ꝓ pecunia, modo principaliter detur propter deum, & perſonæ dignitatem. verbi gratia do Ioãni p̄bendã ob fructum quẽ per ipſum in cura aīarũ ſpero futurũ, ſed minus principaliter vt in ſua receptione det decẽ renenſium eleemoſynã cõtra manifeſtã ꝓhibitionem. c. ex multis. j. q. iij. Quãuis Panor. dicta opiniõe gl. inceſſerit dictis. c. cũ eſſent. tua nos. de ſimonia. ca. tñ ſi. eo ti. ſemetipſum correxiſſe videtur. dicit enim vt tutius ſeruandũ eſſe ꝙ text⁹ ille ꝓcedat in ſpe ſecũdaria; vt vbi ſpes primaria & principalis fuerit, immineat reſtitutio. Sed certum eſt textum illum loqui de facto culpabili, & pro quo opus ſit pœnitẽtia. Vult ergo implicite & ſecũdario ſpare ſpirituale per temporale ſeruitiũ, vel aliud qđ crimen cõtineat & culpã: etiam ſi intelligat ꝙ licet minus principaliter dare ꝓ ſeruitio tanq̃ pro fine ſub fine: puta vult dare p̄bendam vt remuneret ſeruitiũ; & vult remunerare ſeruitiũ ꝓpter deũ: hic (vt recte dicũt Altiſ. tertia parte. q. quomodo fieri habet ſimonia circa ſpiritualib⁹ annexa, & Archidia. j. q. j. ordinationes) prima volũtas eſt mala. eſt em̃ dare ſpũale pro temporali, & ſic nõ gratis: quare nõ põt referri in deũ. ¶ Dico igitur cũ eis ꝙ nõ licet dare p̄bendã ꝓ ſeruitio etiã honeſto, vt pro cauſa finali, quæ. ſ. ſit ratio conferendi: ſed bene vt pro cauſa excitatiua: ſicut aliquis vadit ad eccleſiã ad ſonitũ cãpanæ: cũ ſonit⁹ ipſe nullo genere ſit cauſa quare vadit ad eccleſiã ſed ſup hora ſignificat qua ſeruitiũ dei inchoãdũ ſit. Aliđ ſimile dat Altiſ. de pa- M

ternitate quæ non est materia dilectionis, sed tamē incitat & ponit gradum ordinis. Sed de hoc alias. Eodē modo ser uitium temporale cæteris parib⁹ facit magis vni ꝓuideri q̄ alteri, & tamē nec est causa primaria nec secūdaria. Si di cas, pari ratione pecunia poterit esse causa incitatiua ad dā dam præbendam, scilicet ad cognoscendū merita pręstan tis obsequium: dico non esse simile: quia queadmodū qui dam sapiens dixit, Curię prælatorū sunt probatoria cleri corum. quibus meritis cognitis pro ipsis dāda est præben da, non pro seruitio. Pecunia autem si daretur, non propter hoc aliquod ei⁹ meritū vel fidelitas innotesceret. Altis. ad mittit ꝙ in casu possit pecunia incitare licite vt detur p̄bē
N da: sicut Mauri. episcopus dedit cuidā clerico præbendam intuitu beneficij tēporalis qđ pater in eius necessitate de derat episcopo. quod intelligo dū datio illa pecuniæ facit ad declarationē vel spē dignitatis, & caret ratiōe muneris ob quod scilicet spirituale detur. Ratio istorum est: oportet spirituale dari gratis. Quod aūt datur ꝓ pecunia vel serui tio vt pro fine minus principali, nō datur gratis, etiā si sit finis sub fine: vt facio picturā pro pecunia min⁹ principa liter, & principaliter vt deus per picturā & in imagine ho noretur. certum est ꝙ hic nō gratis do imaginem, sed reali ter vendo. ergo &c. si etiam pactum aut conuentionē face ret de habendo beneficium post seruitiū, nemo ambigeret simoniam esse. Quid ergo excusare poterit voluntatem eandem quæ solum pacisci cauet ne graui⁹ periculum inci dat: etiam posset pacisci vt ei pro seruitio minus principa liter detur: & in facto Simonis magi (vt recte dicit Arma chan⁹ lib. x. ca. xix.) nullum pactum fuit, pecuniā obtulit, potestatem sibi dari petijt. concludens etiā cum sine pacto fit, a simonia liberū non haberi. ¶ De tertio, videlicet me tu, propterea dubium videtur, quia dum metu cōfert, nul lū munus expectat. in simonia autē de qua nūc loquimur semper est voluntas emendi vel vendēdi. Pręterea mutuū debet gratis fieri. Nam Lucę. vj. dicitur, Mutuū date nihil inde sperātes. sicut quo ad simoniam iubemur gratis dare quę gratis accipimus. Sed pro mutuo licite speram⁹, imo in pactum deducimus rerum nostrarū recuperationem. de

vsuris.c.j.ergo similiter in collatione spiritualiũ pōt quis licite ea cōferre vt temporale assequatur quod suũ est, vt se potius credere dicit Angel⁹ de clauasio in verbo simonia.iij.§.xxxviij.Respōdeo ꝙ simoniaca est omnis spiritualium collatio non gratis facta, contra illud Mat. x. Gratis accepistis,gratis date.Et qui metu facit,nō gratis & liberaliter facit:sed vt pœnam euitet.ij.Rheto.c. de gratia . Si sui causa faciũt,aut fecerint,aut coacti fecerint: gratia nō erit.Itē qui metu dat pecuniam,nō liberaliter sed sui causa dat,& qui ob metum corporis vel dedecoris bellorũ pericula subit,non fortiter agit,iij.Ethic. est ergo simonia cũ metu quis confert beneficiũ.Vnde beat⁹ Tho.xxvij.dist. iiij.q.ij.Carere malo,habet rationem boni.v.Eth.ideo pinde est ac si ꝓpter bonũ aliquod cōsequēdũ beneficiũ det Quod specialiter notat de precib⁹ porrectis ab aliquo potente qui periculum comminatur, & dici solent preces armatæ.idē manifeste asserit Durādus,Cācell.Parisieñ.Bonauentura,& plures alij. ¶ Ad primũ respondeo ꝙ carere malo habet rationem muneris , & facit spirituale collatũ non gratis esse collatũ,dum est causa conferendi.¶ Ad secundum , licet Angelus dubitare potuit an simoniacũ sit conferre beneficium pro re sua temporali recuperāda,beatus Tho.passu statim inducto in solutiōe ad.ij. dicit dubiũ non esse quin simoniam cōmitteret si quis aliqd spirituale debitori suo daret vt quod suum est recuperet. Nec valet simile de vsura.nam satis est ex mutuo nihil sperare alienũ,imo licite dam⁹ mutuum animo exonerandi nos a naturali obligatiōe gratitudinis,quam antidora dicimus. Et licite rogam⁹ nobis mutuum dari,quia in simili necessitate eidē mutuũ dedimus. q̃ omnia a spirituali collatiōe excludi debent,quando eo conferre oportet. O



QVO AD tertiũ principale, an omnis simonia obliget ad restitutionem,distinguo: vel simonia commissa est per mediatorem, puta alium ab electo, ordinato,vel beneficiato: & hoc dupliciter , vel in eius fauorem, aut in dispendium vel odium. Si secundum A iuxta.c.nobis.de simonia.non tenetur renunciare beneficio

vel ordini sic quæsito, quia fictiōe canonis intelligitur via canonica intrasse, nec distinguo ibi an hoc medio prouisio procurata sit, an non. Si in eius fauorem, dupliciter accidit. Vel enim pecunia seu munus aliud dedit causam ꝓuisiōi: & vitiatur prouisio. dic. c. nobis. Vel nō dedit causam, & eo ignorāte data est, & tūc canonica est ꝓuisio: nec tūc resignare tenetur: imo (vt verbis Greg. vtar) nullaten⁹ ei obesse videtur nec ad reatū criminis cuius conscientiam non habuit, nec ad electiōis vel ordinationis cassationē, ad quā alias non per prauam illorum cupiditatem peruenisse docetur. j. q. vj. c. fi. Et vigilanter attende ꝙ aliud est dicere quempiam alias fuisse assecuturum, & aliud illa via assequutum non esse. Cum enim offertur Ioanni vinū gratis, si omnino vrbanitate sua preciū soluere velit licet alias gratis habiturus erat: nunc titulo emptionis habet. & iuxta hoc castigari debet resolutio Gratia. quam dat in. c. filium. quando ordinationes falsæ dijudicantur ob interuentum precum. j. q. j. Vnde si alias decreuerit mihi episcopus conferre beneficium gratis, & ego ei pro beneficio mun⁹ offero si iam animo mutatus propter mun⁹ ꝓuiderit: nulli dubiū, vt ego emi, ita & episcopus vendidit. Sed quid si pecunia electorib⁹ data est vel collatori: an ne oportet beneficium sic quæsitum resignare? dicit glo. c. nobis. veri⁹ esse ꝙ simonia sit commissa, qualiscūꝗ fuerit intentio eligentiū. quā opinionem sequitur Hostieñ. Ioan. And. & Panor. nō em̄ (vt Ioan. And. arguit) videt quomodo constare pōssit de intentione eligentis, cui vt criminoso in suū fauorē deponenti non creditur. & facile qui pro pecunia elegisset, diceret ꝙ alias eūdem elegisset. Nec releuat si pri⁹ dixerit, quia potest interim mutasse opinionem Panorm. aliquāto extensius materiam tangens, dicit: si data fuerit pecunia electoribus, vitiosa est electio: & procedunt rationes Ioā. And. Si tertio, puta si consanguineo vel amico debentium eligere, tunc si pecunia data fuerit per ipsum qui sperabat eligi, omnino vitiat electio, etiā si fuissent ipsum alias electuri, quia pro iure spirituali quærendo nō debet aliquid dari. c. ad aures. de simonia, & quia loc⁹ regiminis ambiētibus negādus est. viij. q. j. in scripturis. Vel data est ꝑ aliū

alteri ab electore vel electoribus, & ꝓcedit.§.vltim⁹.c.fi.j.q.vj. Hanc opinionẽ valde firmare videtur textus in dica.nobis. excipiens solum in ꝓmissione facta electoribus, si in eius dispendiũ factum sit. Sed hæc quo ad forum iudicij, vbi pręsumptionib⁹ agitur, aliquid variare possunt, non quo ad forum conscientię, vbi nudę standum est veritati cõtra quantũlibet vehementissimas pręsumptiões. in quo foro procedit prima opinio tacta per glo. & fuit Goffridi quod non vitiatur electio si ꝓpter hoc ad eũ eligendum nõ sunt moti. Item pono ꝙ ipsemet electoribus dederit vel ꝓmiserit vt eum eligant, & re integra intelligẽs simoniacũ esse, recedit a pacto, vel forsan pecunia restituitur: nullo iure docere potestis hũc ad eligendũ passiue seu vt eligatur factũ inhabilem. quo etiã supposito impetrabilis est medio tempore dispẽsatio. ergo in foro iudicij doceri poterit medio pecunię ad ꝓuisionem peruentum non esse: & sic indistincte intelligo.§.Greg. inductũ. Quando simonia cõmissa non dat causam prouisioni, non vitiatur prouisio. Huius do simile. ꝓmitto Ioãni pecuniam ꝓ beneficio quod alius cõferre habet, videlicet Petr⁹: & ille mihi cõfert gratis: nõ sum ex hoc simoniac⁹ in bñficio cũ effectu vt me afficiãt pœnę irregularitatis & excõicatiõis contra simoniacos in ordine vel bñficio decretę. Nec obstat.d.c.nobis. in eo ꝙ solũ excludit qñ in dispẽdium &c. quia loquit̃ solũ in casu qñ simonia causam dedit ꝓuisioni, cũ.s. per pecunię ꝓmissionem ꝓcurata est electio: & sic nõ tangit casum aliũ qñ pecunia data est, & tñ electio gratis de tali ꝑsona facta est. ¶ Circa ꝓ.dicta aduerte, si mun⁹ datũ B
ꝓmissum vel remissum sit ꝑ electũ, vel eo sciẽte dedit causam electioni: nõ põt ep̃s secum dispensare vt beneficiũ sic q̃sitũ valeat possidere. di.c.nobis.§.vl. secus cũ eo ignorãte: quia tũc ep̃s dispẽsare põt, nisi imineat scandalũ.c. de regularib⁹.& ex isinuatiõe. sic tñ ꝙ ex prima ꝓuisiõe nullũ ius ꝑtendat. Sed qd si eo ꝓhibẽte pecunia data est electoribus: dixit Vincẽti⁹ esse vitiosam electionẽ: q.a.d.c.nobis. solũ excipit̃ qñ in fraudẽ dispẽdiũ eligẽdi &c. Propter qđ a paritate rationis dixit Geffrid⁹ nec cõfirmationẽ sic impetratã iure subsistere, dicẽs textũ in.c. sicut tuis literis. solũ

velle, quia contradicēte electo & prohibente pecunia data fuit, illi neq; ad pœnam neq; ad culpā imputari vt ppterea irritetur electio prius canonice facta. sed nō firmat confirmationem. Cōtra hoc potenter facit quod distinguit ibi textus inter non scientē & contradicentem, dicens paruulos qui cupiditate parētum ecclesias adepti sunt, obligatos ad renunciandum, quāuis eis non scientibus &c. secus esse dū quis expresse phibet: inferens ex hoc nihil ad ei pœnam vel culpā imputari debere &c. quo aperte insinuat confirmationē validā esse, vt illi renunciare non teneantur, qꝫ pro canonica habeatur, ac si in eius dispendium seu fraudē fuerit (vt dicit) per pecuniā procurata: & sic a paritate rationis electio prohibente aliquo per pecuniam pcurata, iure subsistit: & fictiōe iuris canonica reputatur, vt etiā admittit Panor. in. d. c. si petas. si post adeptā prouisionē per pecuniæ pmissionem aut exsolutionem eo prohibente & contradicente, ipse post cōsenserit pmissam soluendo, vel solutā reddēdo. An ex hoc teneatur dimittere beneficium, vel possit eo priuari: dicit Panor. qꝫ sic, coniungendo simoniam primo cōmissam cū eius facto seu peccato post secuto. Mouetur: quia excipit textus, nisi postea cōsenseris pecuniā soluendo pmissam, vel reddēdo solutam: quę exceptio non procederet nisi tunc cedere & renūciare teneretur. Sed fallit eum qꝫ exceptio non fit ab illa parte, non debet imputari ad pœnam, intelligēddo de pœna renunciationis, sed fit a toto copulato: nihil debet tibi ad pœnā vel culpam imputari. Negatio em̄ pręcedens disiunctionē, inducit copulationem, vt Ioannes nō est albus vel niger: sensus est, Ioānes neq; est albus neq; niger. & sic rite fit exceptio:
C qm̄ culpam contrahit post consentiendo in pecunię pmissę, exsolutionem, vel solutę redditionem. non em̄ plus hoc inficere potest præcedentē prouisionem, q̄ si pro beneficio liberaliter mihi collato ego dem mercimoniali animo pecuniā postea. Et sic intelligo glo. in verbo consenseris, qꝫ simoniā non cōmittit, quę ipsam cōfirmationē inficiat: verū tamen simonię crimē admittit si ordinādus ipse vel beneficiādus simoniā cōmisit, vel dedit aut promisit mediatori: puta dedit collaterali ordinatoris, puta alicui principū, vt

est casus in.c.presentiū.j.q.v.vel eius familiari. Et distinguo. Vel em̄ dat vt sibi fores pateāt: quia nihil emit quod causa erit suæ puisionis, nullam simoniam cōmittit. Idem dico si det vt solum personę suę dignitatem aut merita collatori exponat. quo casu idem mihi videtur ac si æger ille triginta & octo annos in infirmitate sua habens q̄ Hierosolymis apud pbaticam piscinam iacuit, hominem conduxisset vt mota aqua per angelū, prius alijs misisset in piscinam: cui nequaq̄ licuisset p miraculo sanationis pecuniā dare. Ita in pposito quando solum vult personę suę qualitatem prelato detegi. sec⁹ si p pecunia velit prelato suasum aut consultū esse vt ei de beneficio puideat: quia tunc p pecunia vult dari causam suę puisioni: & plus q̄rit quā innotescentiam suæ qualitatis aut dignitatis. Hoc notauit Guiliel. ponens differentiā si pecunia det vt fores pateāt, vel vt is q̄ capit, collatori cōsulat aut suadeat: & sequitur, cū pacto vel sine: vt in sequenti mēbro. Si dat vel promittit pecuniam aut aliud mun⁹ collatori, distinguo: vel cum pacto: & quantūlibet exiguū fuerit, siue pro pēsione pro alio expediēda, siue q in genere gratus erit, aut q ea lege remittit naturalem obligationem gratitudinis sibi debitæ, simonia est, & ppter quam beneficium resignare habet, iuxta notata doctorū in.c.tuam.de ætat. & quali. siue etiā pactū fiat q a presente vel ordinatore nunq̄ prouisionem vel beneficiū petat: vt.ca.penult.de simonia. & ca.p tuas. iij. Idem autē reputo si pactum fiat vel insinuatio q sine muneris huiusmodi interuentu beneficiū aut ordinem non conferret, vel ex altera parte munus non cōferret nisi beneficiū &c. Tunc em̄ pacisci omittitur vt lex circunueniatur, & per coesequens quasi pactus in legem cōmittit. l. non dubiū. C. de legibus. & regula certum est, de regulis iuris lib. vj. & quo ad hoc seruit qđ supra dixi de simonia quasi conuentionali, iuxta notata docto. in. d. c. & si q̄stiones. Vel datur sine pacto, affectu tamen & aīo assequendo spirituale p t̄porali, vel econtra. Et certū est simoniā cōmitti quo ad deū. c. tua nos de simonia. vt notant Inno. Hostiēn. & p glo. in. c. vnico de clericis nō resi. li. vj. expssius autē. c. nemo. de simonia. Sed an ad resignationē obli- D

get, dubitāt doctores: & est sentētia dñi Richardi, Armachani de quęstionibus Armeniorum lib. x. c. xxiij. quotiēs peccatum dat causam ꝓuisioni, tenetur homo beneficiū sic quęsitū resignare: puta si ambitione, mendacio, hypocrisi

E vel adulatione bñficiū adeptus est. Probat: quia nemo potest de peccato illo vere pœnitere, nisi beneficium resignet quod mediāte ipso adeptꝰ est. Nec (vt dicit) multitudo ꝑuersorū legē rationis aut euāgelicam potest euitare. Dicit enī Saluator, Qui non intrat per ostiū, sed ascēdit aliūde: fur est & latro. Ioan. x. Sed qui per peccatū ascendit ad beneficiū, ille ascendit aliunde. absit enī vt christianꝰ dicat eū qui mediante peccato intrat, per Christū intrare, q̄ est via veritas & vita: & omne peccatum, tortuositas, falsitas, & mors. Quādo ergo peccatū præcise mouet vt beneficium conferat non alias collaturꝰ: huic nō est alia medicina nisi dimittere beneficium per pct̄m acquisitum. & c. xxv. dicit perinde esse si veniale sit aut mortale, quāq̄ raro ꝓpter veniale tanrū beneficiū cōferatur. Potest exemplificari de veniali, vt de adulatione, de mendacijs iocosis &c. Quidā enī prælatis placent quia artificiose mētiri norūt ad recreationē audientium. Hi enī non intrant per ostiū. Et ne facile eius sentētia contēnatur forsan, quasi more theologorū ex verbo metaphorice dicto cōcludere velint eos veros fures esse in beneficio, induco Gregoriū, qui ordinationes interueniēte precio ꝑcibus vel obsequio alicui ꝑsonę ea intentione impensas falsas diiudicat, dans causam: q̄m q taliter ordinant, non per ostiū id est Christum intrant: sed vt ipsa veritas testat, fures sunt & latrones. j. q. j. ordinationes. & loquit de falsitate ꝓpter quā ordini renūciare oportet, & illū nō exequi quo adt. sꝫ misericorditer cū eo dispēset: vt ibi patet ꝑ Gratia. in sequētibꝰ. ¶ Aliorū sententia est in altero extremo, ꝙ ꝓ nulla simonia mentali etiā cum opere subsecuto, tenetur quis beneficiū resignare vel aliam rem quam adeptus est. hoc tenet Panor. in. ca. tua nos. de simonia. siue sint simoniaca quia ꝓhibita, vel ꝓhibita q̄a simoniaca: ꝓbans ex hoc quia indistincte dicitur. c. fi. quod per solam pœnitentiam sufficit &c. Vbi ergo canon aliter non distinguit, nec nos distinguere debemꝰ. xix. dist. si Ro-

manorum.xxxj.q.j.ꝙ ſi dormierit quanq̄ & ſuā opinionē correxiſſe videatur in ca.fi. Eandem opinionem tenet Ioā. And.d.c.fi. dans rationem diuerſitatis quare in vſura mētali quis tenetur reſtituere.& nō in ſimonia mentali: quia in ſimonia mens vtriuſq; eſt deprauata, & ſic potior eſt cōditio poſſidentis: ſecus in vſura; & per vſuram magis vulneratur bonum charitatis, cum minus lædatur quis gratis mutuando, q̄ gratis donando. Quæ tamen differentię nō omnino quadrant. nam ſimoniace capitur quo alius vexationē redimit. & ita nō vtriuſq; mens deprauata eſt ſemꝑ & iterum in vſura poteſt vtriuſq; mēs deprauata eſſe, puta ſi induco eum non paratum vt ſub vſura mutuet, quando alia via æque facile poſſum mutuū habere: quod tamē mutuantem releuare non poſſet quo min⁹ vſuram ſine pacto acceptam reſtituere teneatur. Et quo ad ſecundū min⁹ grauatur quis dando beneficium, cū ſibi ipſi cōferre aut cōſeruare non poſſit, q̄ certe p̄ſtando mutuum propter ſecuritatem dum apud ipſum manet & pecunia. Inter hæc extrema alij media via incedunt, diſtinguentes quædā ſimoniaca ex ſe, quæ.ſ. diuino iure ſimoniaca iudicanẽ, vt emere vel vendere ſacramenta, ordines &c. & in hac ſimonia mentali dicunt oportere vt fiat reſtitutio, quia diuino iure prohibentur: quemadmodum vſura, quia lucrum eſt iniuſtum, & reſtitutioni obnoxiū. Quædā ſunt ſimoniaca q̄a per eccleſiam prohibita. exemplificat Vincen. & eſt gloſ. in ca. ex parte. de offi. dele. vt ſoluere pactū canonicis poſt receptionem. Hoſtieñ. vero exemplificat vt emere vel vēdere beneficiū. De quo an recte dicat, dicam in ſolutiōe argu. Alij exēplificāt vt emere vel vendere adminiſtrationē eccleſiaſticā, propter id quod Vrba.c. ſaluator.j.q. iij. dicit cōcilium Calcedoneñ. ſexcētorum &.xxx. epiſcoporū ꝓhibuiſſe ne per pecuniā ꝓcurator vel defēſor eccleſię ordinetur, vel regulę eccleſiaſticę ſubiectus: adeo vt interuētores quoq; tanti ſceleris anathematizet: procuratorē (vt Vrba. exponit) intelligens præpoſitum, œconomum, ſeu vice dominum, defenſorem, aduocatum, caſtaldū, iudicē eccleſiaſticę regulæ ſubiectum, archidiaconū, archipreſbyterum, canonicum diaconum, monachum. Hęc tamen emere dicit

glo. finaliter in. d. c. nō eē simoniacū, nisi tales ad ministrationes aliquid spirituali officio connectantur. & hoc certe rationem habet, ex textu. Probans enī Vrba. ꝙ huiusmodi per pecuniā ordinari sit simoniacū, inducit illud Paschasij, Quisquis horum &c. etiam dicit. Calcedoneñ. cōciliū hoc vetuisse. quia simoniacū est. Sed quicquid sit de exemplis, transeo. opinantur isti simoniā mentalē in simoniacis quia prohibita sunt per ecclesiam, non obligare hominē ad restitutionem, per. c. fi. de simonia. Hāc opinionē tenent Inno. & Hostieñ. i. c. tua nos, de simonia. sic̄ r dn̄s Anto. de Butrio. Henri. Boyck in. c. fi. itē Hēricus de Gādauo Quodlibet. vj. q. xxvj. dicēs illud. c. ꝓcedere de loco adepto in monasterio postq̄ quis factus erat monachus: sicut si ratione præpositurę aut similis administrationis locus debeat: dicens secus esse si per pecuniā in monachū recipiat: vt tunc immineat restitutio. Panor. in. c. fi. dicit vel dicendū esse ꝙ in odium vsurarum præceptū est ibi restituere, ne palliamentum fiat in vsuris: vel secūdo ꝙ ꝓcedit in simoniacis quia prohibita: vel tertio cū spe secūdaria datum est aliqd pro spirituali &c. vbi spes primaria & principalis fuerit, ꝙ ibi immineat restitutio: quod dicit tutius esse tenendum: in hoc effectualiter retractās opinionē quā dedit. c. cū essent. ꝙ licet seruienti secundario sperare de beneficio: cū hic dicat pœnitentia opus esse, & sic non licere: & aliam quā dedit. c. tua nos: scilicet ꝙ opus non sit restitutione quando simonia solū mētalis intercesserit.

F ¶ Pro hui⁹ clara decisione præmitto ꝙ aliud est inique acquirere, aliud iniuste. Nā qui fodiēdo dn̄ica die mercedem accipit, acq̄rit inique, & cum peccato, nō tn̄ iniuste: alioquin restituere teneret. Itē clericus mercando vt cęteri mercatores iusti lucrum q̄rit inique, ex quo cōtra ecclesiæ prohibitionem: sed non iniuste. Et contra Hostieñ. deducere soleo, excommunicatus si titulo donationis aliquid accipit, vel si lucratur, peccat cōmunione acceptionis: sed nō obligatur restituere, ex eo. c. quod ipse ꝓ se inducit, videlicet. c. cū sit Iudęis. vbi disponitur ꝙ Iudęus acquisita ex officio quod inter christianos obtinuit, teneatur iuxta dispositionē diœcesani in eleemosynas pauperum erogare: quod textus verbo extensionis

vtens, ad gentiles extẽdit. ergo per locum a speciali, in illis locum non habet, ad quos dinoscit minime extensum: imo nec gentiles complecterentur, si nõ extẽsio facta eēt. Ex hoc infero, si propter peccatum alicui beneficium cõferat: nisi vim muneris obtineat, inique ei cõfertur beneficium, sed nõ iniuste: intelligo quo ad iustitiam commutatiuã: & sic resignare non tenetur. verbi gratia cõsueuerunt p̃lati nostri tẽporis diligere burdosos, quos ipsi curiales vocãt: & temerarios per audaciã, quos viriles appellãt. Qui ob talem conditionem beneficium assequitur, etiam si ex intẽ tione talem se exhibeat, sciens in hoc se gratiã prælati posse promereri: inique beneficium assequitur, sed cõtra iustitiã non tenet. Cuius simile est si nouit sibi bñficiũ propter corporis pulchritudinẽ vel agilitatẽ collatum, aut cõsanguinitatem, vel aliam conditionẽ ad dignitatem personæ impertinentem: peccat p̃latus cõferendo. Vnde Altis. reprobans Cancella. Parisieñ. quia dixit simoniã esse cõferre beneficium propter consanguinitatẽ, eo ꝙ non interuenit ibi munus, addit tamen ꝙ prælatus peccat mortaliter sic cõferens: quia ve ijs qui ędificãt Sion in sanguinibꝰ. Et hoc tribus de causis: quia nimis carnem diligit: secũdo nimis ei diuitias cupit, tertio quia spiritualia cõtẽnit. Similiter dũ p̃latus idoneum præfert magis idoneo cõtra iustitiã distributiuum, quam in spiritualium dispensatione seruare tenetur, inique cõfert: sed collatio iniusta nõ est ab iniustitia quę iustitię cõmutatiuę aduerset, ideo nec sic prouisꝰ tenetur resignare. ¶Secũdo p̃mitto, quicũqꝫ aliquid accipit ꝓ eo q̃d alias gratis facere tenetur, turpiter accipit, & cõtra iustitiam commutatiuam tenet. patet per illud Aug. tractãtis verbum Ioan. Luc. iij. quo militibꝰ rectam viam p̃fixit qua salutem consequi possent. ſ Estote contenti stipendijs vestris &c. Quicũqꝫ (inquit) stipẽdia publice decreta cõsequitur: si amplius quęrit, tanq̃ cõcussor & calũniator Ioãnis sententia condẽnatur. xxiij. q. j. militare. Idẽ patet ꝓ reddenda instrumenta mea, vel id q̃d a me depositũ habes pecuniã acceperis. ff. de condi. ob turp. causam, l. ij. vel si pecuniam cepisti ne mihi iniuriã faceres. eo. ti. l. iiij. vel vt vestimẽta reddas quę tibi vtenda cõmodaui, vel mibi legatũ G

foluas.eo.ti.I.vl.nemo. Nam generalis regula naturę eſt:
H Quodcunq; munus acceperim ob id qđ debeo: reſtituere ſum obligatus. Ex quo patet quã ſint tuti receptores dominorum qui ſoluere differunt quoadusq; munus manus eorum cõtigerit, vel etiam debitores principales q ſoluere nolũt niſi iure cõpellãtur, vel ꝑtim eis remiſſio fiat. Ex hoc infero, Nõ poſitiuo iure eccleſię ſolum, imo naturali iure quiſquis pro ſacramentis, ꝓ beneficijs, pro loco in monaſterio, pro portione cõcedenda ad menſam ſancti ſpiritus, pro receptione ad hoſpitale, pro diſtributione eleemoſynæ quam facit vt executor, vel ſimilib⁹ aliquid acceperit, tenetur acceptum munus reſtituere. Facilis eſt ꝓbatio: quia hæc omnia ad cauſam officij vel ratione ſtipẽdij alias tenemur gratis facere: quemadmodum & reddere depoſitum vel commodatum, aut aliud ſoluere quod indubie tenemur. Ex quo patet ꝙ vſu loquendi doctorũ, qui mun⁹ capit in ſimoniacis quia prohibita: naturali iure, nõ tantũ eccleſiæ, turpiter accipit, & reſtituere tenet: vt de portione ſancti ſpiritus, admiſſione ad hoſpitale &c. Intelligo dum fundatio habet ꝙ pauperibus gratis fiat. Præueniam⁹ em̃ omnem poſitiuam prohibitionem, & de reſtituendo ordinationẽ: nulli dubiũ quin æque tenebantur non accipere, & accepta per viam concuſſionis vel quaſi reſtituere etiã in re mere ſeculari naturaliter. nanq; iniuſtum eſt. Nec releuat in huiuſmodi ſi verbo liberaliter mun⁹ offerat, quãdo conſtat quod mens eſt quod nullatenus darent ſi ſpes eſſet quod ſuum ſine moleſtia conſequi poſſent, & nõ grauius diſpendium ſubirent litigando. Et idem eſt de alijs q̃ ipſis gratis fieri debent, id eſt quod ꝓ ipſis nihil extorqueri debet.
I ¶ His præmiſſis dico ꝙ qui per peccatum beneficium aſſequitur, non propter hoc cedere neceſſe habet: ſec⁹ ſi per quãcunq; mentalem ſimoniam cum opere ſubſequuto. Et prælatus omne munus ſimonia mentali conſequutum reſtituere tenet. Prima pars ſatis probata eſt in deductione primi prçambuli. Secundã præter rationes inductas, probo expreſſa ſentẽtia Greg. in regiſtro. Si qs neq; ſanctis pollẽs morib⁹, vel neq; a clero populoq; vocat⁹, vel pulſatione coacti⁹ impudẽter xp̃i ſacerdotiũ, iam quo-

libet facinore pollut⁹, iiusto cordis amore, vel sordidis precib⁹ oris, siue comitatu, siue manuali seruitio, siue fraudulento munusculo episcopalē seu sacerdotalē, non lucro animarū, sed inanis glorię auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita sua nō sponte reliqrit, eumq͂ insperata mors pœnitentē nō inuenerit: proculdubio in ęternum peribit. j. q. j. si quis neq͂. Et dicitur fraudulentum munusculū, cum dicit se hoc alias ei voluisse dare: vt. c. & si q͂stiones. de simonia. vel quando pars altera dicit se expēsas fecisse, & illas petit: vt exponit Gra. in verbo fraudulento, & doctores. Non est aūt fraudulentū nisi sine pacto fieret, & certe sine insinuatione voti cōferendi ꝓ spirituali. ergo simonia pure mentalis cum opere ta.nen subsecuto iuxta Gregorij sententiā obligat ad restitutionem. Nō potest dici ꝙ Gregorij sententia correcta sit per ca. si. de simonia. moueor ex tribus. Primo quia respondet consultationi. iam dū consultationi respondet, non ius nouū inducit. sed quid iure contineat, explicat: vt est glo. in. c. cōsultationi. de temporibus ordinandorū. ad quam semper remittunt doctores. Secundo quia mandatū est dispensatorium, seu de dispensando: vt s. episcopus dispēsaret cū ijs qui in monasterijs locū aliquo dato adepti erant: vt pręmittit in parte narratiua, & in decisiua dicitur hoc mādatum extendi ad abbates & ad resignationes & spiritualiū & temporalium, quę sine pacto &c. quod si extendit ad resignationes illorū: ergo in illis opus est dispēsatione. Tertio quia mandatū non extenditur ad chimeras. cū ergo in parte decisiua dicatur extendi ad resignationes & temporaliū & spūaliū &c. oportet vt resignationes tēporaliū fiant. Ne aūt cauda capiti repugnet, quod addit, quo casu sufficit delinquentibus per solā pœnitentiā &c. ly solū non ex.ludit resignationes, sed mutationē loci aut ordinis quā ad min⁹ iuxta decretū concilij gñalis fieri oportuit: vt recepti ꝑ simoniā in monasterijs ante cōstitutionē cōcilij gñalis, cū dispēsatione in monasterijs eisdē reciperent de nouo, & sinerentur ꝑmanere. Nec mirū videri debet si renunciare tenet qui ipse simoniā cōmisit licet sine pacto: quādo is quo nesciente per alium cōmissa est simonia apud collateralem epi, ita ꝙ nec episco-

pus simoniacus fuerit conferendo, nec ipse suscipiendo: nihilominus resignare tenetur. j. q. j. presentium Sed dices, saltem in simonia mentali poterit semper episcop⁹ post resignationē dispensare vt spirituale vel tēporale simoniace quęsitū teneatur. Respondeo ꝙ non oportet dum restitutio temporalis recepti fieri habet illi qui dedit: sec⁹ dum solum ecclesię restituendū est: quoniam illo casu libera dispositio apud pontificem residet: & sic cōsueui diuersitatē assignare vsurę mentalis a simonia: quāq̄ (vt statim apparebit) interdū illi qui dederit, refundi oporteat. Hinc Hostien. tacite recedens ab opinione qua dixit in simoniacis quia ꝓhibita sunt, sufficere solam pœnitentiā, dat solutionē aliā titulo de simonia in summa. §. quid sit simonia. vel (inquit) dici pōt ꝙ ideo aliud est in cap. fi. (intellige ab vsura mētali) vt nō restituatur ei qui dedit, quia monachus nihil habere ꝓprium potest. Vnde quantūcunq̄ restitueretur ei preciū, monasterio maneret. supra de sta monach. ca. cū ad monasterium. Sed ei qui dedit pecuniam vsurario, restitueretur: quia ꝓprium habet. Innuens textum solum procedere quando is cui alias restituendū veniret, incapax est ꝓprietatis vt ei restituatur. ¶ Ad argumentū pro opinione Armachani inductum respōdeo primo. Aliud est promoueri propter peccatum, vel mediante ipso: aliud ascendere per ipsum. Nam ascendere notat proprium hominis motū, vt videlicet curet via alia intrare seu ꝓmoueri. Supposito tamen quod promouendus per peccatum intendat gratificari, & sic beneficiū consequi: licet tunc ꝑ ostiū nō intret, sed aliūde ascendat, non est tamē fur per occupationem alicuius contra iustitiā cōmutatiuā, puta inuito dño, nisi peccatum offerat vt munus, quod prælatus vt aliquid sui capiat: sicut in adulatione, cū sciam pręlato mundos & agiles placere, vel eos qui de certa sunt progenie aut patria: ego mundum me exhibens aut agilem aut de patria vel progenie huiusmodi, illi gratū me mentiens, non propter hoc resignare teneor beneficium sic quæsitum, quāuis larga significatione vocabuli per metaphoram fur dici possum ꝓpter modū q̄rēdi indebitū. Ex hoc soluo breuiter textum. d. c. ordinationes, ꝙ verbum Saluatoris, Qui nō

intrat per oſtium, intelligitur de aſcendente contra iuſtitiã commutatiuam, & ꝙ fur ille eſt & latro per occupationẽ alicuius inuito domino, & non ſolum per iniquum modũ acquirendi. Armachanus autem exiſtimauit, quicũꝗ non intrat per oſtium, aſcendens ꝑ peccatũ ſiue iniquitatem in quęrendo, ſiue per iniuſtitiã in habendo & poſſidendo ſeu ſeruãdo, ꝙ ęque fur eſſet & latro, vt reſignare teneretur: quod minime verũ eſſe videtur. ℂObijciet fortaſſe aliqs ꝙ in ſimonia mẽtali reſtituere non oporteat ꝑcepta: quia Giezi nõ eſt coact⁹ reſtituere veſtes mutatorias duplices, & talẽta argenti quæ ꝑ cura ſanationis miraculoſę a Naamam Syro quęſiuit: vt patet. iiij. Regũ. v. dixit nãꝗ Helizeus Giezi, Nunc accepiſti argentum. veſtes &c. ſed lepra Naaman adhęrebit tibi &c. Item ſine actione licet datum ſeruare, imo & dare: vt vult Ioan. And. c. Iacobus. de ſimoni⁊, dicens verbũ. c. eos. j. q. j. dare eſt quãdocũꝗ dare, ſiue ante ſiue poſt: ſolum procedere quando intercedit pactio. & idem dicit glo. in. c. ꝗ pio. j. q. ij. ℂReſpõdeo ad primũ, multiplici iure tenebatur Giezi reſtituere: tũ quia fraude ac dolo a Naamã extorſerat. Secũdo quia non ſibi ſed Helizeo dederat. Nec explicat Helizeus illum ad reſtitutionem non teneri, ſed tacite ei donaſſe videtur: quia cõmemorat illa ipſum accepiſſe, prędicens pœnam diuini iudicij, quãuis non ſit efficax argumentũ quod donauerit. N
ℂAd ſecundum dico, animo remunerandi in ſignũ gratitudinis licet dare illi qui contulit ſpũalia: vt notat Arch. in ſumma. j. q. j. & dominus Armachanus in. x. lib. c. xxj. circa finẽ. Secus quando datur pro ſpirituali collato. tunc enĩ idem eſt ſiue ante ſiue poſt detur. nec Ioan. And. & glo. c. quam pio. bene dicunt: quia. ca. eos. ꝓbat ſimoniacum eſſe quandocũꝗ detur ſiue ante ſiue poſt, exemplis ſacrę ſcripturę ex. iij. & iiij. Reg. cũ tamen ibi pacta non legantur: vt patet de Giezi in textu nũc allegato. ideo glo. in verbo ſubſidij. d. c. ꝗ pio. corrigens priorem quæ in arg. adducta eſt ſuꝑ verbo poſtmodum, ſubſidij inquit vel honoris cauſa: vt infra. xj q. ij. ex multis. & ff. mandati. ſi remunerãdi. Et certe hoc caſu idem eſſet ante vel poſt: ſed hoc fit propter prꝗſumptionem vitandam, & hoc ſoluit contrarium

p suppositũ eadem cã.q j.eos ¶Si quęras cui pecunia simoniace acquisita venit restituenda: distinguo, vel pecunia data est in odium seu dispendium eligendi, & est restituenda non illi q dedit, sed ei in cuius odiũ data fuit, ar.ff.de calũniatoribus.l.iij.§.vlti.vbi daẽ repetitio pecunię datę vt calumnia fiat, non danti, sed ei contra quẽ calumniã procurare volebat, & arg.C.de repudijs, authẽtica. hodie. vbi pœna illius qui falso nunciat mulieri maritum mortuum, applicatur marito cuius mors nũciata fuit. Vel pecunia data est in fauorem eius qui spirituale adipiscitur: siue per aliũ data fuerit, siue ipsemet dederit. Et subdistinguo: vel data est pecunia in vim vexatiõis redimẽdæ, puta illo casu quo spũale spiritualiter sibi debebatur, & alia via assequi non potuit sine grauiori dispendio: & tũc venit restituẽda danti. Alius enim turpiter cepit, ipse vexationẽ redimens licite dedit, & ita condicere potest.ff.de condi.ob tur.causam, per totum. Vel data est pecunia illo casu quo p spũalia dare nõ licu t, puta dedit sex solidos archidiacono vt eum ad ordines pręsenta.c.ex tuæ. de simonia. vel vt eum in monasterio reciperet. Et voluit Alanus ꝙ semper pecunia venit ecclesię restituenda in cuius ignominiã data fuit. & ad c.veniens, vbi pecunia monacho restituta fuit quã pro receptione dederat, dicit actum fuisse de misericordia, sed de iure fieri non debere. Gl. autẽ in.c.de hoc.eo ti.dicit vtrũque esse ius commune, & ꝙ pecunia indigne a monachis recepta debet restitui danti: secus si ecclesię seculari Panor. post Hostien. & dominum Anto. satis ęque sic distinguit, vel dedit pecuniã ecclesię seculari, vel regulari. Primo casu si ille qui dedit pecuniã, non habet vnde viuat, restituetur ei: arg.ca.veniens. si habet vnde viuat, tunc vel oẽs de ecclesia deliquerũt, & debẽt eijci: quib⁹ eiectis pecunia ecclesię applicari debet ꝙ si non eijcerenẽ: ne pecunia criminosis applicetur, debet applicari fisco principis, scilicet papæ scd̃m Hostien. qui distribuat in pias causas. Nã turpia lucra a fisco extorquentur.l.fiscus.ff.de iure fisci. Si vero solus prælatus vel particularis de ecclesia simoniã cõmisit, ille solus punietur: & applicabitur pecunia ecclesię in cui⁹ ignominiam data est &c. Si in ecclesia regulari, iterum di-

ſtinguit, vel omnes de eccleſia deliquerunt, & datur pecu nia illi qui dedit vt intret ſecundum monaſteriũ.c. veniẽs. Si vero particularis de eccleſia deliquit: tũc ne delictũ ſuũ noceat eccleſiæ, tenetur dare pecuniã ſecundo monaſterio quo advſum fructum tantum: & mortuo ingreſſo redibit ad primum monaſterium. & ſic dicit poſſe intelligi finem gloſſę, dicit ſic de hoc, vt limitat.c.veniẽs. Sed hęc differen tia de ſeculari an habeat vnde ſuſtentetur vel nõ, nõ videt̃ iure fundata. Dignum nanq; eſt vt male meriti egeſtate la borent. Si ergo propter ſimoniam ꝓprietatem rei amiſerit non videtur quare eccleſia reſtituere ſibi debeat, maxime cum in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſiden tis, vt dicit regula, in pari. de reg.iu.lib.vj.cũ ſimilib⁹. & ipſe poſſidens nullatenus poteſt tenere. quomodo ergo is qui donauit? Ideo aliter diſtinguo, vel inductus per alios, & exactione quodammodo coact⁹ dedit pecuniam poſtq̃ gratis ad ſpiritualia admitti petiuit: & debet pecunia reſti tui ſibi: vt eſt caſus in.c.veniẽs. Nec diſtinguit ibi text⁹ an aliquid habet vnde ſuſtentetur, vel non. Poteſt enim me dio tempore a ſede apoſtolica habitari, & prouiſione eccle ſiæ cauſam adipiſci: nec debemus nos diſtinguere: cũ text⁹ ibi non diſtinguat. Tunc enim non eſt par cauſa turpitudi nis hincinde, ſed maior apud procurantes fieri ſimoniam: nec obſtat ſi per fiſcum pecunia excuti poſſit: quia ſolũ hoc eſt in pœnam. & ad pœnæ exolutionem non tenemur in fo ro conſcientię ante condemnationem, vel ſaltem ſentẽtiã declarãtem qualitatem criminis pro qua in pœnam incidi mus, de quo in.c.fraternitas.xij.q.ij. & in ca. cum ſecũdũ leges.de hæreticis lib.vj. Vel nõ ſolum dedit pecuniã, ſed originalem cauſam ſimoniæ committendę, & tunc pecu nia eccleſię in cuius ignominiam data fuit, applicanda eſt, ſic tamen ꝙ in commoditatẽ nõ redũdet criminoſorũ, pu ta vel ad luminare nõ cõſuetũ, aut ædificiũ aliqđ ſeruiẽs pro pietate: aut reformatione morũ: etiã ſi oẽs deliquerĩt. ſic ꝓcedit.c.de hoc. vbi quidam promiſit archidiacono be neficiũ. pręter hoc regi & principib⁹ pecuniã dedit vt eius electiõi p̃ſtarent aſſenſum, qđ intelligitur ſpõte, nõ ꝑ eos inductus feciſſe. Et ad hoc ſeruit.c. ſi quis rapuerit. xxvij.

q.j.vbi bona ei⁹ q̃ rapuerit,solicitauerit, vel corruperit dia conissam vel monachã nõ applicant loco quẽ mulier religiosa inhabitat. Sed quid si p̃misit pecuniam pro spirituali quod iam adeptus est,an tenetur illã ecclesiæ dare? Secundo quid si dedit prælato domũ vel agrũ pro beneficio, sed nõdum tradidit, neq̃ legis operas fecit,an possessionẽ illam a se abdicare tenetur?In huiusmodi,q̃a pœnalia sunt magis placet mitior sententia q̃ tradere non tenetur: quãquam forsan in vim pœnæ p̃ fiscum possit extorqueri. cui⁹ simile est si promisi Ioanni pecuniam vt Petro calũniã faceret,sed nondum dedi. ¶ Ad argumẽta in principio quæstionis adducta respõdeo. Ad primũ de emptione regni cælestis:licet Greg. de Arimeno dicat nõ licere vt quis diligat deum propter quodcũq̃ aliud a se.i.sententiarũ dist. j.q.ij.ar.iij.Augu.tamen.xxj.de ciui.dei.c.vj. dicit oẽs rectas voluntates referri ad finem illius voluntatis qua volumus beate viuere,& ad eam vitam peruenire quę non referatur ad aliũ,sed amãti p̃ seipsam sufficiat. Et Ezaias inuitat omnes sitientes vt veniant ad aquas: Venite inq̃t, & emite absq̃ argento,& absq̃ vlla commutatione.cap.
R lv.& de eodẽ est clara sententia Amb.distinguentis mercenarios deo placentes ab ingratis passu allegato. Ideo ad argumentum dico q̃ licet regnum celorum spirituali seruitio emere,sed a vero domino, puta omniũ creatore deo. Spiritualia autem emi aut vendi vetitum est a dispẽsatoribus,quibus præceptum est gratis dare. Huius simile est: qui commisit dispensatori dare vestes pauperibus vel familiaribus,non potest pro illo dispẽsator quicquã capere, vtiq̃ tamen verus dominus. Vnde peccare nõ videtur qui deo promittit bouẽ vel vaccã si ipsum ab aliqua ægritudine liberauerit,vel seruauerit a periculo, etiam vt miraculose fiat,& via humana possibile nõ videtur;vel dare pauperibus eleemosynã vt de⁹ cor suum illustret, & ad recte agendũ inflammet. In huiusmodi aũt etsi emptio regni cælestis dici forsan posset rationem cõtract⁹ non habere, sed vim meriti:donatio tamen temporalitatis absq̃ dubio est contractus non mere gratuitus, quando sub conditione (vt p̃mittitur)facta est deo, Armachanus distinguit dupli-

cem emptionem spiritualiū, bonū ac piam, aliam iniquam & detestabilē. ¶ Sed pertinēs ac cōgruum videt̃ ꝓ huius clariore intellectu notare aliquas veritates. ¶ Prima. Voluntas celebrandi, preces fundendi, aut aliđ opꝰ bonū faciendi pro fine temporali, nullā videtur culpam continere. Nam in canone legimus, Pro quibꝰ tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis ꝓ se suisq; omnibus, ꝓ redēptione animarū, pro spe salutis, & incolumitatis suæ &c. Vbi manifestum est missæ sacrificiū pro spe incolumitatis vel pro sperata incolumitate offerri. Idē patet de oratione, de ieiunio, & alijs quæ ecclesia inducere consueuit ꝓ peste [illegible]danda, aut pace vel serenitate consequenda: ¶ Secunda, Volūtas non faciendi tale opꝰ bonum nisi propter spem incolumitatis, vel liberatiōis a periculo, aut nō faciēdi tale opus quando speraret alia via humanitus posse cōsequi intentum, nullam culpā cōtinet, si alias opus ipsum non debetur. Patet, sine causa licet opus consilijnolle facere. xiiij. q. j. duobꝰ. c. finalibꝰ. ergo & licet nolle facere sub conditione si non speretur finis propter quem facturi essemus, aut si finem alia via consequi possemus. ¶ Tertia veritas, Voluntas seruandi mandata ꝓpter beatitudinis gloriam, sancta est & inculpata. sed culpabilis est volūtas seruandi mandata pro temporali prosperitate, liberatione a pœna, & sic de alijs. Prima pars patet: quia beatitudo est finis totius vitæ nostrę, in quem cætera oīa bona licite ordinamus. Secunda pars patet (intelligo ꝓ illis vt fine principali) quia nihil talium aut debet aut potest principaliter intendi in obseruatione mandati, cum haberi debeāt nō ꝓ quærendis, sed pro adijciendis in seruitute quā deo debemus. Mat. vj. Hęc omnia gentes inquirunt. Primum ergo quærite regnū dei, & iustitiam eius: & hęc oīa adijcient̃ vobis. ¶ Quarta. Voluntas non seruandi mandata dei si præmium gloriæ subduceretur: similiter voluntas transgrediendi mandata dei si nulla statueretur a deo pœna: culpam continet, & est peccatum. Patet ex regula iuris, Qui ex timore facit præceptum, aliter q̃ debet facit. & per cōsequens nō facit. de re iur. in antiquis. & inimicus iustitię est qui pœnę timore non peccat: amicus vero qui eiꝰ amore

nõ peccat.di.xxxvj.iii.circa finem. item Voluntas furandi si posset impune,furtum est: & voluntas concumbẽdi cũ non sua si opportunitas daretur,fornicatio est. de pœnitentia.dist.j.si ꝓpterea.&c.si cui. ¶Quinto veritas,Expletio mandati propter æternam beatitudinem vt finem principalem,licita est;sed culpabilis est si propter eãdem fiat vt ꝓpter causam sine qua nõ,ita videlicet qꝺ sine illa sperata facere nollet. Patet manifeste,quia tenemur deo hãc seruitutem,vt si nec p̃mia vitę ęternę:nec pœnas cõstituisset, æque pareremus mandatis eius. ¶Sexta, Licet mandata explere in spe temporalis prosperitatis, euasiõis periculi, & sic de alijs;quãuis nõ pro spe intelligo secundã partẽ vt pro fine principali,vel sine quo non.tunc ẽm peccatũ continet pro illo &c.Prima pars patet per illud Esaiæ.j.Si me audieritis, bona terrę comedetis &cæ. & similis veritas potest poni de euasione vel potius immunitate a pœna cõminata.Eodẽ.c.Esaiæ, Quod si nolueritis,& me ad iracundiam prouocaueritis,deuorabit vos gladi⁹. ¶Septima

T veritas,Ex his patet quod actus boni & meritorij põt aliquod temporale esse finis principalis,& sine quo non: vt patet de precibus deo fusis,de missa celebrata ꝓ pestis cessatione,ne bellum grassetur in populum. Sed verum est ꝙ non potest esse finis principalis aut sine quo non toti⁹ humanæ vitæ. Quomodo aũt cum hoc stet verbum saluatoris,Faciens propter gloriam, ab hominibus recepit mercedem suã. & Philosoph.iij. Ethico. Qui ob metũ pœnę vel dedecoris p̃iculo belli se exponit,nõ fortiter agit:discutiẽdum seruo in aliud temp⁹. Quod etiã dicit Ber. Non sine præmio diligitur deus &c.quidã exponũt,sine præmij intuitu diligend⁹ est.i. diligibilis seu nat⁹ diligi. vel exponitẽ sine præmij intuitu diligendus vt finis sine quo non, alias

V ipsum non diligeremus currẽte p̃cepto diligẽdi. Et aduerte ꝙ aliud est allectum præmio explere pręceptum alias non facturum;aliud facere pro præmio vt fine iuncta volũtate nõ faciendi nisi sub dicto p̃mio. Nã in primo est quasi dispositio subiecti sine qua causa efficiẽs nõ exiret in opus volendi:sicut Ioãnes nisi vino hilarior factus non donaret: vel nisi corpe robust⁹ pro quatuor stuferis Mechliniã nõ

iret. In altero fit actus elicitio ꝑ illo vt fine, & quo exclusō non eliceret: ac si de quatuor stuferis duo detrahant, quantumcūq; robustus est, nollet pro duobus Mechliniam ire. Hoc ꝑ scrupulosis dixerim, qui se timent nō seruare mandata quando diuinis promissis allecti seruant, & ei⁹ se infirmitatis esse putāt φ sine hoc fomēto verisimiliter a biga mādatorū deciderent. Præstitutio enim finis est libertatis sic vel aliter facere nolle. Moueri autē ac trahi, voluptate tangi & cōplacentia nostrę facultatis, non est nisi per accidens & mediate: quomodo etiā cognitio & scientia actualis nostro arbitrio subesse dinoscuntur. ¶ Ad secundū principale dico solutionem datā veram esse & optimam; quia .s. pro obligatiōe ad seruitutem matrimonij licet pecuniā dare: sed non ꝑ ipso sacramento. Et cū obijcitur illud Paschasij: Quisquis horū alterū. &c. dico vt pri⁹ φ hęc obligatio seruitutis non datur propter sacramentū vt causam cui connexa est, & ꝑ qua & mediante qua obligatio solū dari haberet. Iam Paschasius loquitur vbi vnū puta beneficiū sic alteri videlicet officio cōnectitur, non in alijs. Miles enim laborem quem subit exponendo vitā periculo ꝑ republica, licite vendit certo stipendio: nullatenus aūt hoc exponere vitam periculo. & quemadmodū istud argumētum ab omnibus in cōmuni soluendum venit, attēdere debent φ eadem solutio recte applicari potest venditioni laboris in ministerio sacramentorū. ¶ Ad primā confirmationem, nec ante nec post licet quicq̄ pro sacramentis accipere, sed pro labore, vel (vt alijs placet) in stipēdium vitæ licite datur ministranti, & ꝑ eo accipitur: & sic consuetudine obligari possunt vt certum quid soluere teneant̄ post suscepta sacramenta, non tamē ꝑ ipsis sacramētis. Quomodo autem in illis possit induci cōsuetudo obligans, cum in his quę sunt merę facultatis seu in gratuitis p̄scribi nō potest: dicit domin⁹ Anto. in. c. suam. de simonia. post glo. φ consuetudo induci potest vt detur aliqd pro labore, nō ꝑ sacramēto. Panor. ibidē: patet φ in his q̄ alias sunt merę facultatis: dū causa subest, si nō exactione ministrorū, seu aīo & intentione obligādi ꝑ subditos fiat, inducit̄ consuetudo ligās. secus vbi exactio ministrorū mori seu aīo offe- X

rēdi & quo ad quātitatem obligati causam dederit. ¶ Ad secundam dico, nō capitur hic stipendium ꝓ missa, sed pro operis ministerio & labore, etiam ꝓ recōpensatione damnorum quę sustinet diuinis ministrandis inhęrēdo. intellige de damnis etiam lucri cessantis: quæ & testis deducere posset: per quod Panor. d. c. suā. voluit glo. c. pręcipim⁹. limitari debere. xxj. q. ij. sed meo iudicio ꝓ additione potius haberi debet, vt scilicet ꝓpter operas locatas interesse dāni deduci possit. Vel dico ꝙ temporalia celebraturus missam suscipit non pro missa, sed in stipendium vitæ: quēadmodum depositur⁹ veritatem testimonij, si euocetur ad alienas terras: capit victum, sed nihil pro depositione veritatis. Nec sibi formidare debet sacerdos ꝙ in huiusmodi plus iusto pro labore aut in stipendiū vitę accepturus sit quando sponte & liberaliter a christifidelibus vel dispositiōe superioris ad hoc requiritur: secus vbi ad pietatē requisitus pro ęgroto vel simili causa nollet celebrare nisi pro nobili. tunc enim quod plus iusto exegerit, ꝓ missa & ꝓ spirituali officio exegisse censetur. Ex hoc satis apparet ꝙ pacta sacerdotum super operarū locatione, vel stipendij susceptione, non statim iudicanda sint simoniacam continere prauitatem. ¶ Ad tertiā cōfirmationem dicit beatus Tho. xxv. dist. iiij. & secūda secundę. q. c. ar. ij. in solutiōe ad primū, ꝙ non licet dare pecuniam pro baptismo, quāuis alias baptizari non posset: quia nō sunt facienda mala vt inde eueniant bona. posset tamē quis a sacerdote aquā emere, quæ est purū corporale elementū. Sequitur Tho. palude. xxv. dist. iiij. q. viij. Idem tenet Alexan. de hales. ii. parte. q̄stio. clxxxvii. membro. iij. ar. j. §. j. dicens ꝙ aqua emi potest si aliter haberi non pōt: sed ꝓ baptismo non licet: quia vitatio simoniacę prauitatis est maxime necessitatis. Glo. in. c. baptizandis. j. q. j. tenet ꝙ in hoc casu potius permittatur mori sine baptismo: arg. hic: & ifra. c. placuit. subdēs, Ego tamen potius darem pecuniam q̄ dimitterem eum sic mori, licet non deberē sic facere. quo. c. Archidiac. sequi videtur Tho. & glo. Altissiod. q. iij. de simonia. iij. ꝑte summæ suæ dicit ꝙ illo casu mulieres possunt paruulū baptizare. sed si non habent aquam: licet eis pecuniā dare sacerdoti,

non pro baptiſmo,ſed pro remouenda furia ſiue obſtaculo quo minus habeant quod puero debetur. Item Richardus xxv.di.iiij.ar.iij.queſt.j.recitata primũ opinione,ſi ponatur caſus ꝙ morieť ſine baptiſmo, aut ꝙ ſacerdoti deť pecunia ꝓ ſacramento,magis quis debet eligere primum q̃ ſecundũ,propter verbum apoſtoli, Nõ ſunt facienda mala &c. Addit: Aliqui tamẽ dicũt ꝙ iſto caſu poſſit dari pecunia,ita ꝙ dans nõ intenderet eam dare pro ſacramento ſed ꝓ vitanda dãnatione pueri, & ad remouendam inſaniam ſacerdotis.ſecus de alijs ſacramentis,quę ſine periculo damnationis ex cauſa poſſunt differri,Idem tenet Gerſon doctor egregius tractatu quẽ in concilio Baſilieñ. edidit de ſimonia ad ſextam rationem : ꝙ vbi preſbyter nollet baptizare puerum in articulo mortis conſtitutum niſi pecunia pręaccepta,nec apparet alius potens aut ſciẽs baptizare ꝑpter defectum aquę aut inunctionis,parẽtes pueri dare poſſunt pecuniam nõ quidem intentione emendi baptiſma,ſed redimendi vexationem ſuam, & puero prouidere:neq; per hoc dicendi ſunt conſentire peccato ſimoniæ huius curati:ſicut in certis caſib⁹ licet capere ad vſuram ab illo cui nullo modo licet dare. Idẽ tenet Panor.in.c. cum in eccleſię corpore.vbi recitata opinione dicẽtium ꝙ infans potius dimittendus eſt ſine baptiſmo decedere : quia non debet quis peccare vt infans ſalueť. xiiij.diſt.q̃d ait. & ibi glo.&.xlvj.diſt.ſicut. & alia opinione ꝙ potius danda eſt pecunia priuſquam ſinatur puer ſine baptiſmo decedere: putarẽ dicit ꝙ hoc caſu quando non reperitur alius ſciens baptizare , ꝙ licite datur pecunia,quãuis illicite recipiať: quia iſte ductus neceſſitate donat, non vt emat ſpirituale, ſed potius vt tollat impedimentũ illicite pręſtitum huic ſacramento:ſicut in ſimili dicim⁹ de recipiente ad vſuram vt ſi voluntarie hoc faciat inducendo alium ad vſuram committendã,peccet:ſecus ſi hoc faciat ex neceſſitate: vt notatur in.c.ſuper eo,de vſuris. ¶ In hoc articulo cõſiſtit difficultas,an dans pecuniam ſacerdoti non volenti baptizare niſi ꝓ pecunia,propter hoc cenſeatur baptiſma vel alium ſpũalẽ actũ,vt baptizare,emere:eo caſu quo alius haberi non poteſt qui baptizare ſciat vel poſſit, ſi enim ſacerdos

solum quęrat pecuniam, vndecunq; vel pro quocunq; habeat, certum est licet ei donare, vt satiato appetitu per eā, desinat per tam sinistra media quęrere. ¶ Pro huius igitur

A solutiōe dico primo, si malitiose nollet baptizare nisi prius obtineat pecuniā, & tamen nollet pro precio baptizare. licite datur ei pecunia: sed ipse capiens tutus nō est, & restituere tenetur. Secundo si nollet baptizare nisi pecunia pro baptismo detur, adhuc licet ei pecuniā dare vt animū mutet, & nolit quodcūque sacramentum simoniace cōferre. Sed tenetur ipse restituere ex quo capit ob turpē causam: quemadmodum si pecuniam ceperit vt mihi calumniā faciat. & ipse simoniacus habetur: vt dicetur postea. Nec censetur dans pecuniam consentire in peccatum, quamuis pecunia eum inclinet vt alias debitum faciat: quemadmodū nec ille qui nolentem reddere depositum, pecunia ad hoc conducit: & ideo non leuiter ex cooperatione ad actū culpę inferre debemus consensum. Sed de hoc circa decimum principale. Tertio si explicet se non ob illam causam pecuniam velle capere, sed solum pro baptismate ministrando: dico q licet ei dare pecuniā, sed non ad suam intentionem, puta volendo emere quod ipse intendit vēdere. cum enim peccatū perficiatur interiore actu voluntatis: nihilominus

B peccat ipse si nec baptizet, nec pecuniam recipiat, quam si ipso facto pro accepta pecunia baptizaret. Actus enim exterior culpam non auget, nisi intensiorem reddiderit voluntatis actum interiorem. Quod verisimiliter in proposito futurum non videtur. Et certe si sua malitia ex medio per nos adhibito intendēda foret, non propterea obligati videmur abstinere: vt patet in exemplo si nollet depositum reddere nisi pro pecunia & acceptione pecuniæ &c. & quia ęqualis fructus ex ope operato baptismi paruulo obueniet siue simoniace traditum fuerit baptisma siue non: & baptizāti hoc tertio casu nullū animę detrimentum ex pecuniæ acceptione contingit: omnino licitum est hoc casu pecuniam dare, ne paruulus sine baptismate decedens dānetur: modo dans pecuniam non velit neq; intēdat spirituale emere, sed solum eius malitię per donum occurrere quo minus alteri detrimento fiat. & idē videtur de adulto per se. Et cir-

ca hoc nota, si potest tenetur hoc modo baptisma sumere, C
vel paruulo procurare. tenetur enim quantum licite pot. C
sibi & etiam alteri ianuam salutis procurare, quæ est baptisma. & ergo occurrit hic probleuma vtriusque partiū contradictionis verū sit in obligatione. Theorica aūt iurisperitorū est ꝙ pro spirituali quęrendo nunquam licitum est pecuniam dare: secus pro redimenda vexatione in iure spirituali quęsito: quā cōmūiter tradūt. de simonia; c. dilect⁹ j. procedit de spirituali nulliter quęrendo per interuentū pecunię, vt est prouisio ad beneficiū, p̄sentatio, collatio, cōfirmatio. & huiusmodi in illis enim licet pręsentans tātū conferens aut confirmans pro pecunia facit, prouisio simoniaca est, & sic nulliter facta. Qui ergo in illis pecuniam dederit, non potest censeri vexationē redimere, cum ex pecunię datione seu post pecuniam datam nihil vtilitatis sequtur. ideo præsumitur simoniam alteri⁹ pecunia fouere potius ꝙ malitiæ occurrere, vel eam mitigando remittere. In baptismo aūt & sacramento pœnitentiæ fructus spiritualis q̄ritur, & ęque p̄ueuit siue sacerdos simoniace cōfert, aut recte. Si de sacro ordine petas: respōdeo (quia exequutio suspenditur quamuis per solū ordinantem simonia cōmittatur) pecuniam pro ordine suscipiendo dari nō debere. D
Sed pone, is qui solus nouit aut potest baptizare: in odiū baptizandi aut parentū recusat ministrare baptismū. an liceret illum pecunia inducere vt baptizet? Et certe maior difficultas apparet, quia paratus nō est simoniace ministrare. si autem allectus pecunia ministret, p̄culdubio simoniā committit. Vt autem fortius stringat, ponatur paratus p̄ iusto ac rationabili precio quęcūque laborem facere, sed non ministrare inimico vel eius proli salutis remediū: nisi magna pecunia conducatur. Respōdeo: sicut liceret sacerdotē illum comminatione pœnæ inducere vt baptizet: alioquin ipsum atrociter puniri per superiorem procurabimus, tanquam animę necatorem: ita similiter & precibus, vt si p̄pter deum non velit, propter intercessorum rogatū & p̄ces faciat: ita pecunia inducere eundem alias non facturū. Et miror cum beatus Thom. & cęteri doctores omnes de comminatione pœnæ non dubitent (quo tamen secundum

eosdem simoniace confert sacrū baptisma) q̄d eos moueat dicere pecuniæ interuentum nō licere: Nec obstat ꝙ indu cetur simoniace conferre alias ad hoc non paratus: qa alias enormius esset excessurus adimendo paruulo salutem: & ita vtilitas tam eius q̄ paruuli per dantem pecuniam agit. Quis enim dubitet si Ioannes furat⁹ est a me medicamē tum sine quo curari non potero simpliciter, & reddere no lit: quin pecunia ipm inducere possum, & dare vt reddat: quę tamen redditio propter pecuniam in eo peccatum est.
E ¶ Et hoc notare consueui contra friuolā eorū opinionē qui
E dicūt non licere vt quis alteri cōsulat e duobus malis quorum alterum omnino facere velit, vt minus faciat. ¶ Ad quartam, sicut non licet spirituale ꝑ tēporali tradere: ita nec ꝑ spirituali: cū pręceptū sit, Gratis accepistis &c. Potissima autē ratio quare distrahi non possunt pro precio, non est quia sunt inęstimabilia, sed quia p̄ceptū est vt gratis ministrent. Nā curatio vulneris non propterea est inęstimabilis, quia miraculose fit, & tamē eodem p̄cepto ꝓhibemur miraculose curare pro precio. Idem autem est siue cū pacto fiat vel sine. Simplices autem sacerdotes hoc modo paciscētes excusandos reor, quia laborē vel operas
F adinuicem commutare intendunt, & de illis pacisci, nō sa
F cramēta ipsa vel spiritualia. ¶ Ad tertium principale respondeo. Seruitium diuinum dupliciter capitur: vno modo pro seruitute quacūq; mētis vel corporis q̄ fiat ad piam causam, vel ad excitandum populum vt colat deū, vel ali quid pręparandū cultui diuino cōgruū & pertinēs. sic ser uire infirmis in hospitali, apire ecclesiam, pulsare cāpanas, legere vel cantare aliquid vnde consueuit ad deuotionem populus excitari: quodlibet horum dicitur diuinum serui tium. Et sic generaliter accepto diuino seruitio capere p̄cium pro eo licet. Alio modo sumitur seruitium diuinū ꝓ officio spirituali quod alicui cōuenit ex spirituali dono vel ordine, sicut ministrare saramenta, cantare missas &c. Et pro diuino officio sic accepto non potest pecunia capi, sed potest quis locare operas suas, vel aliquid capere in stipen dium vitæ, vt supra dixi in simili de teste, qui ꝓ deponenda veritate nihil capere potest: & tamē cum euocatur ex-

tra ciuitatē suæ mansionis, licite sumit ipse in stipē vitę ex pensas &c. & si partes coniunctim ei velint largam stipē dare, nihil ꝓhibet ipsum capere si coniunctim & ęqualiter ambę partes (vt aliquando accidit) faciant: nec tenetur cō tentus esse cum quācūcūq tenuibus expensis. Ita sacerdo tibus licet velle stipendiū condecens suę sustētationi expe tere ab his q̃bus gratis sunt spiritualia administraturi. Ser uitus primo modo potest dupliciter impēdi: vt prosit per viam meriti; & tunc propter deum ex charitate vel absolu te sumitur vt alia quęcūq corporis operatio. Et quia primo modo dependet supernaturaliter a spiritusancto, licet cape pecuniam pro substātia actus, sed nō pro illa qualitate seu modo actus: vt si intendo mereri, cōduco aliquā quę meo nomine seruiat infirmis: licet illi precium capere absolute ꝑ suo seruitio, sed nō vt mereatur cōducenti. & idē est de precio peregrinationis, & huiusmodi. Et nisi sic dicatur, ho mini singula ex charitate facienti, & qui omni tēpore spe rat & vult mereri, nullum opus suum licite vēdere. Q̄d valde notandum est contra eos qui ex connexione inuendi bilis ad vendibile arguunt neutrū vēdi posse, vt hic est mo dus elicitionis actus cum substantia. ¶ Ad cōfirmationē dicit Ioan. And: & ponitur in glo. c. vnico de clericis non resid. lib. vj. post Hostieñ. q hoc notauit de vsuris. c. olim, ꝙ tales principaliter eūtes ꝑ denario grauiter peccant, & mentalē simoniam cōmittunt: q̃ pœnitentia aboletur. de simonia. c. fi. Sanctus Bonauen. xxxviij. dist. ij. mota quę stiōe an bonę volūtatis possunt plures esse fines: capit exē plum. dū quis vadit ad ecclesiam vt distributiōes pcipiat: potest tripliciter accedere. Primo solū intēdēdo distributi ones vt finem sub gloria dei, decernens eas videlicet Chri sti pauperibus in dei gloriam donare. Secundo intendēdo ire ad ecclesiam vt ad dei honorem & gloriā laudes decan tet, sed cum hoc etiam intēdēdo pecuniā acquirere, nō re ferēs illā in deum, sed nec statuens vt principalē finē. Ter tio pōt cōtingere duplicata intētione, ita ꝙ vult deo place re, & obtinere pecuniam vt suum thesaurum ampliet, & in eo propter se delectetur. Primum est meritoriū & bo num. Secundum non est bonæ voluntatis, quāuis cum ea G

stare possit. est enim veniale peccatum: quomodo dicit August. Minus te amat qui tecum aliquid amat quod nō propter te amat. Tertiū vero est malæ voluntatis, & quęvelit duobus dominis seruire. de quo Mat. vj. & illud Esaię, Coangustatū est stratū, necesse est vt alter decidat. xxviij. c. & Ozee. xij. Diuisum est cor eorū &c. beatus Thomas Quodlibet. vj. ar. xj. q̄stiōe principaliter mota distinguit quia in venditione qualibet preciū accipitur quasi finis: si recipit distributiones quasi finem sui operis principaliter intentum, simoniam committit, & peccat mortaliter. Si autem habet principalem finem deum in tali actu, & vt distributiones recipiat secūdario, non quasi finē, sed sicut medium quod est necessarium ad suam intentionem: constat quod non vendit actum spiritualem, & nec simoniam cōmittit, nec peccat. Sic eñi acceptio distributionum nō erit causa quare vadit ad ecclesiam, sed proprie huius determinatio quare nunc vadit, & non alia vice. Dominus Altissiodoren. iij. parte summę tractatu de simonia. q̄st. ij. dicit, Surgere ad matutinas, vel currere ad ecclesiam, nō est spirituale, vnde licet ista facere pro temporalibus. sed cantare in ecclesia, vel laudare deum pro temporalibus tanquā fine vel materia mercimoniali, simonia est. ¶ Quo ad hūc articulum difficultas non est quin actus corporaliter visitandi ecclesiā, & pro decore domus dei illic persistēdi, absolute fieri possunt pro pecunia seu precio. Sed difficultas est an possint fieri vt prosint animabus, puta ad redemptionē earum, vel præseruationem aut ereptionem de malo culpæ pro pecunia. Nam si huiusmodi actus fiāt ad inanē gloriam, aut finem alium deturpantem actū: certū est apud omnes (cum eo ipso peccata sint) nequeunt animabus prodesse nec via meriti, nec via satisfactionis. promeretur tamē pecuniam sibi promissam hoc modo decorās ecclesiam, sicut pictor passionem domini depingens, vt populus ad deuotionem concitetur, vt quæ pauperibus seruit in hospitali pro nuda mercede, æque pro eadem sanis seruitura. Nescio an quis dicere auderet quod pro præsentia ibi exhibita quis distributiones iuste caperet: quas certum est Christifideles in redemptionem animarum suarum, in salutē & prosper

ritatē populi totius Christiani reliquisse. ¶Pro clariori hu H
ius elucidatione videre oportet an dans pecuniā eo fine vt H
actū spiritualem procuret, intelligo spiritualem qui rect⁹
est secundū omnes circunstantias, & potest ad redemptio-
nem vel salutem prodesse: (nō curo an talis dari potest) sit
in statu mortalis culpę, vel non. Inuenio doctores ꝑ singu
lari notantes quod licet alium pecunia inuitare ad actum
suę saluti necessariū: verbi gratia vt baptisma recipiat, vt II
fiat Christianus, vt deū colat. Notat hoc Innocē. Ioan. An.
& alij in. c. dilect⁹. ij. de simonia. idē finaliter glo. in. c. quā
pio. in verbo interuentū. j. q̄stione. ij. & sequitur ibi fina-
liter glo. Hostien. & Archidiaconus dicentes sec⁹ esse quo
ad ingressum religionis, & alia sine quibus potest homini
esse salus: imo in. c. debet. xxiij. quęst. iiij. notat gl. qđ cum
pecunia possumus alios allicere ad fidem: vt ead. quęst. v.
quod autem. & . xxv. distinct. qui syncera. & quod sub tali
conditione possumus aliquā ducere vxorem, vt fiat Chri-
stiana. xxvj. q̄st. j. caue. Et possumus eos grauioribus pen-
sionibus onerare, vt conuertantur: eadem causa: quęst. vj.
iam vero. addens, Satis admitti potest vt sic in talib⁹ spiri
tualibus licite fit pactio, vbi agitur de conuersione alicuius
ad fidem. & sic non obstat. ca. quā pio. j. quęst. j. Eandē gl.
inuenies. d. c. dilectus. ij. de simonia, dicentē talem cōditio
nem adiectam in cōtractu matrimonij esse bonam. Idem
tenet & sequitur cardinalis Alexandrinus. iiij. distin. c. ij.
Panormitanus eadem notat in dic. ca. dilectus. sub tempe-
ramento tamen eorum quæ dixit in. ca. cum in ecclesiæ. de
simonia. vbi sic distinguit: Vel habent ꝓpositum veniendi
ad fidem, sed timent paupertatem, puta congesserūt mul-
ta ex vsuris, & venientes ad fidem oportet illa restituere:
hoc casu (inquit) puto pecuniam eis licite posse ꝓmitti vt
veniant ad fidem. Sed si non habent ꝓpositum veniendi ad
fidem nisi ex cupiditate pecunię ꝓmissę, tunc puto contra
rium: quia talibus parum prodesset baptismus. xv. q̄stio. j.
non est. imo peccant qui abutūtur bono, & dantes nō eua
derent peccatū: arg. xxiij. quęst. v. ad fidem. & secundum
primū mēbrū arbitror fecisse beatum Siluestrē. Idem extē
sius videtur tenuisse Archi. in. d. c. q̄ pio. tā scilicet in opere

necessario, q̃ supererogatiõis, cuiusmodi est ingressus religionis. Recitata em̃ opinione doctorum & glossę in.c.dilectus.ij. Alij (inquit) dicunt ꝙ nec ad fidem nec ad religionem aliquis trahendus est per munera ex pacto. Sed si aliquis infidelis vellet baptizari nisi timeret paupertatẽ inter Christianos, vel si quis desideret ingredi religionem si esset solutus a debitis: aut si studuisset ꝑ aliquot annos ad intelligendũ quę lectur⁹ sit in religione, & ab aliquo sciẽte eius propositum reciperet pecuniam, quo ad primum vel liberaretur a debitis, & reciperet expensas in scholis: quo ad secundũ casum, dum tamẽ non pro precio rei spiritualis, sed adminiculo impedimenti tollendi daretur illud vel reciperetur, licitũ esset. Vacillãs tamen addit, sed forte secũdum Hostiensem potest dici ꝙ aliud est in baptismo, aliud in religione. Sed quia explere actum pręcepti ob pœnam vitandã, vbi si impune posset, minime pręcepto pareret: & similiter facere actũ pręcepti ob quãtũcunq; minimum donũ vel precium, cũ alias non sit facturus, peccatũ est. parũ facit dist. Panor. cũ vtroq; mẽbro baptismũ suscipiens peccet dũ promissione pecunię facit &c. Qui autẽ religionem intendit ingredi, sed non nisi solutis debitis, vel sufficiẽti doctrina, quia ille petit qualificari, vt sine impedimẽto religionẽ possit ingredi, & non alias: licite pecuniã capit pro debitis persoluendis, vel expensis studij tempore intermedio. Et si huic simile dare velis in his q̃ sunt necessitatis & pręcepti, pone te captiuũ detineri apud infideles & qui non sinatur abire vt possit baptizari talis pro amotione impedimẽti licite recipit pecuniã: sed certe debet firmę voluntatis esse suscipiendi baptisma dũ poterit, quãlibet penuriã vel egestatem ferret. In tanta varietate doctorum pono aliquas propositiones. ¶ Prima, Licet precio
K vel minis inducere hominem vt faciat actũ pręcepti, quẽ
K alias dinoscit non facturus. De pœna vel minis patet.xxiij: quęst.vj.ca.si. Et cum idem iudicium sit de allectione per precium vel donum promissum vel datum, sequitur veritas totius propositionis. Et ratio est, quia minus peccatum est facere pręceptum timore pœnę, vel allectione muneris, quã non facere: ergo &c. Nec sequitur si faciens hoc

modo peccat, quod ergo peccet inducēs. quo medio mot⁹ videtur Panor. vt aliorū opinionem tēperaret, quia vtiliter agit causam proximi, cum alias grauius esset peccaturus. Et (vt recte Gratia. inquit) qui timore inducti aliqua frequenter faciūt, ad eadē assuescunt vt tandē amore faciāt. i. qđ precio allecti pri⁹ illiberabiliter faciebant, post inductā cōsuetudinem operis boni etiā sine precio &c. ¶ Obijcies fortasse illud concilij Toletani: Nemini vis inferēda est ad credendum, vel suscipiendum sacrū baptisma. xlv. dist. de iudęis. Hinc contra Petilianū Augu. admittit ad fidē neminem cogendū esse. xxiij. q. v. ad fidem. ergo &c. Dico quod solum illicitum est quia ꝓhibitum: immo per Sisibutum religiosissimū principem Iudęi coacti sunt, qui (vt eodē. c. dicitur) compellendi erāt ea quę sunt fidei seruare. Etiam procedit cum alias pœnam non promeruerint. Nunc enim regulariter cum in facinore deprehēsi mortis supplicium meruerūt licite eis comminatur mors nisi baptisma suscipiant & fidē: quos tamen ob mortis euasionē suscipientes baptisma cū alias suscipere nolint, peccare indubitatū est: an tamen licet baptisma ministrare vel sacram communionem dum noscuntur ob pœnam vel pręmium facere, puta arcetur ab ingressu ecclesię qui in paschate non communicauit, vel non est confessus: vt sibi pœna relaxet, vult communicare aut confiteri, & nō alias: differā ad aliud tēpus. Hic satis est discussisse de actu ꝑcepti qđ irreuerentiā sacramentorum connexam non habet, vt. s. tradantur canibus. ¶ Secūda ꝓpositio est, Qui munere vel metu solū disponitur ad volendū quod alias non esset voliturus, & tamen propter munus acquirendum vel pœnam euitandam non vult, siue sit volitio ꝑcepti, siue alias supererogationis: nō ex hoc peccat, aut est volitio culpabilis. patet: quia tūc timor vel spes aut amor muneris solū est dispositio subiecti, & nihil ponitur finis actus quod illū inficiat. Cuius exemplū est, ferrum ignimus vt sit malleabile: & lignum durū humectamus, vt instrumentis artificum possit sculpi: cū nec caliditas ferri nec humiditas ligni aliquo genere causæ sit principium malleationis vel sculptūrę. Vnde patet nō valere cōsequētiā: Timens vult, alias nō volitur⁹: ergo vult L

propter pœnam euitandam. Sic beatus Nicolaus per eleemosynam seruauit filias a stupro: sicuti cum videm⁹ quendam ex diuite factum subito inopem, donamus eū, & consolamur, ne tędio fract⁹ seipsum pręcipitet, furetur, aut facin⁹ aliud committat. Et hoc mihi sub nube tetigisse videtur beatus Tho. ꝙ spes distributionum non sit causa quare vadit ad ecclesiam, vel colit deū: sed causa determinatiōis, quare scilicet nunc vadat, & non alia vice. Quod tn̄ addit causam esse quare nunc vadit, valde impropriat sermonē de causalitate. non potest em̄ esse ꝓprie dicta causa quare nunc vadat, nisi sit causa illius transitus ad ecclesiam. Sed intendit beatus Thom̄. ꝙ sit dispositio subiecti sub qua ꝓcedit voluntas ad volendū tunc visitare ecclesiā, non tamē pro illis vt fine: sicut nec testis vadit ꝑ expensis ad deponēdum. sed tamen sine spe aut certitudine expensarum non iret. Ex hoc sequit̄ ꝙ licet munerib⁹, adhortatione, & precibus inducere alios ad opa supererogationis, sicut ad actus præceptorū, dū per illa intendimus eorū animos affectos reddere vt nobis credant, & persuadentibus bonū acquiescant. sic pręceptū legimus Matth. v. Sic luceat lux vestra coram hoībus, vt videant opera vestra bona &c. Itē Aug. Sic debet homo diligere ꝓximū suū, vt quē poterit beneficentię consolatiōe, vel informatione doctrinę, vel coerctione adducat ad colendū deum. xxiij. q. iiij. debet. Sic omniū doctorū sententia pauperibus eleemosynas damus, vt ꝓ nobis orent, nō quasi orationis preciū, sed vt eorū beneuolentiā nobis conciliemus, & sic affecti charitatiue ꝓ nobis orationē fundāt. Nihil em̄ ꝓfutura nobis esset oratio quā pauper funderet ꝓ pecunia, ex quo oratio talis labem continet simonię. intelligo dū ꝓ pecunia funditur tanꝗ ꝓ precio. secus si deū precatur vt pecuniā donet, sanitatē largiatur &c. tenemur em̄ spūalia (vt dixi) gratis hoībus exhibere. Sed mirum videt̄ si talis oratio sit peccatū, quomodo simoniacū sit aut culpabile sic orare ꝓ pcio. nō em̄ est act⁹ spūalis q est peccaminos⁹, sed seruilis seruitute peccati, ad quā spūsanct⁹ supnaturaliter ac miraculose nō cooperat̄. Dico ꝙ oratio illa solū est spūalis ꝑ causalitatem, q̄ ad effectū. s. supernaturaliter cōcedendū illi ꝓ quo fundit̄ oratio,

quo ad animũ ipsius orantis licet ad effectũ illũ nõ ptin geret. illas em̃ pces sordidas nõ exaudit de⁹, & sic pptee opinionem vel animum impetrandi per talem orationem aliquid supernaturaliter simonia cõmittitur. Sed dubitabis an licet pmittere pecuniã vt faciat opus bonum ad qđ alias non tenetur. verbi gratia mater promittit filio vestem nouã si missam quolibet die audiat, & festis sermonẽ, aut pauperes visitando cõsolctur. Itẽ cũ nostra ætate tanta sit hoĩm fragilitas dñ minis cogunẽ ad bonũ, euasionẽ pœnæ habent finẽ operis. an licet matri metu pœnæ pies cogere vt missas audiãt, pauperes cõsolenẽ, & opẽ ferãt? Q đ pro eo dubiũ videẽ, quia statuẽtes tẽporalẽ finẽ spũalis operis, peccare videnẽ. Vñ Hie. Si martyriũ fecerimus vt nostræ reliquiæ ab hoĩb⁹ honorẽẽ, & vulgi opinionẽ sectãtes substantiã nostrã vsq ad mẽdicitatẽ pprĩã dederim⁹: huic opi non tam pmiũ q̃ pœnę debenẽ, & pfidię magis tormenta sunt q̃ corona victorię. j.q.j. vide. Etiã q pter psentẽ pudorẽ dat, vel vt careat tædio interpellãtis, nõ vt reficiat visceera indigẽtis: & rẽ & meritũ pdit: vt habet gl. ij. ad Cor. ix. ĩ verbo, nõ ex tristitia aut necessitate. Hic videẽ hoc casu inducere ad pctm̃, qđ minime licet. Vñ Boni. d. c. q̃ pio. j. q. ij. dicit ꝙ dubitatio monachorũ (an. s. alteri monasterio possent munera dare vt eis cõcederent suũ abbatẽ) eũ anxium reddidit & ineptum, q̃a nõ legim⁹ dñi discipulos & eorum ministerio cõuersos quempiã ad dei cultum alicui⁹ muneris interuentu puocasse, nisi forte de pauperum alimento quis in cõmuni proponat, quorũ nullis, cuiuscũq pfessionis esset, victualia negabantr. Scim⁹ equidẽ ꝙ om̃e datum optimũ & om̃e donũ perfectũ desursum est, a quo bonę voluntatis donũ accipit, q sancto deliberationis arbitrio deo seruire disponit cõcludẽs: Restat ergo vt q p aliqua ecclesiæ susceptione munus accepit, dei donũ qđ a pre luminũ descẽdere debuit vendat: mun⁹ aũt largiẽs importun⁹ emat. Vbi papa sentire videtur illicitũ vt mun⁹ detẽ p cultu ad quẽ pceptũ nõ astringit, cum etiã sit donũ dei, & discipuli indifferenter cuiuscunq professionis hominib⁹ alimenta dabant. Ex altera parte in oppositũ adduci põt, Precibus & muneribus licite impetramus alteri remissio-

nem iniuriæ,intellige quo ad actionē.Item nemo sane mē tis dixerit peccare illū qui passum iniurias induxerit vt nō solum rācorem dimittat,sed(quod perfectionis est)beneuolentiæ signa exhibeat.Item compatitur quis paupi,nec habet vnde eius necessitatē releuet.si potest mendicādo illi eleemosynam impetrare: quare nō pōt socium habentem pecuniam prece aut muneribus vt det elemosynā flectere, humiliter rogās vt si nō ppter deū velit,ppter ipsum faciat,suo tēpore maius seruitiū ab ipso suscepturᵒ? Et loquor in casu quo al:us necessitate pcepti dare non tenetur Hæc omnia sunt officia charitatis,quę perperam nō agit, .j. ad Corinthi.xiij.ergo &c.¶Respondeo,nō semp actus
N officio seu genere bonᵒ ex hoc induit rationem culpę, quia
N fit pro temporali causa,puta lucro,pœna, aut dāno euitando.Patet in directione errātis per viā,in defensione opprimendi per inimicos,in cura ęgrotātis alias necessario morituri,pro quibᵒ omībᵒ licet ab habente pecuniam capere. Itē immunitas a dedecore,siue seruatio honoris illęsi plus valet q̄ pecunia:& liberatio a molestijs est res digna pcio. Qui ergo propter eorū alterū pecuniam dat,nō perdit eā nisi vtiliter.Magnę autem prudētiæ est scire rem suā vtiliter perdere:imo cum fama nostra sit proximis necessaria si ea intentione demus,ne pximi de nobis male ędificent, est actus virtutis materialiter & formaliter. Secus tamē quando ex casu & circunstantiarum occursu propter bonū virtutis agere oportet,vel ex charitate propter deum:qui tunc ob alium finem agit, ad minus per omissionē peccat. Et hoc casu procedit textus Philosophi iij.Ethic.de reipub. defensione ob fugam dedecoris,&ambitū honoris:q̄q̄ nec Philosophus dicat illos actᵒ culpabiles,sed tūc nō esse actᵒ virtutis fortitudinis.Nec est idē de dantibus eleemosynā vt videātur ab hoībus: quia certe hoc peccatū non est si velint videri ab hoībus eo quo faciūt fine, puta faciūt ad cōplacendum ijs quibus donāt:si hoc exprimant, & alijs notum esse velint,nihil peccati continet. Licet enim mihi ad conciliandū fauorē rem meam dare.sed vult Saluator cum faciunt vt videantur propter deum facere,& ipsi inanem gloriam aucupantur,non aūt propter deum faciūt, quod

est hypocrisis,aliud scilicet velle apparere quã ꝙ intus sit.
Quidã tamen sunt actus ob terreni muneris cõpensatio-
nem nollo modo factibiles,puta subire mortem,exponere
corpus periculo:& de illo procedit textus hic. Ad ꝓpositũ
nostrum,prece vel munere inducere alium vt bonũ op⁹ of
ficio seu genere faciat,nullum est peccatũ: quemadmodũ
nec alius peccat hoc opus faciens vt nobis gratificetur, ni-
si in casu : vt dixi. Et sic matres cogunt suas proles mu-
neribus vt pro causa finali alliciant ad consolandum pau-
peres,vt missæ intersint vel sermoni,pauperib⁹ opẽ ferãt:
& sic procedunt argumenta post oppositũ cũ inducim⁹ ad
remittendũ actiones iniuriæ, & muneribus flectimus ad
exhibendum inimicis opera & signa beneuolẽtiæ.ꝙ si for-
te vltra intendant cogere vel inducere vt rem agãt bene
& meritorie,fallit matres & alios opinio,vt de metu pœ-
nę est tex. Aug.in.c.ad fidem.xxiij. q.v. Nam benefacere
nemo potest,nisi elegerit,nisi amauerit &c. Et idẽ est de
munere,cum operis meritorij vt huiusmodi nequeat abs-
ꝙ vitio deputari terrena merces,cum illa qualitas specia-
liter insit operi supernaturaliter a spiritu sancto. Et forte
excusat simplicitas a culpa quo ad inductionem, vt alij ve
lint apud deum mereri pro terrena compẽsatiõe. Et certe
raro est intentio obsequẽtiũ, vel etiã eorũ qui inducũt ad
talia opera. Quod inductum est de di.ca. q̃ pio.ꝓcedit de
opere priuilegiato.videlicet de suscipienda cura animarũ,
vtputa vt præesset tanq̃ abbas.Et ita currit cũ textu Hie-
ro.de martyrio.poterant tñ ꝓ administrãdis temporalib⁹
seorsum mercede aliquem cõduxisse,& alteri monasterio
ex interesse lucri cessantis vel damni emergentis recompẽ
sationem dare. Nec obstat omne donum perfectum esse a
deo,& ꝙ non legimus discipulos quẽpiã prouocasse mu
neribus ad cultum dei &c. Multa eñ egerũt discipuli quę
non sunt scripta. Et certe munere sanationis & cõsolatio-
nis (vt legimus) multos prouocauerũt. & de dono a patre
luminum nimis generalis allegatio est. Pro eodẽ eñ actu
quo męreor licite pręmium capio:videlicet vt pauperibus
patrocinium vel aliam seruitutem impendã, capio stipen-
dium a principe:sicut medicus a ciuitate vt pauperib⁹ gra

est seculat: sed vt meritorium inæstimabile est, nec posset pro munere in alium transferri, ita quoque minime licet velle transferre in alium pro munere ea ratione qua meritoriū est. Vnde prius dictum est, licet capere pecuniam pro substantia actus meritorii, sed non pro illa qualitate, sicut calicē consecratum vendere possum⁹, sed nō pluris quia consecratus est. Ex his omnib⁹ de proposita difficultate in accipiendis distributionib⁹ dico. si velit seruire deo in redēptionem animarum, pro pecunia seu obuentione distributionū, simoniam committit, non quod spiritualem actum det pro munere, sed pro voluntate dandi. eo ipso enim quo pro munere facit, non est actus a supernaturali dono spiritualis, sed potest licite moueri spe accipiendi distributiōes sibi & cōfratribus relictas, vt dispositiue subiecti quodāmodo aptificante ad volendum: vel (& facilius est) in illis pro labore suo distributionem capere, & spirituale meritum gratie velle illi qui bene fecit cōmunicare. Ex eodē patet responsio ad adiectionem de pensionarijs ad cantum vel alia officia spiritualia. ¶ Ad quartū principale ad primā probationem cessat apud principem lex Iulia ambitus quo ad pœnā propter præsumptionē iustitiæ principis. Sacrilegij enī instar est dubitare an dignus sit quē princeps elegerit. xvij. q.iiij. si quis suadēte. Potest nihilominus a principe dignitas magistratus ambitiose peti, & secundū veritatē a principe circunuento vel alias sciente nō merito cōferri: sed beneficio iuris (vt dixi) propter præsumptionē legalitatis principis huic ambitioni pœna est adempta, In proposito aūt nostro ius quo ad immunitatem pœnę simoniacorū nihil disponit, siue a principe siue ab alio quouis bñficiū simoniace assequitur. Nec sequitur, princeps cōfert beneficium pro pecunia: ergo ipso facto cum acceptante dispensasset vt beneficiū seruare possit, & pœnas iuris minime incurrat. Nā vt notabiliter decidit Ioan. And. in Mercurialibus reg. cui (licet.) si episcop⁹ statuit pœnam excommunicationis ipso facto omnibus ludentibus ad hazardum, non propterea liberatur qui inductus ab episcopo cum ipso ad hazardum luserit, imo postq̄ ille excommunicationem incurrerit, episcopus denuo cum ipso ludens maiorem excōmunicatio-

nem incurrit cõmunicãs ipsi criminoso in crimine dãnato, & ꝑ prima vice minorẽ tñ, nisi induxerit. tũc em̃ censet causa cur alius ludit, & sic vt operans maiorẽ excõicationem, quẽadmodũ si eius mandato vel cõsilio cleric⁹ percutiatur. c. mulieres. de senten. excom. Ex hoc nota ꝙ dans causam actui alteri⁹ pœnã incurrit quã ꝑ actu non incurreret quẽ ꝑsonaliter exerceret. Et in ꝓposito nr̃o efficaciter meo iudicio ꝓbat Panor. j. c. de simonia, ꝙ papa ipse ꝑ pecunia beneficiũ conferẽs, a simonia nõ est immunis, per ca. ex diligenti. eodem titu. vbi dicit ꝙ ꝑstatio homagij vel iuramẽti ꝑ beneficio acquirẽdo, diuinis & humanis legibus cõtraria esse dignoscitur. Idẽ ad longũ deducunt Durã. & post eũ Palude. xxv. dist. iiij. Verũ tñ est ꝙ papa pœna iuris incurrere nõ põt. Est em̃ solutus legib⁹, quia princeps. ff. de legibus. l. princeps. & ita dissimile est de ep̃o. Licet em̃ statuto ꝓprio nõ ligetur, vtiq; tñ sentẽtia iuris. sed nec dispẽsare videt cõicãs cũ alio in crimine, nisi exprimat: quẽadmodũ sciẽter verbo aut osculo participãs excõicato, ꝑ hoc absoluere ipsum nulla rõne censet, nisi se velle exprimat illũ ex hoc ꝑ absoluto haberi, vt est text⁹ in Clemẽ. si summus põtifex, de sentẽ. excõi. Et sic patet opinionẽ Paludē quo ad hoc iure nõ esse fundatam. Ad ꝓbationẽ inductã ꝙ licet ab alio emere, respõdeo ꝙ bñficiũ in. c. j. de vsuris, nõ capit ꝑ iure ꝑcipiẽdi ꝓuentus annexos officio spirituali, sed ꝑ ipsa possessione vel fructibus a laico minus iuste detẽtis. & hoc licite redimi põt etiã interuentu ꝓcij, nõ solũ per viã mutui: quẽadmodũ dicit glos. in. c. dilectus. j. ꝙ decimas de manu laici liceat redimere nisi obstaret ꝓhibitio q̃ illa de causa emanauit, ne traherẽt in exẽplũ, & laici se credant jus in decimis habere. c. decimas. xvj. q. vij. nec tñ ep̃s redimens simoniã cõmitteret. secus de iure annexo officio vel ordini sp̃uali: quia hoc in laicũ cadere non põt, neq; per ipsum de facto occupari. ¶ Ad primam confirmationẽ dico verba Augu. Rectę sunt omnes volũtates &c. sicut & verbũ Saluatoris, Si oculus tu⁹ simplex fuerit, nõ habere locum in medijs ex genere malis. Non em̃ si furer vt ꝓpter deũ pauperũ inopiam releuem, excusor a culpa xiiij. q. v. forte. aut vsurã exercẽs ꝑ impendẽda pauperibus

misericordia ppter deum.xcvj.dist. sicut nõ suo.aut mentiens vt opitulante mẽdacio alium ad ęternã salutem perducam.xxij.q.ij.primum &c.sed dare spũale p precio,est ex genere malũ,vt est venditio vel emptio: quia cadit super materiam indebitã.ideo relatio in vlteriorem finẽ bonum,actũ ipsum iustificare nequit. ¶ Ad secundã confirmationem nego consequentiã: & ad probationem ex.vij. Physi.dico ꝙ per duplũ mouens non intelligitur mouens duplę virtutis.Nã hoc multo velocius sæpe moueret q̃ in duplo:vt exemplariter declarat doctor pfundus tractatu quem edidit de pportione motuũ in horologio.plumbum deducens signum indicans horas si duplet,plus q̃ in centuplo citius deducet ipsum:imo si augeatur solũ ad mediũ: Sed intelligit per mouẽs duplũ cuius virtus sic excedit,vt sit duplo magis motiua.Iam applicãdo hunc intellectum ad extenuationẽ culpæ. non sufficit ostẽdere finem duplo meliorẽ,sed simul pbare oporteret ꝙ talis vim haberet duplo extenuandi.& hoc non pbatur.Huius simile est,ęgritudo frigida curat calido. ergo curaretur velociꝰ in duplo per illud improportionatum esse ad curandum.stat eñ illud improportionatũ esse ad curandum, & ꝙ corpus magis distemperaret,q̃ disponeret ad sanitatem.Cum autem dicitur,da oppositum,& sequit ꝙ finis aliquis minoris bonitatis æque &c.nego sequelam:& ad probationem cum in finibus pcedatur ad alias species finium, non est pprie proportio dupli vel tripli in bonitate,sed vnus aliũ excedit in infinitum,cũ tamen sit finitæ bonitatis. Admisso tñ in finibus eiusdem speciei vel diuersæ ꝙ in infinitũ procedatur duplando:nõ debet ppterea(cum alius finis in infinitũ procedat) deueniri ad aliquem æque atęnuãtẽ: sicut nec per augmentũ & intensionem opinionis potest deueniri ad certitudinẽ sciẽtię: quę est tamẽ certitudinis finitę. Ad aliud de verbo Philosophi.j.de cœlo.&.viij. Phys.tñdeo,aliud est de causa effectiua, aliud de eo quod se tenet ex parte materię vel finis.nã finis infinitę bonitatis nõ reddit actũ infinitæ bonitatis, & efficiens infinitum siue infinitę virtutis causaret necessario effectum infinitę virtutis. Intellige si sit naturaliter agens & immediate. sicut ergo

infinitas virtutis effectiuæ non finit finitum esse suū effectum: & finis infinitas admittit suum effectum finitū esse: pariformiter in proposito de attenuatione culpę datur simile: ex dispositione materiæ anima mouet corp⁹ gradiendo tardius propter grauitatem. tamen si tota grauitas auferatur, non propterea ambulabit homo in instanti. Et anima nunc coniuncta corpori nequit ipsum alio mō q̄ ambulando, saltando, vel mō simili mouere. Secus cum erit separata, sicut nunc in angelis. Ad tertiā confirmationem respondeo, vt non licet mortuū suscitare pro pecunia, quāuis acceptio pecuniæ vlterius in releuamen pauperum propter deum ordinaretur, sed esset simoniacum dare & accipere: ita similiter de quolibet alio spirituali. Cōmuni enim præcepto mandatum est: Gratis accepistis, gratis date &c. Unde non sequitur: Accipio pecuniam pro spirituali vt pauperes reficiam principaliter, ergo non vēdo spirituale. patet de mercatura cuius motiuū principale vel finis apud christianos sępe est pietas, dū scilicet mercantur vt de lucro pauperes sustentent, fidē tueantur, & miserabiles psonas propter deum defendant: non minus tamen suas merces vendunt. ergo ordinatio ad vlteriorem finem bonum non releuat quo minus dare spirituale pro temporali sit venditio. Nec conuincit prophetæ verbum: Inclinaui cor meum &c. quia loquitur non de retributione alicuius tēporalitatis, sed ęternę beatitudinis, in quam nō actus hos tantū vel illos, sed totam vitam ordinare debemus, iuxta sententiā Aug. xj. de trinitate. c. vj. Nec verbum Philosophi probat suam intentionem. Cum enim. iij. Topico. pro regula posuisset quod plura bona sunt magis eligenda q̄ vnum tantum, excepit, nisi vnum eligatur propter alterum: quia tūc nihil magis vtrūque eligimus, q̄ vnum tantum, vt sanum fieri aut sanitas, eo quod sanum fieri eligimus propter sanitatem. Et non dicit vbi vnum propter alterum, quod ibi est vnum tantū. Factio enim sanitatis siue curatio aliud est a sanitate. Et qui merces vēdit vt de lucro penuriā pauperū releuet, vere vendit, cum tn̄ vlteriorē finē intendit. Sed forsan doctor ille consolatorius intēdebat quod spūalia sic licet exhibere deo pro tēporali ab eodē impetrādo, & sic veritatē habet, vt supra dixi

quo ad homines quib⁹ iubemur gratis ea dare. Ad verbũ Augustini, solũ intendit ꝙ tunc nõ quęritur gratificatio, seu complacentia hoĩm vt finis principalis, sed vt finis sub fine. Sed non dicit licitũ baptizare vel cętera spiritualia hominibus dare, vt placeam⁹ eis vel grati simus, hoc em̃ non esset gratis. Sed opera exteriora bona licet eis exhibere vt eis grati simus, sed nõ sub qualitate qua supernaturaliter sunt a spiritusancto: sicut nõ licet mercatori velle in futurũ ex charitate mercari ꝑ pecunia. Tunc em̃ modum supernaturalẽ actus poneret sub precio. Ex his patet ꝙ qui dat sacramenta vel beneficium ꝑ pecunia conuertẽda in eleemosynas pauperũ ꝓpter deum, alias nullo modo daturus beneficium vel sacramenta ꝑ precio, quia vere vẽdit spiritualia, nihil releuat eũ a simonia illa relatio in finem bonũ
R vlteriorẽ, nec ab vsura si dicat, Do tibi mutuo vt lucro fœ-
R nebri pauperes alam. Et stultũ est opinari ꝙ mente liceat sic velle, sed non voce exprimere. Nec lucrũ mercaturę est christianis ꝑ fine principali, eo modo quo Bonauẽ. loquit: tamen vendũt. Non ergo sufficit canonico eunti ad ecclesiã velle pro spe spirituali, videlicet vt valeat ad redemptionẽ animarum, recipere distributiones, intendẽdo hoc vt finẽ min⁹ principalẽ: nec sufficit ꝙ forte cogitãs de deo, ꝓpter ipsum vellet idem seruitiũ spirituale facere, vt videt Bonauentura ꝑtendere a contrario, dicens tunc simoniã committi qñ cogitans de deo nullo modo fortasse vellet facere sine precio. Ratio est, quia op⁹ gratis vel mercimonialiter impenditur ꝑ respectũ ad causas vt nunc. Nihil em̃ min⁹ vẽdo Ioanni tunicã, quãuis vbi aduerterem q̃ sit de me bene meritus, ei donarẽ. Impertinenter etiã adducit illam legem tertiam. ff. de lega. j. vbi casus est ꝙ conditio expressa q̃ alias tacite inest: nõ facit legatũ cõditionale. Quod ergo liceat exprimere ꝙ actum spiritualem homo pro tẽporali facere intendat, quia hoc tacite non inest, cum debeat gratis ministrari, imo & in mutuo pactio de tẽporalitate pro mutuo verã vsuram inducit, vt tenet glos. & Archidia. in ca. si fœneraueris. xiiij. q. iij. & doctores cõiter theologi & canonistæ. Nec obstat quid suscipiens spiritualia vel mutuũ, est naturaliter obligatus ad antidora. Quod ergo li-

teret explicare ꝙ homo ſpe faciat propter ſperatam grati-tudinem, quia licet ſuſcipiens obligetur tamen actio nõ in-eſt vt tacitus finis: imo hoc eſſet ſpirituale miniſtrare non gratis & mutuum dare nõ liberaliter, cũ hoc ſaltem fue-rit finis prĩcipalis. Nõ oportet ergo ſi ſuſceptiõi obligatio talis ineſt, ꝙ ergo nobis liceat ꝓpter futurã illã obligatio-nẽ facere. Latius de hoc dixi tractando materiã vſurarũ. ¶ Ad quintũ, Permutatio ſpiritualis ꝓ ſpirituali facto ꝑ-tium verã continet ſimoniã. Hinc eſt ꝙ nullatenus poſſunt partes ſuper permutandis beneficijs paciſci. de rerũ per-mutatione, qu ęſit ũ. ſed poſſunt licite cõcipere inter ſe quid a ſuperiore fieri deſiderant, qui ſua auctoritate trãſfert be-neficium vnius in alterũ, & ecõtra: imo niſi ius ſpecialiter ꝓuideret, liberum eſſet ſuperiori beneficiũ ad cauſam per-mutationis vacans cuicunq; perſonę indifferenter cõferre. Ad aliud de ſuppletione inæqualitatis per pecuniam, val-de errauit Angelus: quia neq; hoc notat Panor. neq; text⁹ hoc ꝓbat. loquitur enim vterq; & text⁹ & Panor. exp̄ſſe de poſſeſſionib⁹ permutandis, q̃ poſſideãtur iure proprie-tario: vt in caſu textus de monaſterijs: ad q̃ mere ſpectant & poſſeſſiones illarum curarum proprietario iure, quas ſcilicet (vt notat Panormita.) habita ſola licentia ſuperiorũ poterant vendere, & non ſuperior habebat illa vendere. Secus quando bona aliqua poſſidentur in titulũ, puta gra-tia officij ſpiritualis cui annectuntur tãquam beneficium. & ideo textus in dicto. c. ad quæſtiones. notanter dicit ꝙ permutatio eccleſiarum per ſe debet celebrari, & poſſeſſi-ones etiam commutari ſupplendo inæqualitatem per ad-iectum precium, ſic tamen quod illi contractus nequaquã ſibi inuicem permiſceantur. Quando autem in noſtris permutationibus beneficiorum bona transferuntur in a-lium, hoc ſolum fit gratia officij ſpiritualis. & ſic eſſet con tractuum permixtio. Ideo ſpecialiter notari debet ille er-ror Angeli. Ad aliud de officio temporali, hoc nõ licet, nec practicatur ſine ſpeciali licentia ſummi pontificis, cui iuris ordinatio, ſcilicet quod præbenda connexa beneficio ſolum conferri habet concomitãter gratia ſpiritualis beneficij ſeu officij, manus claudere nequit: imo ei⁹ conceſſione poſſent

temporalia illa vendi. Secus de p̄latis inferiorib⁹, qui iuris dispositione arctantur, & principis priuilegio in hoc non gaudent. De pensione respondeo ꝙ etiam non licet partib⁹ de pensione pacisci, sed tractare, & superioris dispositioni committere, sicut in permutationib⁹. Nec credo pensionē redimi posse sine summi pontificis licentia & auctoritate, cum assignetur quodammodo spiritualiter in alimentationem personę, & sua auctoritate posset ab initio interuenire pecunia, quemadmodū officiū tēporale: ꝓpter causam quæ dicta est. Secus de p̄latis inferioribus summo pontifice. Et sic non obstat de ꝑbenda quā ecclesia pōt laico vendere, vel a laico redimere, quia hoc solum ꝓcedit cum nō habet spiritualiter pauperi eleemosynā cōferri. De regulis iuris adductis in argumēto dicit Gerson tractatu de cōtractibus, rationabilem limitationē esse quando factum in se principaliter ꝓhibetur: secus dū modus seu via est in prohibitione, vt lucrum de pecunia per viam mutui est ꝓhibitum: per viam contractus emptionis nequaq̄. Sic in ꝓposito de assecutione pecunię ꝓ temporalitate q̄ connexa est spiritualibus in beneficio. & ergo male infertur vlteri⁹ ꝙ liceat pacisci de pensione pro alio expediēda, aut quacūꝙ temporalitate minima alteri p̄standa, vt ex superiorib⁹ liquet. Ex quib⁹ facile est deprehendere quid veritatis habeat opinio dicentium papam in venditionibus beneficiorum non committere simoniā: & quid opinio quę in altero extremo est, ꝙ vendens beneficium connexam habens ordinis executionem, aut animarū curam, aut huiusmodi spirituale, committit simoniā, & contra ius naturę ac dei peccat. Prima nanꝙ procedit, cum papa solum intendit tēporalitatem illam ad vitam vendere, & non medio spiritualis officij transferre. Altera vero cum beneficium vēdit vt connexū spirituali officio, seu vt medio eius velit transferre, sicut necessario habent facere inferiores. Ad sextum dico ꝙ quantūcūꝙ tenuiter est fundat⁹ cōuent⁹, si propter temporalia recipit personā minus habilem, & quam alias habita competentia facultatum nō reciperet, simonia committit. Item de secundo si personam habilem recipit cū sufficientiā facultatū ꝓ suo victu, sed non nisi illa etiā mona-

ſterio vellet dimittere poſt mortẽ: vt recte dicit Altiſ. eſt ſimonia. Tertio ſi perſonã recipit in fratrẽ, vt aliqd emolumenti in eos redũdet, pl⁹ ſcilicet requirẽtes q̃ ad tenuẽ victum recipiẽdi ſufficiat; iterũ ſimonia eſt. Quarto ſi habent ſufficientes facultates aut plures enutriendũ, ſed cupiunt ditare monaſteriũ, aut reponere in theſaurũ ꝓ futuro tempore, ſi forſan pietas Chriſtifidelium defecerit quo ad eleemoſynarum elargitionẽ in conuentũ, & nolint recipere niſi eũ qui bonorũ ſufficientiã pro ſui alimentatione adducit: non gratis in fratrem recipiunt, & ita ſimoniã cõmittũt. Quinto ſi æque qualificatorum, & ad monachatum habilium: diuitẽ ꝓpter facultates recipiũt ſpreto paupere, ſimonia eſt, quamuis vterq; inſtet, & pauperem recepturi eſſent vbi eum ſolũmodo inſtare contigiſſet. quo caſu tamen licuiſſet per ſortem dirimere difficultatem qs alteri ꝓferri debuerit: vt primo de doctrina chriſtiana Aug. docet faciendũ eſſe cũ duobus æque egentibus alteri tantum per noſtram ſuccurrere poſſum⁹ eleemoſynã. Sexto ſi omnino ſint pauperes, & non habent vnde vltra numerũ receptorum aliquem alant, nec ſint ex ordinib⁹ mendicantium: an tunc liceat cæteris parib⁹ recipere illũ q vnde ſibi vict⁹ neceſſaria miniſtrare poſſit adducit, dubitãt doctores, & fouent contrarias ſententias. ſecuri⁹ autem eſſet eo caſu nullum recipere prius q̃ receptorũ aliquis moriat & poſſint bona cõuentus ad ſubminiſtrationẽ vict⁹ ſufficere. Et cum dicitur, licet præbendam victus alicui vendere etiam in monaſterio abundanti: ergo põt ſimul gratis recipi in confratrem, & mercimonialiter ad ꝓbendã admitti. Dico aliud eſt ꝓbendã vt connexã fraternitati quærere, aliud quærere ipſam vt in ſe nuda q̃dã tpalitas eſt: Et ĩ his oportet fraudẽ cauere, ne vnũ fiat, vt fieri fingat in locũ alterius: quemadmodũ epiſcopus vult libere & gratis cõferre ꝓbendã, ſed illi dũtaxat qui domũ ſuã comparauerit duplo ꝑcio ad iuſtũ valorẽ, vel qui ſecũ vadiũ inierit ꝙ ei ꝓuiſum nõ erit de ꝓbẽda intra annũ pro centũ aureis, aut forte qui ei domũ vicinam eccleſię vendere voluerit iuſto precio. is em̃ cõmittit in legẽ, q̃ verba legis amplexus, cõtra legis nititur, voluntatẽ, l. nõ dubiũ. C. de legibus. Hinc

in.c.tua nos.de simonia.postq̄ dixisset papa, Siq̄s sine pa- cto & cōditione qualibet ecclesiæ suæ bona dederit, rogās humiliter vt in canonicum recipiat, & sua bona ei retine- re liceat p̄ p̄benda, clerici quoq̄ ecclesiæ pure consentiant: huiusmodi receptio fieri potuit absq̄ scrupulo simoniç. Adiicit in cauda q̄ licet taliter responderit, cum ei de mani- festis tantummodo datū sit iudicare, si tñ is qui donationē facit, ea intensione ducatur, vt per tēporalia bona quæ of- fert, spiritualia valeat adipisci, & clerici qui eum in fratrē admittunt, non essent eum nisi temporalia commoda p̄ci- perent admissuri, apud deū vtriq̄ culpabiles iudicant. Nec intelligitur hoc de temporalibus cōmodis per clericos im- bursandis, cum iuxta casus positionē sua bona sit in p̄ben- dam retenturus. Et certe idem est an sua vel ecclesiæ cōmo- da quærant vel etiā pauperū pro spirituali ministrando: vt est textus in.c.ex multis.j.q.iij. ¶ Ad septimum quid re- sponderi debeat, patet ex ijs q̄ in corpore q̄stionis de serui- tio dicta sunt. Quod autem dicit Hostien. licitum pacisci de seruitio pro certo stipendio donec prouideat de benefi- cio, cum modificatiōe q̄ non exprimatur seruitiū spiritua- le: illic tremore trepidat, vbi non est causa metuendi. Nam pro operis & labore seruitutis spiritualis (vt supra dixi) li- cet pacisci, vt passim per vniuersam ecclesiam fit, cum offi- cialibus ad curas vel ecclesias vel ad cantum. Quod addit licitā esse promissionē stipendij sub conditione donec ei p̄- uideat &c. extante quoq̄ conditione promissionis obliga- tionē resolui, verū dicit quo ad vltimā clausulā: videlicet q̄ conditione extante resoluit & perit obligatio exsoluēdi sti- pendiū, sed ve illi cui p̄pterea cōfert vt obligatio cesset, cū certū sit eo casu spirituale nō gratis cōferri. Sed si pactum (vt communiter in similib⁹ pacisci solēt hoīes) fiat q̄ post adeptū beneficiū cōtinuare debeat seruitiū, est simonia cō- uentionalis, ex quo tunc cōuētū est vt ex post p̄ bñficio ser- uiat. Et quanuis hoc forma verborū nō habeat: satis tñ vi- detur in hoc q̄ promittitur salariū donec p̄uideatur de be- neficio, quasi tūc gratis &c. Et certe si ante p̄uisionē de be- neficio deseruire desistat, nō erit dñs ad salarij solutionē obligat⁹. Intentio ergo paciscentiū videt̄ q̄ continuari de-

beat seruitium sine salario in beneficij adeptione! Nec di.c. tua nos.de simonia.probat licitum esse vt quis intentione minus principali pro beneficio seruiat, quia textus indistincte dicit ꝙ si ea intẽtione ducatur, vt per bona temporalia adipiscatur spiritualia : ex hoc reum constitui apud secretorum cognitorem deum. Tamen ibi ꝑsumitur ꝙ ille spiritualem ꝓfectum specialiter intenderit, ex quo solum sua bona petebat sibi dimitti in prębendam. ¶ Ad octauũ respondeo ꝙ licet illa de quibus in argumento, sunt act⁹ spirituales per comparationẽ ad spiritum humanum, non tamen sunt spirituales ad spiritũ increatum, sic ꝙ ab eo miraculose ꝓcederent, vel aliquẽ effectum per se miraculose darent. Addo de per se, quia per accidẽs informatio iustitię facit hoĩes iuste viuere, sicut visio ipsi⁹ vię est causa rectę ambulationis, cum tñ illam non efficiat. ideo potius dicitur causa sine qua non, vt multi doctores etiam dicũt de intellectione respectu actuũ voluntatis : etiam supposito ꝙ sit spũalis per cõparationẽ ad spiritũ increatũ, adhuc licet in illis locare operas, vel stipendiũ vitę accipere, quãdo alias ad hmõi actus gratis faciendos homo non tenetur. ¶ Ad nonũ quo ad primã partẽ de collatione sacramentorũ vel cogiẽ metu conferre indigno, & nullatenus licet, ꝓhibẽte dño: ne sanctũ demus canibus. Mat. vij. In talib⁹ nãꝗ metus culpã est alleuians, sed non excludit. ca. sacris. de ijs quę vi metusve causa fiũt. Vel cogiẽ metu, sacramẽtum conferre dignis, & tũc licet distinctio de hoc an ne hoc casu tẽpore quo ministrare debet cogiẽ, vel tẽpore ꝓ quo non teneẽ, seruiat ad sciendũ an metũ inferẽs excusari possit a culpa: non tñ releuat conferentẽ ꝓpter metũ, ex quo gratis non confert, sed ꝓpter rerũ aut bonorũ fortunę aut corporis cõseruationẽ simoniace confert sacramẽta. Et ibi notari põt casus quo licite quis cogiẽ ad factũ ꝑ superiorẽ quod verisimiliter simoniace explebit. Circa hoc tñ aduertere ꝙ metũ passus vt sacramenta cõferat, põt duplicẽ habere intentionẽ. primã ꝙ ꝓ rebus conseruandis aut vita vult ꝑ tunc occupari, & operas suas impendere ministerio sacramentorũ, & distrahi a quiete vel alijs quib⁹ decreuerat intẽdere, & tñ forsitã acquisiturus erat lucrũ: & sic excu-

satur a simoniatimo & a peccato, si alias velit sacramenta gratis conferre, sic q nihil pro sacramento nec lucrum nec euitationem dãni. Aliam autẽ habere potest non ęstimando suas operas, vel impedimentũ ab alijs, aut interesse lucri cessantis, sed simpliciter nollet ꝓximo illum spiritualẽ fructum, sed propter damni euitationem vult conferre sacramentum, & tunc ponit sacramenta sub precio, & ꝓcedit quod prius dictũ est, videlicet q simoniace confert ꝓpter metũ. Et idem iudicium est si actũ ipsum aut operationẽ ministrandi ꝓpter lucrum vel dãni euitationẽ fecerit, cum ipsum ministrare oporteat gratis fieri, cũ hoc sit non gratis dare ipsum qđ gratis fieri debet. Quo ad aliud de resignatione iuris spũalis seu beneficij distinguendũ est, vel cõpellitur metu resignare in vtilitatẽ hęretici, vel eius qui alias est indignus: & non licet ob quẽcunq metũ hoc pręambulum suę promotioni dare. Vnde Amb. Cum sub comminatione mortis ei pręceptũ erat tradere &c. in lib. quẽ Valentiniano imperatori porrexit, tunc mihi dicitur a sacerdotibus, non multũ interest vtrũ volens relinquas, an tradas altare Christi. Cũ enim reliqueris, trades. Atq vtinã mihi liquido pateret q Arrianis minime ecclesia traderetur: spõte me offerrem tuæ pietatis arbitrio. vt patet epistola eius. xxxij. Et quo ad hoc differentiam facit inter ecclesiam & agros in oratione quã in Auxentium composuit, & suorũ consolationem Non faciant de agris inuidiã, tollant eos si libitum est. non dono imperatori, sed nõ nego. infra tributũ cęsaris est, nõ negatur. ecclesia dei est: cęsari vtiq non debet addici: quia ius cæsaris esse non põt dei tẽplum. & epistola. xxxiij. Mandaẽ, Trade basilicã. respondeo, Nõ mihi est fas tradere, nec tibi accipe imperator. expedit domum priuati &c. vt in. ca. conuenior. xxiij. q. viij.

¶ Decimi argumenti solutionem nulla habent exemplaria: sed neq q̃stiunculas habent que pro more Louaniensis academia principali questioni solent annecti. Cum enim huius de simonia questionis explicatio esset longissima: non potuit eam preclarissimus dominus Cancellarius horarũ ferme trium spatio: quantum erat meditatus: pronunciare. Postea vero nihil amplius quam publice dixerat. scripto collegit: eoq tumultuario: et stu-

dioſorum magnorumq virorum precibus extorto. Porro cũ hec imprimerentur: commodum illuſtriſſimus hiſpaniarum princeps: archidux Auſtrie: Burgundie ceterorumq dux Carolus: paternis ditionibus: quod felix fauſtumq ſit: auſpice deo inaugurabatur: atq ob id Cancellarius ipſe (qui alteri Alexandro magno alter obtigit Ariſtoteles) eum ad ſingulas prouincias comitatus: vſqueadeo fuit arduiſſ. mis negocijs veluti obrutꝰ: vt vix magnatibus eius fuerit adeundi colloquendiq copia. Quanto minus ei vacare potuit vt ad hec ſeſe accommodaret: preclara quidem illa ac vtiliſſima: ſed patrie: ſed reipu. ſed communi omnium ſaluti (que quidem ex principe per huius pendet conſilia atq inſtitutionem) poſthabenda. Proinde candide lector quod nacti ſumus: quãquam mutilum: impertimur. Tu vero ne ingratus ſis: hanc precioſam margaritam magno ſtudio compara: et letaberis.

❧ Sequitur de corrupto iudice.

❧ Quodlibetica quæſtio decima eiuſdem, anno a ſalute humana. 1505. in ſcholis artium eiuſdem ſtudij ab ipſo diſputata.



TRVM LEVITATIS ET corrupti animi iuſte culpetur iudex, qui etſi non facit, tamen vbi pecunia offerretur, iuſtitiam pro munere ſeruaret aut proſtitueret, vel ſaltem in eum adduceretur affectum, vt cuperet contra iuſtitiam ſententiam licite ferri poſſe? Hæc queſtio duo ſupponit, & quærit tertium. Primum ſuppoſitum, ꝙ miniſtrare iuſtitiam pro munere ſeu pecunia, ſit peccatum. Secundum: optare vt aliquid liceat, vel ſine peccato contra iuſtitiam fieri poſſit, eſt culpabile & peccatum. Et tertio quærit an is qui ſic diſpoſitus ac affectꝰ inuenitur, vt oblato munere in alteram partium illarum flecteretur: ex hoc culpari debeat leuitatis & animi corrupti. A

¶ In hac quæstione protestationem sanę fidei suppositam habens, vtrincꝫ ea inducam quę magis facere mihi videntur ad perplexitatem. Et primo ꝙ liceat iudici pro munere seu mercede seruare iustitiam, quãuis non prostituere: arguitur primo. Sine peccato vendit aduocatus iustum patrocinium, & iurisperitus rectum consilium, vt est Augu: sententia in. c. non sane. xiiij. q. v. ergo licet iudici &c. Consequentia tenet, quia ęque venditur per iurisperitum iustitia in recto consilio, & per aduocatũ in iusto patrocinio, sicut per iudicẽ in iusto iudicio. Nec obstat diuersitatis ratio quam prętendere videtur Augu. quia videlicet iudex testes quocꝫ medij adhibentur inter vtrãcꝫ partem, aduocatus vero & iurisperitus ex vna tantum parte cõsistunt: quia aduocatus & iuriscõsultus adhibentur ad remõstrationem iustitię, quam vtracꝫ partium, modo non perperã & male agere velit, quærere debet. ergo. ¶ Secundo sic, Assessor qui adhibetur vt oculus iudicis, in quacũcꝫ causa etiam spirituali licite capit salariũ ꝓ suo ministerio, iuxta c. statutum. in. §. assessores. de rescriptis, lib. vj. & plus facit ad decisionem & sententiam quam iudex ipse: ergo similiter licet iudici pro suo labore & ministerio &c. Et cõfirmatur: quia consulens est causa effectiua eorum quæ fiunt in ciuitate. ij. Physico. ergo si licet assessori mercedẽ siue salarium capere suę efficientiæ, nihil videtur idem ꝓhibere in iudice. ¶ Tertio sic, quia iustum est vt illi consequantur stipendium qui pro tempore suum commodare reperiũtur obsequium. xij. q. ij. charitatẽ. Item nemo cogitur de suo beneficium facere. x. q. ij. precariæ. Item nemo cõpellitur suis stipẽdijs militare. j. ad Corin. ix. ergo licet iudici ad ꝓportionem & ꝓ rata laboris stipendium a partibus capere. Et confirmatur: quia omnes fatentur arbitrũ posse stipendiũ capere. ita decidit Spec. ti. de arbi. §. fi. versi. sed nunquid arbiter. & sequuntur doctores in. ca. cum ab omni. de vi. & hone. clerico. nec minus sententiã dicit & inter partes iustitiã ministrat quam iudex alicuius. ergo. ¶ Quarto per locum a relatiuis, quem inter alios tradit philosophus. ij. Rhetor. Nam si vni iuste ac bene agere interest, & alteri pati intererit: & si imperasse, etiam fecisse arguit, vt

Nycomedon publicanorũ princeps arguit: si vobis locare turpe nõ est, nec nobis cõducere. sed absq; peccato põt qs iudici pecuniam dare vt recte ac iuste pronunciet, quemadmodum & preces interponere, seruitium impẽdere, cõminationes per superiorẽ vel semetipsum aut amicos inferre vt a iusto nõ aberret, est enim quo ad rectitudinis seu iustitiæ causam idem de mũere a lingua vel obsequio, qđ de munere a manu. ergo Minor patet: quia dicit Augusti. in d. capitu. non sane. Cum iudicia & testimonia falsa venduntur, multo sceleratius pecunia sumitur: quia scelerate etiam quanuis a volentibus dat. innuẽs cum pro iusta sententia quis dederit, ipsam turpitudinem nullam cõtinere. Et confirmatur: nõ licet pro quocũq; bono inducere proximum ad peccatum. ad Ro. iij. Non sicut blasphemamur, & aiunt, nos quidam dicere, Faciam⁹ mala, vt inde eueniãt bona. & ad Ro. j. Digni sunt morte non solum qui faciunt sed qui consentiunt facientibus. sed offerens pecuniam inducit iudicem vt capiat. ergo si offerens ipse non peccat, nec iudex ¶ In oppositũ videtur primo, quia sententiæ venales sunt ipso iure nullæ: vt est textus. C. qñ prouocare nõ est necesse. l. venales. vbi dicitur, Venales quoque sententias quæ in mercedem a corruptis iudicibus proferunt, citra interpositæ prouocationis auxiliũ infirmas esse decretum est. Idem. ij. q. vj. §. venales. Nec obstat quantumlibet paruum mun⁹ acceperit, quia vilior est quo minoris se aut iustitiam vendiderit. Vnde volunt docto signãter. Panormitanus in cap. & si quæstiões. de simonia. quãuis ex paruo munere non præsumitur simonia: nihilominus si ordinator nõ cõsueuit sine precio ordinare; & clericus ei offert rem parui præcij, iudicabitur simoniacum: quia consuetudo patrisfamilias est attendenda. c. illo nos, de pignorib⁹. & l. qui semisses. ff. de vsuris. & ideo dicit in textu dici maxime, quia præter illa tria sunt quædam etiã alia attendẽda. Et confirmatur: quia non solũ canonica immo ciuilis sapiẽtia res sanctissima est, quæ ꝑcio nũmario nõ fit æstimãda nec dehonestanda, cũ in iudicio honor petitur, q in ingressu sacramenti offerri debuit. sacramẽti. i. studij. secũdũ gl. qđ res sacra est, ff. de varijs & extraordinarijs cogni. l. j. pro-

pter quod ibi decernitur ne preses professoribus ciuilis iuris ius dicat: secus de preceptoribus studiorũ liberaliũ, & medicis. ergo quemadmodũ ibi de philosopho dicitur, etiã oportet iudices mercenariam operam spernere. Secundo quia Michee. iij. dicitur, Iudices eius in muneribus iudicabant, sacerdotes in mercede respondebant, & ꝓphete eiꝰ in pecunia diuinabant, & super dominũ requiescebant &c. & infra. Propter hoc causa vestri sion quasi ager arabitur & Hierusalem quasi aceruus lapidũ erit &c. Quod Hiero. etiam ad iudices nostri tẽporis recte transferri posse ostẽdit solues arg. qđ ab exẽplis veteris testamẽti sumi posset de quarta ꝑte sicli in manu Saulis &c. j. q. j. iudices. Et est expressa sententia Greg. Qui recte iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in deum perpetrat: qa iustitiam quam gratis impertiri debuit, acceptiõe pecunie vendidit. Bonis male vtunt, qui pro temporali lucro iuste iudicant. Tales quippe ad veritatem nõ iustitiæ defensio. sed amor præmij prouocat: quibus si spes nummi subtrahitur, confestim a iustitie cõfessione recedũt. Acceptio nũmorum ꝑuaricatio veritatis est. Vnde et pro iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. xj. q. iij. qui recte. ibi glo. notat intentionẽ corruptam esse, sicut in vsura. Si dixeris ꝙ ista procedũt de munere alliciente & peruertẽte, nã hoc modo limitat textus in. c. etsi quæstiones. de simonia, dictã auctoritatem Esaie xxxiij. Beatus vir qui excutit manꝰ suas ab omni munere: non releuat in totũ: quia psal. xiiij. indistincte dicit, Qui non dedit pecuniam suam ad vsuram, & munera sup innocentem id est aduersus innocentem nõ accepit. & additur in fine psalmi, Qui facit hæc, non cõmouebitur in eternum. ergo vt infert Hiero. lib. ij. cõtra Ruffinũ in fine, qui non facit hec, iam corruit in æternum. sed ꝓceptum negatiuum æque complectitur paruum vt magnũ, vt patet in vsura, in adulterio, homicidio, & huiusmodi ergo. ¶ Tertio quia ꝓceptũ habemꝰ iuste exequi qđ iustũ est, & opus dei non facere fraudulenter. Vnde Deute. xvj. iudicibꝰ precept um est: Non accipies personam: nec munera: quia munera excæcant oculos sapientium: & mutant verba iusto-

rum: iuste quod iustũ est exequaris, vt viuas &c. sup quo Gre. Iniuste quod iustum est exequitur qui ad defensionẽ iustitię nõ virtutis ęmulatione, sed amore pręmij tẽporalis excitatur, & iustitiam quam p̃tẽdit, vẽdere non veret. Iuste ergo iustũ exequi est in assertione iustitiæ ipsam iustitiam quęrere. & Hiere xlviij. Maledict⁹ qui facit opus dei fraudulẽter &c. vbi glos. Fraudem in dei opere perpetrat, qui se inordinate diligens, per hoc quod recte agit, ad remunerationis transitoriæ bona festinat. Tribus autẽ modis fraus ista committitur, quia aut tacita cordis humani gratia, aut fauorum aura, aut res quęlibet exterior desideratur, contra quod per prophetam dicitur, Beat⁹ qui excutit &c. quia nõ solum fraus in acceptione pecunię est, nec munus vnum est. Tres enim sunt acceptiones numerũ ad quas ex fraude festinatur. Munus est enim a corde, capta gratia a cogitatione: munus ab ore, gloria per fauorẽ: munus ex manu, pręmium per dationem. Iustus vero ab omni munere manus excutit: quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu quærit recipere dationẽ. Solus in dei opere fraudem non facit, qui cum in studio actionis vigilat: nec ad corporalis rei pręmia, nec ad laudẽ verba, nec ad humanã gratiam anhelat. ¶ Quarto sic, Vel iudex accipit munus ne iudicet iniuste, vel vt iudicet iuste, vel tertio vt contra iustitiã iudicet, sed quodlibet horum fuerit, turpiter accipit, & põt ab eo condici, ergo. Prima pars minoris patet; quia accipit ob id ad quod alias tenetur: ac si caperet ne homicidiũ aut sacrilegium faciat. & quia solum de parte iudicis turpitudo versat, potẽst qui donauit ab eo cõdicere. l. j. ij. & ff. de condi. ob tur. causam. & est textus generalis ad literam l. quotiẽs. C. eod. titul. Secũda pars patet, quia iurę naturę diuino & humano obligat iudicare iuste, ergo turpiter accipit: imo ꝙ donãs possit ab eo cõducere, videtur per. c. nõ sane. xiiij q. v. vbi hoc tenet glos. soluẽs. l. ij. ff. de condi. ob tur. causam. quæ nisi recte intelligatur, videtur contra facere. Et Archidiaco. eod. c. nõ sane. si dat vt iudex tantum pro se ferat iustamsententiam, & de hoc protestet: potest repetere: & illa protestatio excludit pręsumptionem quã

d.l.ij.ff.de condi.ob tur.causam.inducit.& hoc pleni⁹ tractans Panor.in.c.cum ab omni.super quo glo. postquã recitauit opinionẽ Bar.in authentica,nouo iure. C. de pœnis iudicum qui male iudicauerunt,dicit,satis putat ex circumstantijs hanc quæstionem esse decidẽdã: vt si verisimiliter timebat grauari,habeat locũ prima opinio ꝙ possit repetere,alias secus: quia prima fronte est ꝑsumptio cõtra dãtem ꝙ voluerit corrumpere iudicẽ. Et in hoc dicit notandã glossam quæ dicit,nisi manifeste probetur contrariũ &c. sed vndecũꝗ sit, potest condici a iudice vel per donantem, vel per fiscum cuius est talia iniuste acquisita excutere: iuxta.l.Lucius.ff.de iure fisci. Similiter in tertio mẽbro,quia & turpiter datur,& turpiter accipit,condicendũ est a iudice,sed per fiscũ. Fortasse dices,iudex turpiter accipit quando pro munere principaliter iustitiã seruare promittit,secus si solum minus principaliter. Nam,vt dicunt doctores licet pro seruitio conferre beneficium,& pro beneficio seruire,dum hac spe principaliter non ducatur, vt dicit glo.in c.cum essent.in verbo promiserat. Similiter licet dare mutuũ sub spe secundaria aliquid recipiendi,vt de hoc est gl. ca.cõsuluit.de vsuris.q̃ verbum saluatoris, Mutuũ date nihil inde sperantes: limitat, sperãtes sup.causa mutui in spe lucri principaliter posita,secundario tamen aliquid sperare non puto malum, vt & ipse seruiat illi.arg.lxj.distin.quid proderit. Contra , siue fuerit causa principalis siue minus principalis,ipse constituit sibi munus tanquam preciũ vel partem precij,pro quo iustitiam facit: & sic eam vendit, sicut si vendo domum pro mille reneñ.& vno stufero,nolẽs stuferum ipsum de precio detrahere: ego realiter vendo ꝑ illo stufero vt parte precij,ergo &c.¶ In hoc articulo tanguntur tres difficultates arguendo vtrinꝗ. Prima an act⁹ virtutis potest mercenarie exhiberi intẽdendo lucrum vel mercedem aliquem . Secunda, an pro labore adhibendo, vt iustum ab iniusto secernens verum iustitiæ obiectum quod iustum dicitur decernat : licet mercedem aliquam seu stipendium sumere . Tertia , an licet eum qui alias iustitiam ministrare non tenetur , vel forte etsi tenetur, non satis laborabit nisi munere sit allectus , an licet illum

munere conducere vt iustitiam seu iustum in pronunciando seruet. ¶ Pro horum decisione pono aliquas ꝓpositiones. Prima quasi præambula est hæc. Impossibile est opus moraliter bonum quantũlibet paruam inordinationẽ continere, quamuis idem homo potest simul circa eandẽ materiã bene moraliter agere, & peccare. Prima pars patet, quia in Dionysio quarto de diuinis nominibus, Bonũ est ex integra causa, malũ autem ex singulis defectibus. & secundũ Philosophum. ij. Ethicorum post descriptionẽ virtutis. bene agere cõtingit tantum vno modo: (intellige quia actio debet talis esse vt recta ratio requirit) male aũt multifariam. Est enim virtus se habẽs ad vitiũ superabundantię & defectus sicut ęquale se habet ad maius & min⁹: vt si aliquid subtrahas vel adieceris, adimas bonitatem. ergo nulla inordinatio quantumcunque parua stat cum morali bonitate. Item Genesis. iiij. secundũ trãslationem. lxx. dicitur, Si recte offers, recte autẽ non diuidis, peccasti: quiesce: quod Aug. tractans. xv. de ciuitate dei. c. vij. Recte inquit offertur sacrificium cũ offertur deo vero, cui vni tantũmodo sacrificandum est. Non autem recte diuiditur dum non discernũtur recte vel loca vel tẽpora vel res ipsę quę offeruntur, vel q̃ offert, vel cui offertur, vel ij quib⁹ ad vescendum distribuitur quod oblatum est: vt diuisionẽ intelligamus hic discretionem: siue cum offertur vbi non oportet, siue ꝙ alibi non vbi oportet: siue cũ offertur qñ non oportet, siue ꝙ non tũc sed alias oportet: siue cum id quod nusquã & nunquã: siue cum electoria sibi eiusdẽ generis rerũ tenet homo q̃ sunt ea q̃ offert deo: siue cũ eius rei quæ oblata est fit particeps ꝓphanus &c. cõcludens ibi illud. j. Ioã. iij. Nõ sicut Cayn, q̃ ex maligno erat, & occidit fratrẽ suũ. & cui⁹ rei gratia occidit fratrẽ suũ? quia opa ei⁹ maligna erãt, fratris aũt bona. datur intelligi deũ nõ respexisse ad munera Cayn, quia hęc ipse male diuidebat, dãs deo aliquid suũ, sibi aũt seipsum. Q̃d oẽs faciũt q̃ nõ dei sed suã sectantes voluntatẽ, nõ recto sed ꝑuerso corde viuẽtes offerunt deo tantũ munus quo putant eũ redimi vt eorũ nõ opituletur sanandis prauis cupiditatibus, sed explendis. Vtrãq; partẽ dictę ꝓpositionis simul exemplariter ꝓbo:

A

B

si quis velit saluare innocentem per mendaciū officiosum, illa voluntas est mala, nec quicquā meretur: sed vbi distinctis voluntatibus voluerit saluare innocentem, & cū hoc simul velit mentiri officiose: nihil impedit primam voluntatē esse bonam & meritoriā. similiter velle opus de genere bonū deformatum venialiter ex circunstantia, est voluntas mala: tamen velle hoc opus de genere bonum absolute est voluntas bona, & non deformatur p coexistentiam voluntatis qua optat id quod ex circūstantia venialiter deformat: nec obstat de mendacio obstetricum Exodi.x. quibus dominus ędificabat domos, quia non ędificauit eas illis p mendacio, vt habet textus, sed quia timuerunt deum, nec videntur voluisse paruulis seruare vitam illo mēdacio, sed sibiipsis, negando scilicet ꝙ contra regis præceptum fecerant. Et si forte etiā paruulis, vt videtur supposuisse Grego. dico ꝙ absq; dubio volūtas illa fuit mala: nec est inconueniens dn̄m remunerare actum malum tēporaliter, propter bonitatem in eo cōmixtam malitię: quia vt Aug. opinatur, regnum orbis donatum est Romanis ꝓpter eorum iustitiam, quā tamen dicit eosdem fine honoris inquinasse & imūdanę glorię, referēdo in huiusmodi sua opa iusta.

C ¶Ex hac ꝓpositione sequiť primo, Qui vult bene agere, deo placere, iuste iudicare, liberalē, fortem, magnanimū, temperatū se exhibere propter honorem, corporis salutē, hominum gratiam, vel pecuniam, aut aliam quālibet temporalem mercedē, siue intendat vt finem totalem, siue vt finem partialē actu, nec iustus nec liberalis nec magnanimus est: sed agit male, & peccat. Probatur exēplariter de fortitudine expressa sententia Aristo.iij. Ethico. vbi inter quinq; modos falsæ similitudinis ad fortitudinē prim⁹ est dum quis subit pericula ꝓpter metum. Secundus dum ꝓpter honorē, vel fugiēdam vituperationem. Sed primi inquit deteriores sunt, ꝙ non pudore sed metu ducti illud agunt. nam pręfecti recedentes a pugna verberib⁹ redire cōpellūt. Tertius quia peritijs rerū iuuať fortitudo. Quartus cum ira fortitudo dicitur, Videntur eñ fortes qui per iram ceu ferę bestię in pcussores feruntur. in quo modo fatetur ꝙ concitatio seu ira fortes adiuuat, si faciunt propter

decus.non est igitur fortitudo si dolore aut ira concitati in periculum feruntur,nihil præuidentes eorum quæ incurrunt.nam sic asini quoq; fortes essent,cum nec verberibus quidem a pabulo remoueri possint. sed qui per hæc agūt, pugnantes quidē sunt,& non fortes.non enim decore nec ratione,sed perturbatione animi id agunt. Quintus,neq; fiducia.nā ebriosi tale aliquid faciunt. fidentes em̄ fiunt cū ebrij sunt.cū vero non sunt ebrij,pericula fugiūt.vere autem fortis est,quę terribilia hominib⁹ videntur & sunt,ea subire:quia decorū est ita facere,& turpe non facere. Concludit.qui quę oportet,& cuius gratia,quando & vt conuenit sustinet,ac metuit & audet,is fortis est.vt em̄ dignū & vt ratio pręcipit,patitur & agit vir fortis.finis autē cuiuscunq; actionis est secundum habitum.forti vero fortitudo decoris videtur.talis igitur & finis:& singula ad finem terminantur.decoris autem causa vir fortis subit atq; agit fortitudinis opera. & vi.Ethi.nam & iusta agētes quosdā nōdum iustos esse dicimus: vt eos qui faciunt ea quę legibus sunt instituta inuiti vel ob ignorationem vel ob aliud aliquid,& non propter ipsa, vt qui agunt ea q̄ oportet & qd' oportet agere studiosum, sic vt videtur aliqualiter se habentē ad singula vt bonum sit: dico autē puta p electionem,& ipsorum quę agūtur gratia. Electionem igitur rectā facit virt⁹:quęcūq; aūt illius grā fieri nata sunt,ea non sunt virtutis,sed alteri⁹ potentię. ergo q̄ in actu vltra intēdit q̄ decorem venustatem pulchritudinem seu decentiam virtutis,non agit vt actū virtutis agere cōuenit, & per cōsequens male moraliter. Idē aperte tradit Seneca epistola lxxxij.ad Luciliū, Omnia agenda sunt vt quam gratissimi sim⁹.Nostrū enim in hoc bonū est: quemadmodum iustitia non est (vt vulgo creditur) ad alios pertinens : magna pars eius in se redit.nemo nō cum alteri prodest,sibi profuit.non eo nomine dico,quo volet adiuuare adiutus,protegere defensus:quod bonū exemplum circuitu ad facientem reuertitur, sicut mala exempla recidūt in autores:nec vlla miseratio cōtingit his qui patiunt iniurias,quas posse fieri faciendo docuerūt:sed quod virtutum omnium precium in ipsis est.nō enim exercentur ad pręmiū:recte fa

D

cisse merces est. Gratus sum, nō vt alius mihi libenti⁹ pręstet, priori irritatus exemplo: sed vt rem iucundissimam ac pulchetrimam faciam. Gratus sum, non quia expedit, sed quia iuuat. Hoc vt scias ita esse, si gratū esse nō licebit nisi vt videar ingratus, si reddere beneficiū non aliter q̄ p̄ speciem iniurię potero: æquo animo ad honestum cōsiliū per mediā infamiam tendam. Nemo enim mihi pluris ęstimare videtur virtutē, nemo illi magis esse deuotus, quam qui boni viri perdidit famam, ne conscientiā perderet. Eiusdē sententię videtur Aug. nā epistola. lij. scribens Macedonio inquit, Nemo eñi potest veraciter esse amicus hominis, nisi fuerit ipsi⁹ primitus virtutis. quod si gratis nō fiat, nullo modo fieri potest. Idem probatur sententia Saluatoris Matth. vj. Attendite ne iustitiam vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis. Et ibi, Nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera tua. vbi sinistra appetitio laudis, dextera intentio implendi præcepta. Super quo Augu. Multi foris faciunt, & intus non faciunt, qui vel ambitione vel alicuius rei temporalis gratia videri volūt misericordes: in q̄b⁹ sola sinistra opari existimanda est. Item alij quasi mediū inter vtrosq; locū habēt, vt & intentione quę in deum est eleemosynam faciant, & tamen inserat se huic optimę voluntati nonnulla etiā laudis vel cuiuscunq; temporalis rei & fragilis cupiditas. sed deus multo vehementius prohibet in nobis solam sinistrā operari, quando etiā misceri eam p̄hibet operibus dexterę. Agitur enim de corde mundando: quod nisi fuerit simplex, mundū non erit. Simplex autē quomodo erit, si duobus dominis seruit, nec vna intentione rerū ęternarum purificare aciem studet, sed eam mortaliū quoq; & fragiliū

E rerum amore obnubilat? ¶ Secundo sequitur, ergo iustitiā actualem quę virtuti iustitię respondet, nemo vēdere potest quātūcunq; velit. & est illud velle monstri cuiusdam impossibilis, quemadmodū si hominē velis gratis diligere propter pecuniam. ¶ Pro cui⁹ intellectu aduerte, si iustitiam capiamus p̄ iure seu obiecto iustitiæ quę dicit rectitudinem moralem circa opera iusta: illam potest quis vendere, sicut & veritatem: sed rectitudinem illam & decus

ipſum ſeu honeſtatem actus non habet, cum pro pecunia ſeruare intendit. ¶ Obijcies forte, ſecundum Augu. j. lib. de libero arbitrio, bona voluntas eſt qua appetim⁹ recte honeſteq; viuere, & ad ſummam ſapientiam peruenire: qua quid tam in poteſtate voluntatis, quã ipſa volũtas ſua eſt? quam quiſq; dum habet, bonũ id certe habet quod terrenis omnibus regnis voluptatibuſq; omnibus corporis longe anteponendum ſit. Quiſquis autem nõ habet, caret ꝑfecto illa re quam præſtantiorem omnibus bonis in poteſtate noſtra non cõſtitutis ſola illi volũtas per ſeipſam daret. Itaq; cũ ipſe miſerrimũ iudicet ſi glorioſam amiſerit famã, ingentes opes, & quælibet corporis bona: tu eũ non miſerrimum iudicabis, etiam ſi talibus abundet omnibus, cũ his inhæret q̃ amittere facillime poteſt, neq; dũ vult habet, caret aũt bona volũtate, quę nec cõparãda eſt cũ iſtis: & cum ſit tam magnum bonũ, velle ſolũ opus eſt vt habeatur? Cõcludit, Placet beatum eſſe hominẽ dilectorẽ bonę voluntatis ſuę, & prę illa contemnentem quodcunq; aliud bonum dicitur: cuius amiſſio poteſt accidere etiã cum voluntas tenendi manet. Sed qui vult recte viuere ꝓpter pecuniam, propter honorem, vel fugiendũ conſcientię remorſum, vult recte viuere: cum valeat argumẽtũ a parte in modo ad totum. ergo talis eſt bonę voluntatis. & ꝑ cõſequens iſtud corollarium ſecũdũ non continet veritatẽ. ¶ Reſpondeo breuiter ad minorẽ: ſicut velle aliquid gratis facere propter pecuniã, nõ eſt gratis facere: ſic velle recte viuere propter pecuniã, non eſt velle recte viuere: nec velle placere deo mercenaria intentione propter terrenas opes, eſt velle deo placere. Iam certum eſt non eſſe partẽ in modo de qua totum nõ prædicetur. vnde & Augu. ibidẽ de malis bene admittit ꝙ volũt beate viuere: ſed nõ, ꝙ recte viuere: & ergo miſeri homines non adipiſcũtur quod volunt, ſcilicet beatam vitam. illud enim cui comes eſt, & ſine quo nemo dignus eſt, nemo aſſequitur, recte ſcilicet viuere nõ volũt. Secunda ꝓpoſitio, Peccat qui precium ſeu munus requirit vel oblatum capit ꝓ eo ad quod obligat⁹ exiſtit. Nec licet ob quãcũq; temporalem vtilitatem, ſi non parati animi fuerit ad capiendũ, eidem offerre. Prima pars

patet, quia accipiens vt non occidat ne sacrilegiũ aut furtũ faciat, vt depositum reddat &c. turpiter accipit, & potest ab eo condici: vt est textus. ff. de condi. ob tur. causam. l. ij. & l. fi. Præterea qui metu facit id ad qđ ex pcepto tenet, eo ipso peccat: vt qui non furat quia timet iudicari. de pœ. di. j. si propterea & per regulã iuris, Qui timore. & per Gra. xxiij. q. vj. c. fi. ad longũ. Itẽ. xxiij. q. v. ad fidẽ. Augu. cõtra Petilianũ, Legibus quæ aduersus nos cõstitutæ sunt non eis benefacere cogemini, sed malefere prohibemini. nã benefacere nemo potest nisi elegerit, nisi amauerit: qđ in libera est voluntate. ergo similiter peccat dum prẽmio aut munere facit quod ex præcepto facere tenetur: & ad minº
G (vt supra induxit) admiscet se sinistra operi dexterę. ¶ Ex hoc sequitur correlarie ꝙ sicut testis nihil capere potest ꝑ dicenda veritate, & cauenda falsitate: ita nec iudex vt iuste pronunciet, vel caueat ab iniusto: potest tamen pro labore moderatum stipendium capere, nisi ex alia causa ad iudicandum obligetur. Et ergo iuxta communem doctorum resolutionem ordiuarius nullũ põt stipendiũ ꝑ labore iudicandi petere: nec eius delegatus ad vniuersitatẽ causarum: secº cum ad particularem causam: quia ille repsentat idem tribunal cum ordinario: & ita ad hoc habet ab ordinario stipendiari: & põt ab eo condici quicquid a partibus ꝑ labore iudicandi susceperit. sed manet ei actio in ordinarium. Cuius simile est, princeps stipendiatur vt patriã tueatur, substituit: & illi substituto, quod eius oneri eẽ debet, noua stipendia exoluuntur, ac si princeps nihil &c. de hoc vide do. in. c. cũ ab om̃i. de vi. & honesta. cle. & Specu. in ti. de salario, sed delegatus a papa nihil debet capere vt sic, præter expensas victualium qñ ꝓficisci debet extra domicilium. c. statutũ. de rescri. li. vj. Sed quid si tenuiter est beneficiatus, vt inde viuere nequeat honeste: an possit aliquid capere? Respondet Pe. de Anchara. quod non, q̃a tenetur principi obedire. Panormitanus in d. ca. cum ab om̃i hoc carpit: quia seculari etiam tenetur obedire suus delegatus. & tamen licite capit. Sed certe obiectio nulla est, cum princeps spiritualis scilicet papa mandat hic laborem iudicandi gratis impendere, quod non præcipit princeps se-

cularis. verũ quia hoc mandat ex supposito & respectu ꝙ beneficia habeant vnde honeste viuere possint, & cessante causa &c. Fateor, cum non satis eis prouisum in beneficijs sit, vt pro gradu & conditione personæ honesteviuere possint: poterunt pro labore iudiciarij oneris moderatũ stipendium capere, sed pro labore. Nam si vtantur accessore, & nihil iudiciarij oneris perferant, sed præsentiam personæ H
quasi statuæ exhibent: nec sportulas nec quicquam capere possunt, etiam vbi iure ꝑmissum esset, nã diuina lege permissum erat Iudęis opprimere vsuris extraneos, & libello repudij dato aliã vxorẽ ducere, vt est tex. de primo Deuter. xxiij. de secundo Deutero. xxiiij. Quod tamẽ eis mini me licuit, vt est communior sentẽtia doctorũ. minus ergo ex permissiõe põtificij iuris inferri põt ꝙ liceat. facit. c. pri uilegia. iij. dist. Nõ obstat. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. quia ꝓcedit de auctoritate legis diuinæ & hoc cõcedentis, nõ ꝑmittentis solũ de humanis legibus. Augu. sententia est ad Macedonium epistola. liiij. Iustitiã quippe nemo male habet: & qui non dilexerit, nõ habet: pecunia vero & a malis male habetur: & a bonis tanto meli⁹ habetur, quanto minus amatur. sed inter hęc toleratur iniquitas male habentium: & quædam inter eos iura constituunt, quę appellãtur ciuilia, non ꝙ hinc fiat vt bene vtentes sint: sed vt male vtentes min⁹ molesti sint donec fideles & pij &c. ¶ Secunda pars ꝓpositionis: si parati animi non sint: ꝙ tũc nõ licet iudici munus offerre vt iustitiã ministret, vel ab iniustitia abstineat, & hoc propter tẽporalẽ vtilitatem, patet: quia nõ licet corã fratre offendiculũ ponere aut scandalũ. Matt. xviij. & ad Ro. xiiij. Præterea ordinẽ charitatis peruertit qui ꝓximorũ saluti vtilitatẽ suam temporalẽ anteponit. Etiã oblatio illa ex qua verisimiliter præscim⁹ ruitu rum illũ in peccatũ cui offertur, fieri videtur sine consensu in peccatum. Non solũ aũt qui peccant digni sunt morte, sed & qui cõsentiunt facientibus. ad Ro. j. Si autem parati animi sit, licet malo eius in vtilitatem meam temporalem vti, vt communiter dicunt doctores de capiendo mutuũ sub vsura a fœneratore ad hoc parato. Sed propter vtilitatẽ spiritualẽ quãuis pati animi non fuerit, licet offerre I

& inducere precibus & muneribus vt iudicet iuste. Vnde vtilitas spiritualis est causa quare licet fraternaliter corripere eũ qui ad horã seu ad temp⁹ irascet ira etiã mortali, quando verisimile est ꝙ postea reditur⁹ ad cor ex hoc melior efficiet: vt docet Tho. xxiij. dist. iiij. Sic in ꝓposito cũ scimus aut verisimile est ꝙ minis aduersariorũ cedet & iudicabit iniuste si non munera acceperit ꝓ quibus sit contẽtus cõminationis pericula subire, vel indignationem ferre vel materia intricata est & subtilis egens studio, ad q̃d nisi mercede quasi conducatur, nõ intendet, & cõtra quam iustum est iudicabit, vel forte affectu & gratia ꝑtis cęcat⁹ nõ videt quid iustũ, nisi gratia mũeris affectionis vim excludat vel attenuauerit: indubie licet munerib⁹ queadmodum & precibus stimulare & cũ infectu inducere eũ vt iudicet recte: & similiter in cõsimilibus. Si petas: cũ possit & velit ad superiorem vel collegam causam remittere apud quẽ iustę causæ periculũ times, an licet munere ipm̃ inducere vt causam terminet & finiat iuste? Ratio specialiter dubitandi est, quia vt notãt docto. in. c. dilect⁹. ij. de simonia. licet homini pecunia inuitare ad actũ saluti suæ necessariũ, secus de nõ necessario, cuiusmodi est ingressus religionis, & huiusmodi, vt dicunt Hostieñ. & Ioa. And. & idem notat gl. j. q. ij. q̃pio. & xxiij. q. iiij. c. debet. Cardi. Alexãdrinus. xlij. d. c. ij. & Pano. d. c. dilect⁹. idem tenet de ope necessario ad salutem, sub temperamento eorũ q̃ dixit. c. cũ in ecclesię. ad quę remittit: vbi distinguit, vel habẽt ꝓpositum veniendi ad fidem, sed timent paupertatem, quia congesta ex vsuris restituere deberent acceptando fidem & licite eis pecunia ꝓmitteretur vt veniãt ad fidem. sed si ꝓpositum non habent veniendi ad fidem nisi ex cupiditate pecuniæ promisisse, tunc puto contrarium: quia talibus parum prodesset baptismus. xv. q. j. non est. imo peccãt abutentes bono, & dantes non euaderent peccatum. ar. xxiij. q. v. ad fidem. & secundũ primũ mẽbrũ arbitror fecisse Siluestrũ. Vbi nota ꝙ dicit dantes nõ euasuros peccatũ. Idem extensius videtur tenuisse Archidiaco. in. d. ca. q̃ pio, tam in opere supererogatiõis, vt est religionis ingressus: quam etiam in opere necessario. Recitata enim opinione do. in d.

c. dilectus. ij. alij inquit dicunt ꝙ nec ad religionē nec ad fidē aliquis trahēd⁹ est p̱ munera ex pacto. Sed si aliqs infidelis vellet baptizari nisi timeret paupertatem inter Christianos, vel si quis desideret ingredi religionē si esset solutus a debitis, aut si aliquot annis studuisset ad intelligēdū quę lecturus esset in religione, & ab aliquo sciēte ei⁹ propositum reciperet pecuniam vel redditus quo ad primum casum vel vt liberaretur a debitis, vel vt reciperet expēsas quo ad casum secundum, licitum esset, dum tamen non p̱ precio rei spiritualis, sed in adminiculū impedimēti tollendi daretur vel reciperet. Vacillās tamen addit, sed forte secundum Hostieñ. posset dici ꝙ aliud est in baptismo, aliud in religione. nā sine baptismo nō est salus. c. firmiter. extra de sum. trinit. & si cath. sine religione pōt esse salus. xxiij. quęst. iiij. in si sed in casu nostro nō est necessitatis vt onus iudicaturę assumat: & ponitur simul non esse volens. ergo non licet munerib⁹ ipsum inducere vt onus illud assumēs iudicet iuste. Et videtur hoc efficaciter p̱bari ex. c. q̄ pio. j. q. ij. vbi concluditur. Quia omne datū optimum & omne donum perfectum a patre luminum est descendēs: restat ergo qui p̱ ecclesiæ susceptione munus acceperit, donum dei quod a patre luminū descendere debuit, vendat. mun⁹ autem largiendo importunus emit. Sed non min⁹ iustitiæ ministerium est dei donū: ergo &c. ¶ Pro huius clara decisione dico primo, quāuis illius p̱positi non sint vt velint ea agere quę sunt necessaria ad salutem, licet homines muneribus inducere vt illa faciāt. patet, quia licet metu & minis ad hoc impellere. xxiij. quęst. v. c. si sic hoīes compellimus soluere debita, seruare iuramēta, satisfacere de iniurijs vel dānis illatis. sic ecclesia sub pœnis multa mala p̱hibet, vt quos diuinus timor a malo nō reuocat, temporalis saltem pœna cohibeat a peccato. c. vt clericorum mores. de vi. & honest. cler. Ergo multo poti⁹ licet prēmio eos inuitare vt faciant ad quę tenentur: cum hoc minus de voluntario habet: & sic regalariter min⁹ peccat qui spe præmij quā qui metu pœnæ id facit quod tenetur: quāuis neutro casu opus bonū exterius faciat bene. & ergo dic. c. vt clericorum intelligi debet de peccato exteriori a quo pœna K

cohibet, vel finaliter: vt in. ca. si. xxiij. q. vj. Vnde sicut dānatis ad mortē licet vitā donare si velint sacrum baptisma
L suscipere, & venire ad fidē, vt regulariter offerri solet Iudęis ad mortem dānatis: ita licet eis munera vel stipendia offerre vnde honeste viuere possint. Et licet ex tali causa fidem acceptantes peccent, minus tamen q̄ si omnino fidem & baptisma recusent. & per hoc cessat motiuū Panor. & Archi. quantū cum eo concordat de operibus necessarijs. Et ad. c. q̄ pio. respondeo ꝙ hic mun⁹ offerens nō intendit emere fructū verę conuersionis, qui est verum donū sancti spiritus, sed peccati minorationem: vt scilicet vbi omnino peccare vult, minus peccet. quod licere ꝓbatur. c. si quid verius. xxxiij. q. ij. Sed quia in ꝓposito casu non solū munere inducit ad id quod præcepti est, videlicet iustitiā seruare in opere, sed vt ministeriū subeat in quo iustitiā seruare oportet: ideo de operibus non necessarijs ad salutē pono hanc ꝓpositionē: Inter opera non necessaria ad salutem
M quędā sunt quę tenemur mere gratis facere, de qb⁹ Mat. x. Gratis accepistis, gratis date. & Luc. vj. Mutuū date nihil inde sperantes. Alia sunt quę non obligamur gratis facere, vt mercari, ędificare, nuncia deferre, & in proposito onus iudicaturę assumere pro eo qui ad illud minime obligatur. Et quo ad secundi generis opera licet munere prece & precio inducere vt opera faciat, & alteri licet capere, q̄uis non pro eo vt recte siue iuste ea faciat; quoniam illa est qualitas quā necessitate præcepti habet operi dare, vt seruitori licite do, & ipse licite recipit precium, vt ipse mihi mercando seruiat, sed non vt in mercando iuste versetur. hoc nāꝙ turpiter accipit pro eo ad quod dei & naturę pręcepto tenetur. sic mercenario pro diurno labore licet stipendium capere, non autem pro illo vt conducentem debita opera non fraudet. Et cum de hoc secundo genere operum sit ministerium iustitię: in eo cui liberū est illud acceptare vel non, potest laboris moderatum & iustū stipendium capere, sed hoc ab eo qui ad id on⁹ tenetur, officialis ab ordinario (vt supra dixi) alias a partibus. Et hoc nisi sit delegatus papæ, & fuerit sufficienter beneficiatus, vt inde honeste viuere possit. nam quamuis illi liberum fuerit ex

causa remittere vel subdelegare actum: ei in præcepto est gratis facere si facit. Et in psona sua est primi gnis opus, sicut extra casum necessitatis pximi homo p arbitrio pōt mutuare vel non, sed obligatur mutuum dare gratis si mu tuet. Et ergo ob solā temporalem vtilitatē, puta periculū causę, nō licet mihi illū muneribus inducere vt ministeriū causę siue onus iudicaturę assumat, nisi cognouero eū pa rati animi esse ad faciendum p munere: sicut pro vtilitate tēporali non licet inducere eum qui parati animi nō est vt mihi mutuet munere seu lucro. Ad opa vero primi gene ris potest quis inuitari seu induci duob⁹ modis. Primo mo do in vim dispositionis materialis, vt ferrū ignimus, & fit malleabile: lignū humectamus, & mollescit vt possit scul pi, sic timentes vel beneficiati seu munerib⁹ pręuenti in ar dore spiritus ad deum recurrunt, vbi alias dei causam pa rum attenderēt. Secundo modo in vim causę finalis, vt sci licet inducatur pro munere consequendo facere, vel p pœ na euitanda. Primo modo absq; dubio licet: imo sic deus be neficijs nos trahere & allicere videtur vt aliquid boni su pererogationis faciamus. sic pauperem educamus, & no stris impensis in studio fouemus, vt in sacerdotio deo mini stret, vel religionem ingredi velit. sic pręuenimus alios be neficijs, vt & ipsi studeāt alijs impēdere pietatem. sed se cundo modo quia peccant q sic opus quod gratis facere te nētur, p munere vel pœnæ euitatione faciunt, nō licet eos per illam viam ad huiusmodi inducere regulariter & de p se: quia scilicet est inducere ad peccatum: sed per accidens licet, cū scilicet timor verisimilis est q nisi assuescāt ad ope ra consilij, omittant aliqn opera pręcepti: vel nisi assumāt statū religionis vel sacerdotij, pdent in statu alio. sic mrēs excusantur quę minis vel munerib⁹ proles inducūt vt ex tra casum pręcepti amicis dent mutuum: vt filia quę in se culo sit periclitatura, ingrediatur religionem, item sub p missione vestis vel clinodij vt singulis quatuor festiuitati bus confiteant: & sic de alijs. Ex his facile est soluere argu mēta q vtrinq; adducta sunt. Ad ea q probant indistincte licere iudicibus p munere sententiam vel iudicium ferre: Ad primū, ratio quam tangit Augu. est persuasiua: quia

arbiter seu arbitrator similiter assessor adhibetur medius inter vtrãq partem, & nihilominus licite capit ab vtraq parte stipendium laboris: sed procedit verbum eius in iudice, qui alias tenetur laborẽ iudicandi subire, vt ordinarius, vel officialis eius, vel cũ ex precepto superioris quis bonis spiritualib9 sufficiẽter dotatus tenetur gratis labores suos impendere. Et per idem patet ad secundum de assessore. ¶ Et ad tertium de stipẽdio quod debetur laboranti, quia in pposito habent aliunde stipendium vt id in casu faciãt. ¶ Ad quartũ vt docet ibi Aristo. Locus ille a relatiuis est apparens, sed in multis patitur instantiã. Nam compellentime per metum mortis licite dono vt vitam redimam: sed ille non licite accipit. similiter maritus cum peccato impetrat quę vxor tenetur explere: vt patet Numer. iij. in textu & glo. & ponitur idem. xxxiij. quæst. v. ca. manifestũ. Sic in pposito licite redimit vexationem & damnum munus dans iudici vt iniustitiam non faciat. Et ad cõfirmationem dico q hoc nõ inducit eum ad peccatũ, sed seruat ne peccet peccato grauiori. vel dicitur, non inducit, sed vtit malo alterius qui parati animi est, ad suã vtilitatem, sicut capiens ad vsuram. ¶ Ad argumenta post oppositũ. Ad primum, aliud est iustitiam vendere seu sententiam: aliud a partib9 sui laboris stipendium capere. Nam sicut testis licite diętas accipit cum p ferendo testimonio extra locum proficiscatur, & nunq̃ licite vendit testimoniũ: ita in pposito de stipendio laboris quem pręmittere habet iudex anteq̃ sententiam ferat. & per hoc dico, quantũcunq paruũ quid ceperit, si capit vt nõ faciat iniustitiam, vel vt iustitiam seruet: peccat: secus si pro laboribus. Et ad cõfirmationem de. l. j. ff. de va. & extraor. cog. dico vt tex. ibi habet: q̃dã tametsi honeste accipiuntur, inhoneste petuntur. & hoc sufficit pposito nostro. etiam ex stipulatu datur in illis actio. ¶ Ad secũdum, procedit de eo qui munus capit vt iustitiam seruet. & ad idem tendit verbum Gregorij quod inducitur. Quod dicitur in Psal. Et munera sup innocentẽ non accepit: intelligitur, vt vel contra innocẽtem faciat, vel iustitiã in iudicando seruet. quorũ vtrũque malum est. ¶ Ad tertium: Pręceptum domini in Deuterono. pcedit de mune-

re peruertente, quemadmodum & illud Esaie: Beatus vir qui excutit manus suas ab omni munere. vt dicitur in ca: & si quæstiones. de simonia. Et qđ inducitur de glos. Hie. xlvij. procedit de anhelante ad mun⁹, non ad stipendium laboris, sed vt ad pręmiū qualitatis operū puta rectitudinis seruatę. Etiam de munere pro labore: quando ex alia causa ad laborem illum tenētur, vt cum sunt ordinarij, vel qualitas personarum talis est qđ teneātur id muneris eis gratis impendere. ❡ Ad quartū, sicut testi dum extra locū domicilij proficiscitur, licet expensas a partibus vel a parte producēte capere, & non vt recte deponat, neq; vt inique deponat, nec vt non deponat inique: sic iudex qui non tenetur gratis onus iudicaturæ subire, potest laboris stipendiū capere, sed non pro qualitate operis vt iuste vel iniuste vel etiam non iniuste &c.



Ecundum suppositum est ꝙ etiā peccatū est optare vt aliquid liceat cōtra iustitiam. Cui⁹ suppositi falsitas videt̃ quatuor vijs potissime posse ꝓbari. Prima, qa adijciēs in actu cōditione q̃ turpitudinē oēm purgat vel excludit, videtur per cōditionem adiecta excusari a peccato. ergo qui cupit vel optat aliqđ licere contra iustitiam non peccat. Consequētia tenet: quia hoc ipsum quod est licere, omnem inordinationem seu culpam excludit. Antecedens patet: quia sic concilium Constātieñ. excusat simplices adorantes hostiam non consecratā, quia tacite implicatur conditio, si consecratio sit recte facta. Et doctores omnes consentiunt hominē euitare perplexitatem inter idololatriam & contemptum inobedientiæ quando diabolus sic transfiguratus est vt credat̃ Christus, & iubet se adorari, si sic adoret, Adoro te si tu es christus. Cum ergo idem ius censeri debeat vbi est eadem ratio: vt notat gloss. c. i. de tempo. ordi. in verbo Italię, libro vj. & eadem ratio videtur siue optem aliquid contra iustitiam si liceret, siue optem aliquid licere contra iustitiā, videtur ꝙ vtroq; casu excuser a peccato. ❡ Scđo qui vult actū sub ea qualitate q̃ sine peccato & inculpabiliter exer- A

cetur, nō peccat quātūcūq; iudicet iniuste, vt notāt docto- res ibi.c.j.de consti.imo dum factū est in conflictu seu opi nione doctorum, & deprehendi nō potest quæ sit commu nis opinio, sed vtrinq; est quodāmodo paritas: locus est gra tificationi, & sequi poterit quam voluerit. ergo licet iudi- ci in fauorem amici velle vt communis opinio sit ꝓ eo, vel ad minus doctores aliqui, aut glossæ solēnes, vt posset ꝓ eo etiam contra iustitiā iudicare. Maior patet: quia vt re- cte deducit beat⁹ Tho.j.ij.q.xix.arti.ij. bonitas volūtatis depēdet ex solo obiecto: qđ si bonū est, volūtas etiā bona est. Cum ergo iudicare in iudice secūdū cōmunē opinionē etiam contra iustitiam sit bonū, sequitur ꝙ velle seu opta- re hoc etiam sit bonum. Et confirmatur, quia licitus est cō sensus in carnalem copulam dum additur modus sub lege matrimonij, puta volo & opto ꝙ habeā cū illa carnale cō mercium, & sit vxor mea. quia cōiugiū excusaret actum a culpa per bona matrimonij. ergo similiter licet velle vt iusto errore deceptus contra iustitiā ꝓnunciauerit, cū talis error iustus non solū facti sed etiam iuris iudicē ipsum re- leuaret a peccato in iudicādo. ¶ Prꝫterea tertio, licet opta- re vt in qualibet causa æquitas non scripta ꝑualeat. ergo licet optare vt aliq̄d cōtra iuris scripti tenorem & metas liceat: consequentia tenet: q̄a ꝫquitas nō scripta nonnunq̄ aduersatur iuri scripto, nec tamen licet iudici pro ꝫquitate sententiam ferre: vt patet.l.j.C.de le.& consti.princi. Inter æquitatē iusq; interpositā interpretationem nobis solis & oportet & licet inspicere. vbi resolutio omniū doctorū ha- B bet: Quotiens a iure scripto æquitas non scripta dissidet, oportet iudicem pro iure scripto cōtra ꝫquitatē nō scriptā sententiam ferre, nisi sit princeps. qui legib⁹ solut⁹ est. Et antecedēs patet: quia hoc est optare vt liceat iudicium fer- re in pondere, & iustitiā in mēsura: vt pollicit⁹ est domin⁹ Esa.xxviij. & vt non secundū visionem oculorū, neq; audi- tum aurium, sed in æquitate &c. vt repromittitur Esa.xj. Etiam licet operam dare & efficere apud principem vt ꝓ æquitate nō scripta causam decidat. ergo licet optare &c. ¶ Quarto nō magis licet repugnare diuinꝫ dispositiōi & eius voluntati, q̄ iustitiæ, iuxta illud Esa.xlv. Ve q̄ cōtra-

dicit factori suo, testa de samijs terrę, nunquid dicet lutum figulo, Quid facis: &, opus tuum sine manib⁹ est? Ve qui dicit patri, Quid generas? & matri, Quid pturis? & nihilominus licet orare vt contrarium velit: queadmodū nos docuisse Saluator videtur Mat. xxvj. Pater si fieri pōt tran seat a me &c. Ergo similiter licitum est optare vt cōtrariū ab eo quod nūc iustū est, iustum sit. ¶ In oppositū arguit, C quia omnis affectus recuruus est, & iniquū desideriū quo id appetitur quod necessario includit deformitatē & dissonantiā ad rationem rectā. sic est in ꝑposito. nam licere aliquid cōtra iustitiā, est iniustū esse rectum & bonū. ꝙ manifeste implicat cōtradictionē, sicut nō rectum esse rectū, seu curuum esse rectū. ¶ Pro responsione sunt aliqua prę mittenda. Primū ꝙ in appetitu sensitiuo omnis passio deriuatur ex amore vel odio, vt declarat beatus Tho. j. ij. q. xxiij. ar. iij. quia in motibus partis appetitiuę bonū habet vim attractiuam, & malum repulsiuam: bonū imprimit appetitui quandā qualitatē seu aptitudinem ad ipsum bonum, quod pertinet ad passionem amoris, cui, per cōtrariū respondet odium ex parte mali: & sequitur ex pte amoris motus ad prosequendum per desideriū si non habetur, & quies per delectationem quando habetur, ex pte odij fuga seu abhominatio: & si contra desideriū euenerit, dolor. in irascibili sunt ira, timor, audacia, spes, & desperatio, quæ præsupponunt amorē & odiū in cōcupiscibili. Et respectu boni ardui non habiti sunt spes, & desperatio: respectu mali ardui, timor, & audacia: respectu mali ardui habiti ira: respectu boni ardui habiti nulla passio reperitur in irascibili: q a dū habet, cessat in eo ratio ardui. Cōsimiliter in actibus volūtatis primi sunt amor & odiū seu velle & nolle, D vnde alij actus deriuant. Et est duplex velle seu amor, vt proposito nostro sufficit, amor cōplacentiæ, & amor seu velle efficientie siue efficax. Amor cōplacētię quo aliquid homini est gratum seu placet. Vnde Philosophus lib. de bona fortūa. In aīa inest natura tale quo impetu ferimur sine ratione, ad q̄ vtiqꝫ bene habem⁹: & si qs interroget sic habentē, ꝑpter quid placet hoc tibi operari? nescio inquit, sed placet mihi: simile patiens ijs qui a deo aguntur: vt sic

exemplificando in luctu vel ludo vt plurimū alteri partiū fauemus, & sumus magis beneuoli, optantes illi triūphū, quanuis nolemus ꝓ illo facere. Et hoc velle siue amor cō placentiæ est impossibilium, sicut & desiderare seu optare voluntatis. Sed velle efficax seu amor efficientiæ quo volumus aliquid vt finē attingendū per operationē vel medium ad ipsum, illud nunq̄ est impossibiliū, intellige quæ æstimantur talia, siue fuerit absolutū velle, siue cōditionatum. De absoluto patet, quia currit eodem tractu cū electione, quam Philosophus .iij. Ethi. dicit non esse impossibilium. quanuis voluntas sit impossibiliū. De conditionato velle patet: quia dum volo aliquid solum sub cōditiōe: vt primū intellexero nō extare cōditionē, desino illū velle

E vt si volo Petro dare eleemosynā si est pauper: quā primū intellexero eum non esse pauperē, non volo ei dare: & cum desidero aliquid sub cōditione si deo vel patri meo placet: reddit⁹ certior ꝙ deo vel patri nō placet, stati desino optare illud. secus si optem vt deo placeat: quia est absolutum & non conditionatum desideriū, & est primi generis velle scilicet complacētię. Ex quo sequitur, Qui vult vel optat aliquid si est iustum, vel si licet: q̄ primū intelligit iustum non esse, vel non licere: definit optare illud & velle. Exemplum patet in mercatore, qui vult & desiderat merces seruare: si absq; earū eiectiōe possit periculū euadere, sed cū primū intelligit se absq; merciū eiectione vitā seruare nō posse, definit eas velle seruare. Et ergo impossibile est aliquē velle, q̄q̄ sub conditione si licet, dū scit illud non licere quāuis enī cōditionalis sit vera, Ioannes vellet hoc si ipm liceret, tñ categorica de cōditionato ꝑdicato est falsa: cū significet eū habere actū voluntatis affectū conditiōe: & tñ non habet actū illum. De velle efficaci procedit maxima:

F Quicunq; vult antecedens consequentię quā scit vel credit esse bonam, necessario vult & cōsequēs, alias possibile esset aliquē efficaciter velle seruare vitā, & nō velle merces eijcere cū nouit sine hoc se vitā seruare nō posse, velle efficaciter esse doctus, & nolle studere. velle sane viuere, & non velle a venereis excessibus abstinere. velle curari ab ęgritudine, & refugere sumptionē medicinæ omnino ne-

cessariç. Nec potest quis odire consequens efficaciter, quin simul odiat antecedens scitum vel creditũ esse antecedens ad illud. Vnde nemo efficaciter vult fugere indignationẽ Ioannis nisi simul velit fugere seu nolit admittere illud vñ scit eum ꝓuocãdum esse. Et si efficaciter nolim mergi: necesse est vt simpliciter nolim seruare merces sine quarum eiectione me video saluari nõ posse. Vñ Bonauẽ.dist.v.ij. Bene appetitur antecedens sine consequenti appetitu desideratiuo, sed non electiuo. null⁹ nisi stultus vult esse abbas quin velit esse monachus. ❡Sed cõtra hoc obijciẽ primo, quia scio hanc cõsequentiã esse optimam: liberor ab ægritudine, seu alteror ad sanitatem: ergo sum æger. & tamen odio consequens, & efficaciter volo antecedens. Similiter sequitur, Remittitur mihi adulteriũ: ergo commisi adulterium: & tamen antecedens volo, & nolo consequens.

❡Præterea secundo, omnis voluntas dei implebitur, est antecedens ad hanc, hæc dei voluntas, Hadrianus damnabitur, implebitur: scio consequentiã valere, & possum velle vt consequẽtia non valeat, & velle antecedens odiendo consequens. Similiter omne præscitum vel prçnunciatũ a deo erit, ergo hoc præscitum, Hadrianus peccabit erit: & teneor velle efficaciter ꝙ hoc peccatũ meum a deo præscitum non erit. Præterea tertio, deus vult Ioanni efficaciter inesse actũ odij: quia illũ in Ioannẽ causat: ad quod sequiẽ Ioan. peccare, & tamen non vult Ioannem peccare. ergo.

❡Respondeo ad primũ, licet Sco. ix. dist. ij. & Vviclef tractans de potentia dei, limitat maximã qñ consequentia est volita, & ꝙ alias nõ ꝓcedit, sicut nec oportet consequens esse scitũ si antecedẽs est scitũ, nisi sciatur cõsequentia esse bona: tñ (vt dixi) de velle efficaci oportet aliter respõdere, ꝙ maxima procedit qñ antecedens est causa necessaria consequentis, vel consequens mediũ necessario prærequisitũ ad causationem antecedentis, vel tertio dum consequens idem importat ad minus particulariter cum antecedente. Tertium membrũ fundatur in textu Philosophi. vij. Ethicorũ. Si quis dictet, omne dulce gustare oportet: hoc autẽ dulce, scilicet vinũ vel lac: necesse est eũ qui potest nec phibeẽ, confestim & hoc operari. Et primũ patet exẽplariter: G

qui vult vulnerare cor, & scit ad hoc necessario sequi mortē: q vult antecedēs, puta causam. vult cōsequēs, puta effectū. similiter q vult ire in angliā, & scit hoc fieri nō posse nisi transcūdo mare, nō potest efficaciter velle antecedēs, scilicet ire in angliam, quin velit consequēs, scilicet pertransire mare. Sed in prima obiectione nullum illorū occurrit, similiter nec hic, Ioānes viuit in hoc corpore suo passibili: ergo morietur. & vult antecedēs: tñ potest simpliciter odire consequens. ¶ Ad secundū, illa consequentia non est simpliciter necessaria, omnis volūtas dei implebitur: ergo hæc volūtas sua de hoc, Ioānes dānabitur, implebitur. Et similiter de alia vniuersali, omne prēscitū &c. qa vtrobiq; singularis est contingēs, & vniuersalis simpliciter necessaria: ꝓ si vniuersali subiunxeris ꝑ subsumptionem minorē singularem: certe tunc non totū antecedens erit volitum. Circa hoc nota ꝙ possum licite velle vt hoc prēscitū a deo, scilicet peccatum meum, non eueniat, & nō possum sine peccato velle vt aliquid prēscitum a deo non eueniat. nā hoc est velle vt deus non sit omnium præscius, ergo ꝙ fallatur circa rerum futurarū euentū. sed de isto alibi. ¶ Ad tertiū dicunt multi ꝙ deus non concurrit immediate ad actū peccati: cuius opinionis est Duran. & alij. secundū istos negādum est antecedens. Vel supposita via cōmuni quidā admittunt ꝙ volūtate beneplaciti vult Ioannē peccare, sicut vult Ioannē illum actum facere quo peccat. Et videtur ꝓbabile ex duplici capite. Primo, quia deus vult omnē veritatē, & in ea complacet sibi. Secundo, quia sicut nō potest quis efficaciter nolle consequens quin simul nolit oē illud vnde causatur siue positiue siue priuatiue: ita nec velle antecedens quod aliquo mō est consequentis saltem necessaria causa, quin velit hoc consequēs. Vnde in ꝓposito, Ioannes odit ꝓximū: ergo Ioannes peccat: non videtur ratio ꝙ possit velle antecedens, & non velle consequens: & tamē volendo antecedens non possit nolle consequens. Alijs tñ videtur excludi posse obiectio. quia antecedens de ea parte qua est a deo causatū vel volitum, non est causa consequētis, nec non sequens medium necessariū &c. sed solum ex cōcursu & causalitate creaturę. Et ergo vt licite cooperor

& volo Petrū ex mētu facere quod facere tenetur, & alias minime est facturus, & per cēsuras cōpello ipsum reddere depositū vel mutuū, quod semper facere recusauit, & tamen non volo ipsum peccare, qđ ex illo sequit, sed quia ipsum facere ex metu est ipsum peccare, & licite hoc volo: paulo diligentius inquirendū est suo tempore an deus hoc modo velit ipsum odire Petrū: quod vtiq; est ipsum peccare: & sic pcederet prior solutio. Ex his sequitur ꝙ impossibile est hominem scienter peccare qui efficaciter vult rectę viuere, & impossibile est nolle peccare efficaciter, & non amplecti oīa quę necessaria existimat ad euitationē peccati. Et ergo turpiter semetipsos decipiūt qui se credunt efficaciter pponere ꝙ in futuro ab omni mortali abstinebunt, & nolunt amouere concubinas. vnde certi⁹ est eos pertrahendos esse ad mortale peccatū, q̄ in tempestate mergi nisi merces eiecerint q̄bus nauis onusta pręgrauatur. Et ergo hoc principiū, scilicet velle recte viuere, nō saluatur nisi in virtuoso sine ignorantia actuali eorū quæ sunt ad recte viuendum necessaria. addo sine ignorantia, ppter incontinentes: in quibus secundū Philosophum. vij. Ethic. vel minor ppositio non habetur: vel sic habetur, ꝙ non est eam in habēdo intelligere seu aduertere: sicut distracti legūt quæ non aduertūt. In malo autem principium hoc corruptum est, vt in ābitioso, q decernit simpliciter honores & qualitercunq; psequi, intemperatus voluptatem, auarus pecuniam &c. sed propositū prosequendi honores, voluptates, pecunias, & huiusmodi vt conuenit ac recte, est principiū morale quod corrūpit malitia: de quo. vi. Ethi. ¶ His præmissis p responsione pono quatuor ppositiones. ¶ Prima est: Sicut velle resistere diuinę volūtati, cupere eandē posse impediri, velle ęquiparari deo, subiectionis iugum excutere, velle vt non oīa pręsciat vel pręsciuerit, velle vt aliquid contra pscientiā vel aliter q̄ pręsciuit aut voluit eueniat, arguit mortale peccatū: ita desiderare aut velle libidinē seu affectum regulam agendorū esse, vel virtuti licite præferri posse, sine culpa mortali esse non pōt. Prima pars patet per illud Esaię. xlv. Ve qui contradicit factori suo, testa de samijs terræ. De optare vt possit voluntas eius impediri,

H

I

vel vt nō omnia prǫsciuerit, vel aliter eueniat &c. quia est optare vt non sit omnipotēs vel omniscius. Item de optare eximi a subiectione ad deū, vel de ǫquiparatiōe seu æqualitate, patet: quia illud erat Luciferi pctm̄. Esa. xiiij. Ponā sedem meam in Aquilone, & ero similis altissimo. Non ꝙ efficaciter voluit: quia sciuit illud impossibile, sed quia cōplacentiæ quodā amore optauit hoc, & consensum dedit. Secūda pars patet: quia optare interuersionē ordinis naturǫ, & naturalis legis (quǫ immutabilis est) ꝑposterationē, deterius est quam simpliciter cōtra legem naturǫ excedere: sicut minus in principem peccat qui principis prǫceptū per inobedientiam trāsgreditur, q̄ si cupiat eum destitui a principatu, & auctoritate præcipiendi nudari & spoliari.

K ¶ Ex quo sequitur ꝙ peccatū est homini optare aut velle vt contra rationem contra iustitiā contra veritatem vel cuiuscunq; alterius virtutis rectitudinem licite agere possit. Similiter optare vt iustū sit cuius contrarium naturali & immutabili iure est iustū: secus si positiua tantū lege iustū sit. Prima pars corollarij patet: quia hoc est optare vt perperā & turpiter agere sit agere recte: & in effectu vt ipsa actionis turpitudo sit rectitudo, vt iniquitas sit æquitas, & ordinis ꝑuersio honestas. huius gn̄is sunt stulta desideria, velle fecisse contra iustitiā sine peccato, optare vt possit intemperanter viuere sine offensa. Secunda pars corollarij supponit aliqua esse naturali iure imutabiliter seu indispēsabiliter bona. Et est expressa sentētia Bernardi lib. de prǫcepto & dispensatione: vbi distinguit triplex necessarium, scilicet stabile, inuiolabile, & incōmutabile. Necessarium inquit incōmutabile accipi velim, quod diuina ita constat & ǫterna ratione firmatum, vt nulla ex causa possit vel ab ipso deo aliquatenus immutari. sub illo genere est oīs illa dn̄ici sermonis in monte habiti sp̄ualis traditio, & quicq̄d de dilectione, humilitate, mansuetūdine cǫterisq; virtutibus tā in veteri q̄ in nouo testamēto sp̄ualiter obseruandū tradit. Hæc quippe talia sunt, quæ nec liceat nec expediat aliquando non haberi. eo siquidē immobiliter, quo & naturaliter bona, nunquam nisi innocenter, nunquā nisi salubriter aut imperantur aut seruantur: omni tempore omni

personæ mortem contempta, custodita salutem operãtur. Et certe stultum & puerile est dicere dispensari posse vt liceat velle imprudenter viuere vel intemperanter, aut ambitiose honores quærere, cum exprimãt deformitatẽ, puta aliter q̃ secundum rationẽ viuere conuenit, est viuere imprudẽter. virtutis enim rectitudo seu ordo est vt fiat exercitium in qualibet materia vt oportet, quomodo oportet, & sic de alijs. Vnde secundũ Aug. Virtus est ordo amoris & secundũ Philosophũ in Rhetor. Virt⁹ est habit⁹ in medium naturæ rationi cõsentaneus. Optare ergo ꝙ iustum sit quod naturali iure iniustũ est, vt licite posse hoĩem priuata auctoritate occidere, posse mẽtiri, posse innocentẽ opprimere, iacturã alteri sine sufficiẽti causa inferre, posse fidem & pacta nõ seruare, posse peierare, posse aliũ dolo circũuenire, & sic de alijs, est optare vt liceat aliter quã naturali necessitate ratio agendum dictat, agere, & sic cõtra virtutis rectitudinem agere. ¶ Scda ꝓpositio, Vt nemo põt propter quẽcunq̧ finem absq̧ culpa in aliquod peccatum ꝑteritum prẽsens vel futurũ cõsentire, vel de illo gaudere ita nec in id quod cõtra virtutis rectitudinem est actũ, licet agens in facto per ignorantiam ponatur fuisse, excusatur. Prima pars patet ad Roma. j. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt. Secunda pars patet per illud Hierem. v. Pauor & horrẽda facta sunt super terram: prophetẹ prophetauerunt iniqua: & sacerdotes dederunt plausum: & populus meus dilexit sic. Itẽ Prouerbio. ij. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. & de concedente aurem detrahentibus. xj. q. iij. non solum. Vltima pars patet, qui naturali et diuino iure tenemur virtuti seu eius rectitudini illum zelum vt eam erigamus cum iacet etiã apud ignorantes, vt pro viribus iuuemus vt singula recte & iuste fiãt, ꝑ illud Esaiæ. lix. Iustitia longe stetit, corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuione: & qui recessit a malo, prẹdæ patuit: & malũ apparuit in oculis dñi: quia non est iudicium. & vidit de⁹ quia nõ est vir, & aporiat⁹ est: q̄a nõ est q̃ occurrat. Istud exẽplariter patet: quia nõ licet alicui velle vt falsum seu cõtra veritatẽ

depoſuerit. iuſto errore, vt ſub ignorantia facti maneat di-
ues alienis bonis, imo nec licet ꝑmittere vt alij cōtra legē
dei faciant, quāuis ꝓſumam⁹ vel ſciam⁹ eos in hoc labora-
re ignorantia inuincibili diuini iuris: ſed pro zelo diuinæ
aut naturalis legis tenemur illos diuinæ legis veritatē edo
cere, & apud ſuperiorem efficere vt declaratiões erroneas
reuocet: vt in. c. licet: de ſpōſa duorum. & in ca. quanto. de
M diuortijs. ¶ Conformiter ad hæc tertia ꝓpoſitio eſt. Quā-
do actus propter ſurreptionē vel indeliberationē ſeu igno
rantiam excuſatur a mortali, cōſenſus in illū eſt mortale
peccatum. Patet de ſurreptione, quia vt dicit Augu. nullū
peccatum adeo veniale eſt, qđ non ſit mortale dum pla-
cet. in glo. j. ad Corin. xj. & . xxxv. diſt. vnū orariū. §. crimi
nis appellatione. quod veritatē habet, vt tradit Gerſon in
libello concluſionū, quādo ex circūſtātia ſurreptionis vel
huiuſmodi eſt veniale, vel dū placet in ratione peccati: qđ
eſt diabolicæ obſtinationis: Et confirmatur quia act⁹ talis
ex genere eſt mortalis: & excuſat ſolum a mortali per ſur
reptionem vel imperfectionē: cum qualitas excuſans non
occurrat in conſenſu, ſequitur ꝙ cōſenſus eſt mortalis. vn
de glo. Mat. v. in verbo, qui iraſcitur. ſubitus mot⁹ ad nocē
dum propaſſio eſt: accedente autem conſenſu paſſio eſt, &
mors in domo. Idem probatur de ignorantia, quia illa nō
excuſat niſi ſit penitus inuoluntaria. Affectata enim craſ
ſa ſupina ſeu improbabilis nō excuſat, vt. j. q. iiij. turbat. §.
notādū. Sed dū cōſenſ⁹ adhibet vt aliqd ſub ignorātia fiat
ignorātia ipſa induit & habet rōnē volūtarij, ergo. Nec re-
leuat ſi cupit vel optas ſolū ſub ignorātia inuīcibili vel in-
uoluntaria, quia iā ſponte vel volūtarie fers affectum in id
inuoluntarium: quemadmodū ſi mulier optet pro ſuo ho-
nore vt quis eam inuitam & penitus renitentem ſtupret.
Præterea qui cōſentit in actum ꝓximi ſola ignorantia ex-
cuſatū a culpa mortali, eo ipſo peccat mortaliter. ergo ma
gis dum conſentit in actum propriū excuſandū per ignorā
tiam. Antecedens patet in caſu ca. ſi. virgo. & in. c. in lectū
xxxiiij. q. ii. puta ſcit virum coniugē habere viuam: ſi non
auiſat virginē quæ per ignorantiā eſſet excuſanda, peccat
mortaliter. ſimiliter hoſpes ſcit alienam in lecto eſſe, quā

maritus putat suam: si ei non innotescit & manifestat vti procurat hoc, ipse per cõsensum peccat, vbi ambo forte excusantur vel ad minus vnus per ignorãtiã. Et est ratio, q̃a qualitas excusans actum, puta, ignorantia, non afficit consensum. & ergo sicut furiosus peccat dũ in lucido interuallo existens consentit in homicidium vel stuprũ quod in furia fecit, ita similiter & multo magis si desiderat vt in furia quempiam occidat, vel virginẽ stupret, & sic de alijs, et idem iudicium est de alijs modis ignorandi a furia, puta in somno, vel per aliam inuincibilẽ vel probabilẽ ignorantiã. Ex hoc patet q̃ sancta desideria sint optare vt probabilis iuris vel facti ignorantia q̃s possit alienis bonis diues esse, & illa ad vitam possidere, velle percussisse aliquem in somno, optare vt aliquem occiderit sine peccato, vel etiam iuxta priorem secundam propositionẽ optare vt liceat sic velle: Ex quo sequitur corrolarie ꝙ mortale peccatum est consentire in carnale commerciũ cum non sua sub furia vel in somno aut sub probabili ignorantia facti, siue pręteritũ sit siue futurum, quanuis inde ponatur secutura vel ex hoc secuta causa conuersionis alicuius toti⁹ regni ad fidem. Et circa hoc nota quod dicit palude. ix. distin. iiij. q. iij. de consensu in pollutionem nocturnã. N

¶ Quarta ꝓpositio, Corrupti animi euidens argumentum est si gaudet iudex in fauorem amici ꝙ iusto errore contra iustitiam pronunciauerit, vel quod actorũ qualitas talis fuerit, vt contra veritatẽ forte cognitam pronunciare debuerit vel animo decreuerit, aut forte promittit si vel vnam glossam cum doctore habere possit, pro amico pronunciabit, vel ad minus in paritate opinionum, q̃q̃ dubius permanserit, hoc faciet: quia in his omnibus non satis affectus verę iustitiæ inuenitur: sed est eius dextra dextra iniquitatis. Psal. cxliij. cum plus gratiæ & fauoris amico habeat q̃ veræ iustitiæ: imo hostis iusti est si de oppressione iustitiæ q̃ est virtutis iustitię obiectum, gaudet: queadmodũ hostis veritatis censetur, qui gaudet se contra veritatem deposuisse, licet decept⁹ fuerit iusto errore, sed licite gaudet ꝙ in illis a deo seruat⁹ fuerit a peccato. Et quia non solum agit contra conscientiã qui agit contra fidem vel opinionem quam habet de agendo, O

fedis etiam qui agit contra dubiũ conscientię iuxta verbũ apostoli: Omne quod non est ex fide, peccatum est: caueat iudex qui dubius pronunciat de pœna suspensionis per annum, de qua in.c.cũ æterni.de sen.& re iudicata.li.vj. Attendat vt in eius iudicio nihil fauor vendicet aut odium solũ deũ & iustitiã præ oculis habeat, vt in sententia vitetur corruptio. Corruptio enim iudicis quo ad vltimam partẽ propositionis potest exemplariter declarari de medico q promittit apothecario vt primũ occurrerit casus, vbi secũdum vnius doctoris sententiã illud medicamẽ dicat valere: q̃uis alij cõtradicant, dabit ægroto, eueniat vt possit: vt apothecarius lucretur. ¶ Ad argumẽta ante oppositũ. Ad

P primũ dico, aliquid licere cõtra iustitiã, implicat: sicut iniustum esse iustũ. nã quod contra iustitiã est, iniustum est: & si hoc licet, est iustum. ergo sicut optare vt aliqd liceat cõtra dictamen rectę rationis, vel vt aliquid liceat cõtra pcepta iuris naturę indispensabilia, est optare contra debitum rationis ordinẽ, & sic peccare: ita optare vt aliquid liceat contra iustitiam. Et cum dicitur, licere excludit omnẽ deordinationem: verum est ab obiecto cui potest competere: sed non ab eo quod est esse contra iustitiã, contra rectam rõnẽ & sic de alijs. & cum dicitur optare aliquod iniustum sub conditione si licet, excludit omnem culpam. ergo & opta-

Q re vt liceat contra iustitiam. Dico ad antecedẽs: nemo põt optare iniustũ scienter sub conditione si licet, quia sciẽs cõditionem nõ extare, statim definit velle vel optare qđ solum sub cõditione voluit vel optauit. Et in pposito ponit vt optare liceat cõtra iustitiã, si ponitur aduertere iniustitiam: secus si optet absolute vt aliquid sit iustũ: quia si oppositũ nõ necessario ẽ iniustũ, hoc optare nõ ponit deordinationem: & sic nihil ad ppositũ de illis conditionibus si recte facta est consecratio, vel si tu es Christ⁹: vbi cõditio non scitur nõ extare. ¶ Ad secundum, iudex in pnunciãdo contra iustitiã nõ excusatur a peccato nisi per ignorantiam vnde si scit contrariã opinionẽ esse veram, vel dubitet, peccat: quia non ex fide agit. optare autẽ vt sub probabili ignorantia contra iustitiam faciat, quemadmodũ optare vt sub tali ignorantia cum aliena cõcumbat, vel in furia aliquem

occidat:est peccatum. Et ad maiorem ꝙ procedit quando illa qualitas afficit ipsum velle sicut volitū: & sic nō est in R ꝓposito:quia iusta ignorātia afficit factum iudicij seu sententię contra iustitiā:& non ipsum velle,eo ꝙ sciēter vult & optat vt sub iusta ignorātia prętextu cōmunis opinionis possit contra iustitiam ꝓnunciare,sicut velle furiosi nō afficitur iusta ignorātia cum in lucido interuallo cupit occidere vel occidisse aliquem in furia. Et ad ꝓbationem ex beato Tho.dico vt ibi dicit in solutione ad vltimū:ignorantia circunstantiarum se tenet ex parte obiecti in proposito cum excusatur iudex,ignoratur sententia esse cōtra iustitiam:& in casu argumenti velle cadit scienter suꝑ hoc qđ est esse secundum opinionem contra iustitiā tunc ignoratam.huius simile,violentia excusat renitentē a culpa adulterij,sed non optantem vt per violentiam stupretur. Et ad confirmationem dico ꝙ nō est simile, quia cōditio illic releuans a peccato,ęque afficit cōsensum sicut actum, puta stat⁹ matrimonialis.non sic in ꝓposito qualitas iustę ignorantię: sicut nec in exemplo dato violētia afficit affectum vel desiderium quo optat per vim stuprari a Ioāne vel Petro quem amat. ¶ Ad tertiū. Aliud est optare vt aliquid liceat,& sit iustum:aliud vt liceat cōtra iustitiam:& velle vel optare illud est deordinatum & culpabile,optare autē vt aliquid liceat,nullam culpam arguit quando non est cōtra ius immutabile:vnde, vt dixi,non licet optare vt in casu agere contra rationem non sit malum seu peccatum. ¶ Ad quartum satis patet ex dictis,sicut non licet velle seu optare vt deus non velit hominem teneri ad non peccandum, vel ad non agendum contra rectitudinem virtutis, vel vt velit licentiare hominem ad male agendū, ad odiendum deum,ad spernēdam virtutem &c.sed de quibusdam licet optare vt velit,ita, vt ex dictis patet, de quibusdam licet optare vt iusta sint,non autem de omnibus.



TERTIO petitur,si iudex sic non facit,facturus tamen esset vbi pecunia offerretē, an hoc arguit in iudice corruptionem & peccatū?Et videtur ꝙ sic,primo,ad hoc vt quis studiose vel bn̄ moraliter agat,secūdum Philosophū.ij.Ethic.tria

requirũtur. Primũ, vt sciens operetur: secũdum, vt eligẽs, & ꝓpter hoc, scilicet ꝓpter bonũ virtutis. tertium, vt firme & immobiliter. sed iudex sic qualificat⁹ non agit firme & immobiliter. ergo nec bene moraliter. Et cõfirmat: q̃a infirmi & adhuc corrupti animi est q̃ verbũ dei super petrosa recipit: & quia radicẽ nõ habet, orto sole id ẽ ingruẽte aliqua tentatione exarescit: quia nõ habet radicẽ. Mat. xiij. ¶ Secũdo sic, Eccli. xlij. dicit, Melior est iniquitas viri, q̃ mulier bñfaciens. Sed mulier bñfaciens videtur q̃ remisse & molliter agit opus suũ absq; zelo & feruore. Vñ Hiero. sup illud Canti. j. Si ignoras te o pulcherrima mulierũ &c. Si volueris indifferenter agere inter cæteras aĩas cõmunis vitę hominum, quas hic mulieres appellat, inter quas tu pulchra es, vtpote quę iã oscula verbi dei suscepe ris, & cubiculi eius arcana perspexeris: si inquã te non cognoueris, sed indifferẽter vt cõmune vulgus agere volueris, exi post vestigia gregũ, id est esto in reliquo grege si nihil egregiũ post hęc quę in te collata sunt agis, neq; temet ipsam a cõuersatione gregali seq̃straueris: & eris nõ solũ in grege, sed in vestigijs gregũ. vltimus eñ fiet & nouissimus, q̃ primat⁹ suos nõ intellexerit. Et confirmat: vt op⁹ fiat moraliter bñ, oportet illud facere non solũ vbi & qñ, sed cui, quomõ & qualiter oportet. sed talis iudex tã leuis & facilis non adhibet neruũ seu vim feruorẽ seu zelũ animi vt bñ agat: ergo videt subiacere ꝓuerbio: Qui mollis & dissolutus est in ope suo, frater est sua opera dissipãtis: Prouer. viij. & p cõsequens non agit bñ moraliter. ¶ Tertio sic, nemo est in statu salutis q̃ nõ sit discipulus xp̃i. sed nemo est discipul⁹ xp̃i, nisi fuerit parati animi relinq̃re oĩa ꝓ xp̃o: q̃d non cõuenit iudici tãtę leuitatis vt accepto munere cõtra iustitiã ꝓnũciet: cũ sit multo facili⁹ munera spernere, q̃ sua relinq̃re. Minor patet per illud Luc. xiiij. Qui nõ renũciauerit oĩbus q̃ possidet &c. q̃d glo. exponẽs dicit relinq̃re oĩa esse ꝓfectionis: sed renunciare oĩbus, cõmune ijs qui licite tẽporalibus vtentes ad æterna contendunt. Et hoc ꝓbare videtur clausula pręcedẽs: Qui venit ad me, & non odit patrẽ suũ &c. amplius & animã suã: non potest meus esse discipulus, Pręterea homo tenetur parati animi

esse ad omnia cõsilia quę saluator in sermone dñi in mõte tradidit, cum necessarium esse perspexerit ad proximorũ salutẽ. c. paratus. xxiij q. j. Et est ratio, quia tenetur quilibet Christianus fundamentum habere Christum: quod nõ habet tantę leuitatis homo vt pro munere Christum deserat, iustitiã vendẽs vel prostituẽs. ergo. Quarto sic: iudex sic dispositus quãuis non vendit actu iustitiam, habitu nihilominus eam vẽditioni exponit, & venalẽ habet. Igitur eo ipso peccat mortaliter, & iuste culpatꝛ leuitatis. Antecedens patet: quia vt primũ munus offerretur pro seruanda vel ꝓstituẽda iustitia, caperet: ergo habitualiter &c. Et cõsequentia tenet: quia ad merendã vitam æternã sufficit habitualis relatio in deum: vt patet secundũ oẽs doc. in distracto dicente missam, vel forte peregrinante. ergo etiã sufficit ad meritum damnationis ęternę: cum sit multo facili⁹ peccare, q̃ bene agere. Et confirmatur, dicit Cicero lib. de amicitia: Sunt firmi stabiles & constantes eligendi: cuius generis ẽ magna penuria: & iudicare difficile sane nisi expertum. & infra: Quidã sępe in parua pecunia perspiciuntur q̃ sint leues: quidã autem quos parua mouere non potuit, cognoscuntur in magna. Si vero erũt aliqui reperti q pecuniã pręferre amicitię sordidum existimẽt, vbi eos inueniem⁹ qui honores magistrat⁹ imperia potestates opes amicitię non anteponant? Ergo leuis est cũ non satis & ad verũ pondus iustitiam diligit. Et sępe maior est infirmitas corporis dũ latet, puta dũ morbo victa est natura: & moribundi se alleuiatos dicunt. sic in ꝓposito. ¶ In oppositũ arguitur, quia habitib⁹ non iudicamur a domino, sed actibus. ij. ad Corinthios. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; prout gessit in corpore siue bonũ siue malum. Et in iudicio disceptatiõis Mat. xxv. ꝑ solis actibus mittunꝛ in ignem ęternũ. Et cõfirmatur: quia per veram pœnitentiã non statim exuimus habit⁹ malos, sed manent. & Lucę. ij. ab angelis decantatũ legimus, Et in terra pax hominib⁹ bonę voluntatis, nõ bonorum habituũ. Homo autem cuius propositum est amare deum & proximum non secundum hominẽ, sed secundum deũ: proculdubio bonę voluntatis dicitur. quę vsita- A

tius in scriptura charitas nominatur: vt dicit Aug.xiiij.de ciui.dei.c.vij.ergo leuitas habitualis nihil videt iudici obes se. In hac quęstione fuit error Ioan.Hus, ꝙ nihil boni fit ab homine vitioso. Vnde inter articulos ei⁹ in cõcilio Constã.
B cõdemnatos.clix.est iste: Diuisio immediata humanorum operũ est ꝙ sunt virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agit quicquã: agit vitiose. & si homo est virtuosus, & agit quicquã: agit virtuose: quia sicut vitium quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi: sic virtus viuificat oẽs actus hominis virtuosi. cui errori valde videtur fauere glos. Mat.vij. Nemo potest duobus dominis seruire. aut eñ & c. nihil est mediũ quicquid facis, aut facis ex amore dei, aut facis ex seruitute diaboli. pone ergo peccatorem agere ex naturali pietate, & nõ ex amore dei: oportet ergo iuxta glossam dictam ipsum illud agere ex seruitute diaboli, & sic inficitur
C opus. & .iij. Ethi. dicit Philosoph⁹, Qualis eñ quisq; est, talis ei & finis videtur. & .vj. Ethi. deducens ꝙ temperantia est cõseruatrix prudentię, quia non totũ iudicium corrumpit aut puertit voluptas & dolor, veluti ꝙ triangulus duob⁹ rectis æquales tres angulos habet vel nõ habet: sed illud quod in agendo versatur. principia eñ rerũ agendarum sunt quorum gratia illa aguntur. Ei autẽ qui corruptus est ob voluptatem vel dolorem, repente non apparet principium, neq; oportere gratia huius neq; propter hoc suscepisse omnia & egisse. Nam vitiũ principij corruptiuũ est. & .vij. Ethi. Principium ipsum virtus conseruat: vitiũ corrũpit. illud autem gratia cuius, principium est in actibus, perinde vt suppositiões ipsæ in mathematicis. Neque igitur ibi docendorum principiorum est ratio, neq; hic: sed virtus aut naturalis aut assuetudine parta causa est opinãdi circa principiũ recte. sed veritas est ꝙ hõ quantumcũq; deprauatus & habitu corrupt⁹ potest pro tempore recte iudicare de agendis, & moraliter bene agere. Vnde Philosophus.iiij. Ethi. c. de veritate. Atq; qualis vnusquisq; est, talia tã dicit q̃ agit, nisi alicuius gr̃a agat. ergo quis contra
D inclinationem habitus & sentire & agere potest. Et patet istud manifeste de pœnitentib⁹ qui habituati sunt ad intem,

perantiam & huiusmodi. Vnde sicut contingit sapiētē ali quem agere insipienter & male: ita ecōtra. Sunt eīm habitus in anima qđ pondus vel leuitas in corporibus. Amor B meus (inquit Aug.) pondus meū. illo feror quocūq; feror. & vt pondus impeditur in corporib⁹ ne moueat deorsum aliquando per vim, aliquando pter naturā, & aliqñ secundum naturā: (primi, vt dum lapidē proijcio sursum. secundi, dum magnes trahit ferrū sursum: tertij, sicut ferrū quiescit in superficie terræ) sic dū priuatur homo vsu rationis, quasi per vim impeditur habituum vsus. secūdi, cū ppter habitum cū tristitia & dolore seu renisu agit contra inclinationem habitus. tertij, cum voluptate vel dolore puenit habitus, vt nec consideratio nec mot⁹ secundū habitum fiat sicut ferrū non resistit tractui magnetis: & ideo vt tradūt naturales, ferrum vnius libræ seu talēti adiectū magneti q ipsum trahit, nihil ponderis addit, sed reperitur tantum pōdus corporis magnetis, sic q ex corpore magnetis ponderis vnius libræ & ferro tracto vnius libræ solum fit pōderatio in æquali libra vnius talenti seu libræ tantum.
¶ Hoc supposito pro responsione ad quæsitum pono hanc E vnicam propositionem: Præsumptionis est assumere illud muneris ad quod ferendū vires non suppetunt. patet Prouerb. xvij. Qui altam facit domū suā, petit ruinam. Item Greg. Quisquis sacerdotiū nō ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat: pri⁹ vires suas cum eo qđ subiturus est onere metiatur: vt si est impar, abstineat: & ad id cū metu etiā cui sese sufficere existimat accedat. j. q. j. non est. Itē Hieremie. xlviij. Sublimitatem Moab, & arrogantiam, & superbiā, & altitudinem cordis ei⁹ ego scio, dicit dominus: iactantiam eius, eo q non sit iuxta illam virt⁹ G eius: nec iuxta qđ poterat conata sit facere. Præterea qcūq; exponit se discrimini peccati eo ipso peccat, vt est regula magistralis fundata in verbo Sapientis. Ecclesiastici. iij. Qui amat periculum, peribit in illo. Sed sic facit iudex tā leuis animi. Hinc Ecclesiastici. vij. dicit sapiēs: Noli quærere fieri iudex, nisi virtute potens sis irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Vnde si velit vere pœnitere, necesse

est vt onus iudicaturæ deponat: iuxta. c. falsas pœnitentias. de pœnit. dist. v. Nec releuat si nunquam ei periculum occurrer. t: sicut dersorie dici solet. Sola casta est quam nemo
H rogauit. quia sic imperitus medicinę si ęgroto nō nocuerit & imperit⁹m litiæ qui ducat⁹ officium assumpsit, q a forte nullis occurrentibus inimicis nihil damni reipu. intulit. non per hoc excusatur a peccats temeritatis exponēs se discrimini. Et sicut il'e tenetur cedere illi officio, vt vere pœniteat: ita & tātæ leuitatis iudex tenetur &c. Nec reputem⁹ onus iudicaturæ facile & leue, quod sanctus Iosaphat tam graue iudicauerit. Videte inquit quid faciatis. non em̄ hominis exercetis iudicium, sed domini: & quodcūq; iudicaueritis, in vos redundabit: sit timor domini vobiscū, & cū diligentia cuncta facite. non est enim apud deum nostrum iniquitas, nec personarū acceptio, nec cupido muneris. & Moysi de iudicibus constituendis Iethro sacerdos Madian persuasit. Prouideas autem de om̄i plebe viros sapiētes & timentes deum, in quib⁹ sit veritas, & qui oderint auaritiam. Exodi. xxviij. vt sciam⁹ ad mun⁹ iudicaturæ idoneos non esse qui eas qualitates non habuerint. ¶ Ad rationes ante oppositum, ad primam, sicut contingit habitualiter odientem actu diligere: & ita & illum qui habitu est mollis, act⁹ strenue agere & immobiliter: & eū qui timid⁹ est, actu semetipsum vincere, & naturę inclinationē, vt nō solum in aliquo opere fortiter agat, verū etiam aliqn̄ audacter & temere, sicut contingit auarū habitu & natura aliquādo agere ꝓdige. Et ad confirmationē dico ꝙ petrosum & sine habitu esse virtutis, non ponit actuale peccatū, & sic non impedit quo minus agere possit actu moraliter bene. ¶ Ad secundum dico, Sapiens ad literā intendit ꝙ mi-
I nus periculi inducit conuersantibus & qui familiariter adhærent iniquitas viri &c. vnde pręmittit, Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulieris noli commorari. de vestimentis em̄ procedit tinea, & a muliere iniqtas viri. melior est enim iniqtas viri, q̄ mulier benefaciēs, & confundens in opprobriū. Ex principio enim & cauda apparet ꝙ nō voluit iniquitatē viri dicere bonam: sed respectiue solum minus periculosam q̄ sit cōuersatio cū mu

liere bona. De mystica expositione quam tangit argumentum, dicam in paruis quęstionib⁹. Et ad confirmationem dico ꝙ potest actu aliquid neruorum zeli & feruoris adhibere, quãuis sit habitu mollis, & natura remiss⁹, vt patet in magnis peccatorib⁹, qui contra naturam & habituũ inclinationem pœnitent vehementer. ¶ Ad tertium, põt quis parati animi esse ad renunciandũ omnib⁹ quæ possidet actu & proposito vbi & quãdo oporteret pro Christo vel vt in cõfirmatione tangitur, vbi & quãdo necessarium est ad proximi salutem, vel vt seruetur a peccato, qui habitu & natura ad hęc paratus est minime: & sicut pri⁹ dictum est, iuxta actualem dispositionem non habitualem iudicandus est. ¶ Ad quartum dico ad probationẽ confesquẽtiæ quo ad meritũ vitæ æternę non sufficit habitualis relatio, sed virtualis. Cui⁹ exẽplũ est de medico quęrẽte in agro hærbas ad componendũ potionẽ: quanuis actu nõ cogitat de sanitate, virtualiter tamen intendit sanitatẽ, quia intendit finem secundariũ, quem prosequitur propter sanitatem. de hoc vide Tho. q. de charitate, arti. x. in solu. ad. ij. & iij. Et talis relatio virtualis etiam sufficit ad meritũ dãnationis æternæ, sed non habitualis. Quod inducit de Cicerone, solum arguit ꝙ tales oblata magna summa pecuniarum essent peccaturi, nõ ꝙ actu peccẽt. Si dicas, ergo huiusmodi leuis iudex non peccat acceptando onus iudicaturæ: Nego consequentiã: & est ratio, quia licet sola habitualis dispositio nõ arguat in eo peccatũ, tamen actu acceptare vel exercere officiũ seu on⁹ in quo sibi discrimen imminet peccati, hoc in ipso ponit actuale peccatum, sicut in milite vel negociatore iuxta sen. Grego. in. c. falsas pœnitẽtias de pœnitentia dist. v. Idem est cũ habitu lubricus immiscet se societati mulierum, vnde verisimiliter pertrahetur ad mortale peccatum. quanuis enim illius habitus non arguat seu ponat in eo peccatum, tamen hoc immiscere se illi societati, & exponere se discrimini &c. arguit in ipso peccatum. ¶ Effectualiter per diuersas propositiões ad hãc vnicam conclusionem me resolui. Nõ licet iudici pro seruanda iustitia quocunꝙ munus illi oblatam capere vel sperare: sed laboris sui põt moderatum stipendium capere, si non K

ad illum sit alia ex causa obligat⁹. Nec licet iudici quoquo modo optare vt in cuiuscunq; fauorem licite cõtra iustitiã proferre possit. igitur iudex qui suæ fragilitatis est cõscius vt in alteram partem oblato munere flecteretur, non põt officium iudicaturę licite appetere, vel iniunctũ exercere.

¶ Contra corollariũ arguit dominus Quodlibetarius. Impossibile est hominem inter duo peccata vere esse perplexũ iuxta. c. nerui. xiij. distin. & ibi omes doctores. Et est ratio, quia nemo potest ad impossibile obligari: vt est regula iuris in. vj. & August. Nemo peccat in eo quod vitare nõ potest. Sed prælatus quãtũcũq; fragilitatis fuerit, tenet papę obedire: & ergo excutiendo onus iudicaturæ incurreret inobedientiã; ergo non obstante fragilit[illegible] potest onus iudicaturæ exercere. Etiam q; fragilitas non obstet, probatur: quia potest qs bona & optima volũtate velle cogi ad obseruantiam mandatorum dei: cum hoc sit vnicuiq; vtile ad salutem. ergo potest licite velle munere allici vt seruet iustitiam: quod sub vno mãdato continetur. ¶ Respõdeo ad primum, cum rationabilis causa subest, põt se a mãdato excusare, iuxta. c. siquando. de rescrip. & euitat periculũ inobedientiæ. Etiã si ei sub nomine dignitatis committit proprio nomine minime expresso: potest subdelegare: & patent multæ viæ euadendi inobediẽtiã: imo quanuis de causis docere non posset, sciens sibi periculum scandali imminere, deberet potius excõmunicationem humiliter ferre, q̃ in eo obedire: sicut in casu. c. inquisitioni. de sentent. excommunicat. nec esse vere contumax vel inobediens, q̃q̃ reputaretur talis. Ad confirmationem dico, sicut peccatum est homini facere actum pręcepti propter metum, ita & velle in ipso seu cõsentire vel optare vt ipsemet faciat ex metu: sed sanctum est desiderium seu velle quod vult vt poti⁹ agat, ex metu, quam simpliciter omitteret.

Quodlibetica quęstio vndecima eiusdem anno a salute humana. 1506. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



VAESTIO PRINCIPALIS cũ argumentis per dominum Quodlibetarium mihi ꝓposita est, Vtrũ deterius sit aliũ sceleris notare occulti vel manifesti, an sic tacentem alios audire nec prohibere? In hac quæstione supponitur vtrũq; esse malum: & quæritur malitiæ comparatio qua in parte sit detestabilior. Et vt clarius eluceat veritas, adducam primo media quibus detrahentium videtur pars defendi a culpa, veritatem decidendo. Secundo quibus auditorũ culpa tegitur. & comparabo simul vtrũq;. ¶Et primo videtur ꝙ licet occultum crimen detegere, quia nõ est discipulus supra magistrum, nec seruus supra dominum suũ. sufficit enim discipulo si sit sicut magister eius. Matth. x. Sed Christus detexit peccatum occultum Iudę, quod tunc solum corde cõceperat: quia dixit Ioãni: Cui intinctũ panẽ porrexero &c. & tradidit Iudæ. Ioan. xiij. ergo. Et confirmatur: quia si astrologus aliquẽ esse furem dixisset qui non erat, non tenetur iniuriarum, licet constitutiones eum teneant: vt est text. in. l. item apud Labeonem. §. si quis astrologus. ff. de iniu. vbi gl. in verbo potest, quia nõ dolo malo, sed suę artis causa fecit. sed longius a dolo & animo iniuriandi videtur esse qui solum animo noua acta referendi, alijs occultum crimen refert. ergo. ¶Secundo sic, adiuratus dicere veritatem super interrogandis, tenetur dicere veritatẽ. ergo cum super occulto interrogatur, licite deponit veritatem. consequentia tenet: quia si falsum deponit, contrauenit iuramento, & est periurus. ergo verum deponendo ꝓpter vinculũ iuramenti excusaẽ. Nec valet si dicaẽ, inter illa duo datur mediũ, scilicet tacere: quia in casu ę que ꝓderet vt loquendo: puta si non audeat metu mendacij dicere ꝙ nihil nouit, statim scient audientes ꝙ ille de quo interrogatur, crimẽ cõmisit. Etiã ex iuramẽto tenetur dicere veritatẽ. & nõ tacere. Et confirmaẽ: quia de hoc videẽ textus ad literam Leui. v. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq; fuerit ꝙ ipse vidit aut conscius est: nisi in-

dicauerit,portabit iniquitatē suam.dicit Ly.in hebrço haberi,& audierit vocē iurati:qui scilicet adiuratur dicere veritatem.vnde subditur,Testisq; fuerit,id est vocat⁹ ad atrestādū:nisi ipse indicauerit quod vidit aut cōscius est, ipse portabit &c.Quod ex alio cōfirmatur, quia fertur cōmuniter excōmunicatio in omnes qui sciunt impedimēta affinitatis vel consanguinitatis,nisi indicauerint. & aliquoties indicari non pōt nisi detegatur occultū crimen fornicationis sponsi vel sponsç quod cōmisit cū aliquo attinente infra quartum gradum cōsanguinitatis. ergo tenet̄ hoc sacerdoti qui facit banna indicare, vt manifeste asserit dñs Pe:de palude.xxviij.dist.iiij.q.ij.artic.v. &.xxvij.di.q.I. ar.iij.vtrum is cui consilium petendo. Si forte dicas procedere vt indicandum sit ei qui nouit ꝓdesse, & non obesse, vt Aug.limitasse videtur textum dictum Leuiti.& inducitur a Grati.xxij.q v.hoc videtur. vt in excommunicatiōe lata contra non detegentes impedimēta matrimonij ligetur quis non indicando sacerdoti:non ligaretur aūt ex hoc ꝙ non intimaret iudici inquirenti:contra, hoc est corrūpere textum Leuit.ille nāq; precedit cum aliquis in testem productus est,& per iudicem adiuratus.Etiā pro scandalo non est veritas omittenda in iudicio, contra regulā, Qui scādalizauerit:vtilius scandalū nasci permittitur, ꝙ veritas vitç relinquat̄. ergo nec pro euitāda infamia hominis oportet omittere.tenet consequentia a minori. ¶Tertio principaliter ꝙ tā in iudicio quā extra liceat detegere,probatur per textū apertum in.l.eum qui nocentem.ff.de iniurijs.vbi dicit̄:Eum qui nocentē infamauit,non est bonū neq; çquum ob eam rem condemnari. nam crimina nocentium nota esse, & oportere & expedire. Si dicatur hoc ꝓcedere de non penitus occulto,sed quod ꝓbari potest iudiciario ordine,per.c.si sacerdos.de offi. ordi.ibi em̄ dicitur, nisi iudiciario ordine probare possit,non debet arguere eū nominatim:hoc videtur plane corrumpere literam text⁹: quia decernit super eo qui nocentem infamauit, seu qui fama spoliauit. sed qui corā multis crimē cōmisit, per quos ꝓbari potest,iā seipsum infamauit infamia facti, licet non iuris.ergo oportet intelligere de crimine occulto.Et cōfir-

matur:nemo peccat id auferens ab homine,quod ei nō debetur,modo debitā cautelā adhibeat ꝙ ſine ſcandalo aliorū fiat:ad minus iniuſtitiam non committit in illum vt ei reſtituere teneatur.ſed fama quæ eſt exiſtimatio integritatis vitæ,non debetur nocēti:cum nulli debeatur falſa laus aut exiſtimatio.ergo nocentē infamās &c. Maior patet: quia pctm̄ iniuſtitię ſolum occurrit dū is minus habet cui plus debet.v.Ethic. Et minor patet, quia quilibet error falſum pro vero approbās,inter mala noſtrę miſerię deputatur.in enchiridio.c.x.Nec obſtat.d.c. ſi ſacerdos,quia videt limitandum ad eos caſus in quibus ex detectione ſcandalū puſillorum imminet,nec tunc eſt peccatū iniuſtitię, quāquā intercurrat iniquitas q̄ ambit omnē violationē charitatis, & ſic non obligatur reſtituere. ¶ Quarto ſic,licet cōpellere ꝓximū vt in publico crimen ſuum occultū confiteatur: ergo licet nobis eo inuito illud ꝓpalare.conſequētia tenet: quia minus videtur illicitum,aut iniquitatē continere,ꝓdere alterius crimē occultū, q̄ ipſum compellere vt ꝓdat. Antecedens ꝓbatur de lege zelotypię Numer.v. cum marito vxor ſuſpecta fuit de adulterio,& non poterat probare,ſed latebat adulteriū:poterat maritus eā adducere ad ſacerdotē,offerens ꝓ ea decimā partē ſati farinæ hordaceæ, nec imponi debuit thus neq̨ oleū:quia ſacrificiū zelotypię eſt inueſtigans adulterium:ac debuit ſacerdos ſcribere in libro maledictiones in eā ſi polluta fuiſſet & cōmixta viro alieno,vt putreſcat ei⁹ femur,& tumeſcens vter⁹ dirūpatur,vt ſit in exemplū populo Iſrael &c.quas maledictiōes debuit delere aquis quę dicebant amariſſimę,& dare mulieri bibere &c.ergo cōpellebatur ſe ꝓdere: & vbi noluit, nihilominus detegebatur occultū eius adulteriū. Et ne forte dicatis ad tēpus ſolum illud fuiſſe cōceſſum populo veteris legis ob eorum duritiam, ſicut libellus repudij cū ſuperinductione alteri⁹ coniugis:adduco conſimile ex concilio Guarmacieñ.quia dū in monaſterijs furtū cōmittitur: per abbatem vel aliū pręſentibus fratrib⁹ miſſa celebrata, debet ſingulis tradi euchariſtia ſub hac forma, Corpus domini ſit tibi ad ꝓbatiōnē hodie.ſed nemini licet dominicū corpus aſſumere in atteſtationem falſitatis,puta quod in=

nocens sit cum est nocens. ergo tenetur ꝓdere crimen suū occultum. Preterea ꝓ crimine occulto quis excōmunicaṫ: vt in.c.sacerdos.de offi.ordinarij.imo & pro actu interiori mentis: vt pulchre deducit glo.in cle.de hereticis,in verbo eo ipso.ergo cū teneatur absolutionē ab excōmunicatione petere,necessario habet crimē suū occultū excōmunicanti qui interdū sacerdos non est, exponere. ¶Quinto sic,frequenter tenetur homo de occulto crimine semetipsum ꝓdere.ergo in illis casibus licet etiā alteri ipsum propalare. Cōsequentia tenet: quia cum semetipsum tenetur ꝓdere, consentit ad min⁹ actu debito quāuis non elicito vt ali⁹ faciat:qđ sufficere videtur vt licite fiat:queādmodū consensus debit⁹ excusat a peccato furti & detentionis alieni etiā si volūtate elicita sit nolens. Antecedēs ꝓbatur primo: cū aliū infamauit de falso crimine, teneṫ hoc retractādo vt alteri famā reparet,semetipsum infamare. Et confirmaṫ:qa si ꝓlē concepit de adulterio,vel partū alienū sibi supposuit vt de hoc scđo est casus in.c.officij.de pœ. & remissi.si possit impedire dāna veri heredis ꝑ sui criminis detectionē,& alias nō possit,tenetur: cū nō possit sibi honorē seruare cū alterius iactura vel dāno. Secūdo cōfirmaṫ,quia tenemur naturali iure defendere ꝓximū oppssum: iuxta illud Prouerb.xxiiij. Erue eos qui ducūtur ad mortē: & q trahunṫ ad interitū,liberare ne cesses.si dixeris, Vires non suppetūt:q scrutator est oīm,ipse intelligit, & seruatorē animæ tuę nihil fallit:reddetq́ꝫ homini iuxta opera sua. Ponam⁹ ergo,innocens occidetur nisi ij detexero eū a quo crimē extitit ꝑpetratū: vel tota ciuitas forte impetreṫ ad vindictā, vel forte occidet regē,tradet ciuitatē,inficiet multos heresi vel veneno nisi eius occultū ꝓpositum alijs detexero. Tertio cōfirmatur, in casu quo quis innocenti famā restituere non potest nisi cōplicis sui secretū crimen detegat. Exempli gr̃a,conspiraui cum socio meo deponere cōtra innocentē de crimine homicidij quod scim⁹ ab alio esse cōmissum: & ne deprehēdamur ex diuersitate loci vel tēporis falsum deposuisse: vt Daniel cōuicit illos sacerdotes qui Susannā accusauerūt: cōuenim⁹ de oībus quomodo & qualiter depositurí sumus.hic ꝓ liberatione & reparanda fama inno-

tentis teneor fateri me falsum deposuisse: & hoc retractãdo infamo necessario etiam sociũ meũ: ergo. Quarto confirmatur, in furto teneor furem occultũ querenti possessori indicare. vnde Hier. tractans illud Prouerb. xxix. Qui cum fure patitur, occidit animã suam, adiurãtem audit, & nõ indicat. Nõ solũ fur inquit, sed & ille re⁹ tenetur furti qui conscius quærenti possessori nõ indicat. Et ne metu personæ potẽtioris se excuset, addit; Qui timet hominẽ, cito corruet. qui sperat in domino, subleuabitur. Et quod non solũ furtiuam rem, sed furem ipsum indicare teneamur, quando scilicet alias indemnitati fratris consulere nõ possumus: aperte tenet glo. in ca. qui cum fure. de furtis dicẽs ab hoc teneri nos de iure canonico, quãquã nõ de iure ciuili. ergo quotiens detectio criminis occulti necessaria est ad occurrẽdum iniuste & inique oppressioni aliorum, licitũ videtur &c. ¶ Secundo principaliter arguitur ꝙ licet alios de manifestis peccatis seu que probari possunt infamare. Primo per illud apostoli, Peccantem coram om̃ib⁹ argue, vt cæteri timorem habeant. j. ad Timoth. v. sed frequẽter factum seu op⁹ peccati fit corã multis qui nesciũt hoc esse peccatum. ergo licet infamare hominem de peccato nõ occulto. Et nihil referre videtur quo ad vim vel rationẽ infamie, referre alijs ꝙ ipse hoc fecerit quibus constat esse peccatum: vel istis qui facti notitiam habent, remonstrare facti qualitatem, puta quod sit peccatum. Et confirmatur exemplariter. Paulus videns Petrum subtrahere se a cõsortio gentilium seu conuersatione propter superuenietes Iudeos qui a Iacobo missi erant, in faciem ei restitit, Si tu Iudeus cum sis, gentiliter & nõ iudaice viuis: quomodo gẽtes cogis Iudaizare: remonstrans alijs peccatum Petri, ꝙ eius simulationi consenserant: inter quos dicit Bernabam vnum fuisse. Secundo videtur euidenter hoc probari posse ex. l. eum qui nocentem. ff. de iniurijs. quæ aperte decernit bonum non esse nec æquum quempiam cõdemnari ob id quod nocentem infamuerit. quod glo. dicit illic procedere siue in iudicio siue extra fiat, ꝑpter generalẽ rationẽ text⁹: quia scilicet crimina nocentum nota esse oportet & expedit. & Specu. ti. de iniu. dicit in libello actoris ponẽdum &

articulandũ esse, Item ꝙ ſum homo honeſtus & religioſus. niſi enim eſſet talis, nõ cõpeteret hæc actio contra verum dicentẽ. ff. eo. l. eum qui nocentem. §. j. C. eo. l. ſi nõ es nũciator. quæ lex diſponit eum qui non eſt nunciator vel delator falſi criminis, aduerſus eos quos infamandi ſiue minuẽdæ opinionis ſuę gratia aliquid feciſſe cõperiet, iniuriarũ experiri poſſe. ergo a cõtrario datur intelligi ſi eſt delator falſi criminis, ei actio iniuriarũ nõ cõpetit. Et cõfirmatur; quia ſi quis fœminam nõ matronali habitu indutã appelauerit, vel comitẽ abduxerit, vel affectat⁹ fuerit, nõ tenetur iniuriarũ: vt eſt textus in. l. item apud labeonem §. ſi quis virgines. ff. eo. Et eſt appellare (vt ibidem dicit) blãdis verbis alicui⁹ pudicitiam attẽtare, comitem abducere: puellam vel ſeruitorem detrahere: & affectari, frequẽter ſequi: quia (vt ibidem dicitur) aſſidua frequẽtia ꝑbet quaſi nonnullam infamiam. Sed hęc omnia iniuriã continerent ſi matronali habitu induta eſſet: & ab iniuria excuſant ꝙ habitu matronã ſe nõ remõſtrat; ergo ſimpliciter q̃ opere ſeſe probum non exhibet, nulla ei videtur iniuria fieri ſi vt nocens ac improbus per alium infametur, aut verbis agitetur. ¶ Tertio, quia minus videt vt licitum de peccato futuro publico alium infamet q̃ de ꝑterito, ſed de futuro licet, exẽplo Chriſti Matth. xxvj. qui diſcipulis ꝑdixit, Oẽs vos ſcandalum patiemini in me iſta nocte. cũq; Petr⁹ ardẽtioris animi reſpondiſſet; Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego nunq̃ in te ſcandalizabor: dixit ei palam dominus: Dico tibi Petre, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Et maior patet: quia maioris opprobrij confuſiõis & leuitatis eſſe videtur ꝙ adhuc futuro tempore crimen cõmittet, q̃ ꝙ aliquando commiſerit.

¶ Quarto ſic, referre crimen alterius ſolũ videtur habere rationem mali quia proximus infamatur, vel eius honor aufertur, ſed q publice peccat, ĩfamis eſt, & ſine honore eſt ergo. Minor patet de infamia: quia non eſt illæſę dignitatis. peccãdo nãq; ſuã dignitatẽ lęſit. Etiã fama nihil eſt aliud (vt ex ſequentibus apparebit) q̃ exiſtimatio vel opinio integritatis vitæ: quã integritatẽ cõſtat ipſum nõ habere. De honore patet, q a honor nihil aliud eſt q̃ teſtimoniũ &

atteſtatio virtutis.ſed ipſe virtutē non habet:& de hoc cōſtat.ergo non debetur ei honor.Si fortaſſe dicas in hoc iniuriā ei fieri ꝙ apđ aliquos habit⁹ ſit integræ vitæ & inculpatę,& aufers ei hoc bonū: ſequitur hoc incōueniēs quod de publice inſcalato non licebit alijs ignorantibus referre, vel de eo qui principalis in ſeditione fuit,vel publice in foro mulierē ſtuprauit &c.Et confirmatur,ſi quis in aliqua arte falſo famatur excellentiā habere,cui⁹ eſt imperit⁹:iniuriam illi nō facio ſi vel ſcriptis ſuis vel opere demonſtro illū ſciētiā vel artē non habere.Similiter ſi qs falſo famatꝰ de virginitate,abſtinentia ſingulari, & erogatione in pauperes vſqꝫ ad arctam neceſſitatem ſeu penuriam,nō pecco attenuans famam ad proportionē ſcientiæ artis vel virtutis quam vere habet: alias non liceret remonſtrare ꝙ vxorē habuit & ꝑles:ergo ſimiliter licet illi exiſtimationem virtutis auferre qui virtutē non habet:maxime ſi hoc conſtiterit,& probari poſſit. conſequētia tenet per locū a ſimili. Conſimiliter enim ſe habet fama virtutis ad eum qui virtute caret,ſicut fama ſcientiæ vel artis ad eū qui ſciētię vel artis expers habetur.Etiam in omnibus conſimiliter cōceſſum videtur corripere exiſtimatiōis errorem. ¶In cōtrarium eſt vtriuſqꝫ ꝙ detractores & contumelioſi inter eos numerantur qui digni ſunt morte, & nō ſolū qui faciunt, ſed & qui conſentiūt faciētibus &c.ad Ro.j.ergo &c.Pro ſolutione quæſiti, quia referre crimē alicuius occultū vel manifeſtū,ex diuerſis ratiōnē culpę vel peccati habet, vel quia cōtra charitatē quā proximo debem⁹,vel quia cōtra iuſtitiam:quia ei ſcilicet famā auferim⁹ vel attenuam⁹,et aliquādo fit detractio,aliquādo cōtumelia:ꝑmitto qđ crimē dicitꝰ occultū,qđ manifeſtū,quid fama,quid honor,qđ detractio,quid cōtumelia,quid infamare,quid famā attenuare,qđ famā auferre. De occulto,manifeſto,& notorio tradit Spe.ti.de notorijs criminib⁹.Oīno occultū ē qđ nulla rōne ꝓbari pōt.c. vt noſtrū extra vt eccľiaſtica bn̄ficia ſine diminutione cōferantꝰ. occulta em̄ ſoli deo reſeruantꝰ vj.q.j.ſi oīa.& tale occultū videtꝰ ſecretū.xxxij.di.erubeſcant.extra de ſimonia.tua nos.ij.q.j.ſi peccauerit. Pene occultū dicitꝰ quod ꝑ paucos probari pōt.eſt em̄ quaſi oc-

cultum quod pauci sciūt. nam secretum dicitur quod fit in præsentia quinq;: vt de pœ. di. j. §. hęc ergo secreta. ver. nō sunt hæc. Hoc dictū Sp. fundari videt in gl. d. ver. nō sunt: c. quis aliquando videt. in verbo secreta. q̄ illic sumit arg. secreta esse quæ fiūt in pręsentia quinq; hoim. Manifestū est publica seu famosa ꝓclamatio ex certa sciētia & certis autoribus proueniens. Vnde manifestū est quod ꝑ multos probari pōt, nō tamē tot quot ꝙ fiat notoriū. Vnde dicit lex, Palā id est manifeste testari dicit̄ q̄ nō in publicū hęrede nominat, sed corā testib⁹ quot ad solēnitatē testamenti

B sufficiāt. ff. de testa. l. hæredes. in pri. Notoriū vero (vt tradit ibidē Spec) est triplex, scilicet ꝓsumptiōis seu ꝓsumptū quod est iuris euidentia vehementer ꝓsumpta vt si vir & vxor aliquem infantem nutriāt, & filium vocēt ꝓsumit̄ ꝙ sit eorum filius. extra de proba. per tuas. Aliud est notorium iuris, de quo quis in iudicio cōdemnat⁹ est vel cōfessus. c. vestra. de cohabitatione cle. & mul. Tertium est notoriū facti: quod per rei euidētiā est notū, & nulla tergiuersatione celari possit, siue sit factum transiens interpolatū, siue permanens: vt notat ibi Spec. Decidit etiam ibidem quot hominū pręsentia requiratur vt aliquid sit notoriū. de quo etiam Panormita. d. c. vestra. Iuxta hoc aduerte ꝙ notorium potest fieri pene occultum, vel simpliciter occul

C tum. exemplum, totus exercitus vidit Ioānem aliquid facientem, & omnes illic occiduntur vno solo dempto. ille iā hoc deteges prodit secretū. Fama (secūdū glo. & doc. in. c. vestra. de coha. cle. & mul. & secundū Spec. vbi supra) est illesę dignitatis stat⁹ vita & morib⁹ cōprobatus, & est descriptio famę bonę. Fama mala est lęse dignitatis status vita & morib⁹ reprobatus. sed in l. cognitionū. §. existimatio. diffinit̄ fama sic: ꝙ exist. matio est dignitatis illęsę status, legibus ac moribus cōprobatus: quæ ex delicto nostro legum auctoritate minuitur aut cōsumitur. Et distinguūt doctor. duplicē infamiā, iuris, & facti, vt in regula, infamibus. de re. iu. Sed ne ex definitione patiamur calumniā, cū ad definitiones facilis sit argumentatio, contingit nanque hominem famam optimam habere qui non est integræ seu honestę & bonę vitę: etiam cōtingit manere aliquem

ſub infamia iuris, qui nunquam perdidit famam facti, ſeu integræ exiſtimationis nondum abolita iuris infamia: ideo aliter deſcribo famā in noſtro ꝓpoſito: Fama eſt exiſtimatio integritatis ſeu honeſtę vitę, & hoc vel ꝑ omnia vel in aliquo tantū, prout quidā adulteri & ebrioſi ſunt bonę famę quo ad integritatem iuſtitię: & quidā iniuſti ſunt bonę famę quo ad fidē & continentiā vel huiuſmodi. Sumitur etiā quādoq; fama extenſius vt dicit exiſtimationem quā hō habet penes aliū de quacūq; pręſtantia artis, virtutis vel doctrinę: quomō dicimus aliquem medicum vel iuriſtām famatiſſimū, qui eſt omniū ſceleratiſſimus. Honor nihil aliud eſt q̄ atteſtatio ſeu ſignū virtutis. Et ſumit aliquando nomen honor extenſius vt eſt atteſtatio & ſignum cuiuſcunq; pręſtantię. ſic dicimur honorare medicum quē ſigno aut voce ꝓfitemur ſuę artis peritum inſigniter. Detractio eſt famæ alterius denigratio. addunt doc. cōmuniter, per verba occulta, ſeu in ipſius abſentia. de quo latius vide btm̄ Tho. ſecūdā ſecūdę. q. lxxiij. ar. j. & ſi fiat pręſenti, eſt cōtumelia: de qua ibidē btūs Tho. tractat. q. ſuperiore. lxxij. Non inſiſto de vi definitionū: appello detractionē omnē famę imminutionem ſeu ſubductionem, ſiue abſenti fiat, ſiue pręſenti: nec eſt inconueniens concurrere detractionem in eodem facto cū contumelia: ſed diuerſo fine dicitur detractio, & cōtumelia. Vt enim ordinatur ad famę diminutionem vel exterminiū, dicitur detractio: & vt ordinatur ad confuſionē illius in quem vel de quo dicit̄ aut fit, eſt cōtumelia: & ſic detractio per facta ſeu opera fit, ſicut per verba. Vnde quo ad ſignificationē nominis contumelia, Philoſoph⁹. ij. Rhet. ca. de ira, diſtinguit tres ſpecies cōtemptus, deſpectū, detractionem, & contumeliā. ſumit ibi detractionem vt dicit detractionem placiti, ſcilicet cum quis dat impedimentū ne alterius volūtas fiat, hoc intendens ſeu cupiens, non aliud ex illo. Cōtumelia eſt dāno atque dolore afficere in quib⁹ turpe eſt patienti, nō vt aliud quiddam fiat ſibi quam quod factum eſt, ſed vt voluptate afficiatur. ¶ Secundo pręmitto φ aliud eſt proximū infamare, aliud eius famā attenuare, aliud famam ſupprimere vel auferre: ſicut aliud eſt fœtorē immittere, aliud bonū D

odorem remittere vel attenuare, aliud odorem bonū in to
E tum supprimere vel auferre. Vnde minus est attenuare famam alterius, deterius est auferre famam, omniū deterrimum mala fama ꝓximum respergere vel notare. Et ne quis decipiatur existimans impossibile vt alicui fama auferatur quo ad ea quę sunt necessariæ obligatiōis, seu necessaria ad effugiendū culpam, quin simul male famet, quoniam mediū dari non potest inter vitam bonam & malam in homine adulto & qui vtitur ratione, aduertendum est ꝙ licet inter illas vitas mediū non inuenitur, tamen mediū dať inter credere hominē adultū esse bonę vitę, & credere seu opinari ꝙ sit malę vitę. nā dubitare vtrum bonus vel malus sit, neutrū est credere seu opinari, sed fluctuare inter vtrūq;. Vnde & frequēter inducimus aliū ad dubitandū vt hęreat nesciens q̄ pars sit verisimilior, seu ꝓbabilior videatur, cui neutrā partē vt assentiat ꝑsuasam facere possumus. Contingit autē attenuare famā, auferre, vel in contrariū vertere multis modis, tacendo, vituperando, laudando, laudē vituperio cōmiscendo, demū solas verisimilitudines seu coniecturas contrarij inducendo. Exemplū primi: interrogat me aliquis de vita & moribus eius q continue apud me versať, & cui videor beneuolus esse & fautor, vt vehemens pręsumptio sit si aliquid p̄stantię & virtutis in eo agnoscerē, id lętus p̄dicarē, atq; purgarē ab infamia criminū quę illi obijciūtur: si eo casu taceo, taciturnitas mea seu silētium quodāmodo probatio est ꝙ sit virtutis inops, & criminū reus. Vnde Chrysosto. Non solum proditor est veritatis qui transgrediēs veritatē palā ꝓ veritate mendaciū loquitur: sed etiam ille qui non libere veritatē ꝓnūciat quam libere pronunciare oportet, aut nō libere veritatem defendit, quā libere defendere conuenit, proditor est veritatis. xj. q. iij. nolite. Vituperando fit, dū improbitatem remonstramus, remitti in opere vel feruore, supra q̄ cōuenit inconstantem, impudicū, non satis reuerentem esse, & sic de alijs infinitis. Laudādo fit calumnia & derogatio famæ tripliciter. Primo ieiune laudando & frigide. Nam qui infœcūde laudat & segniter, destitui a causa videtur, & amicus creditur eius quē laudare vult, sed nihil posse reperire

quod iure laudet: ppter quod Phauorinus Philosoph⁹ turpius esse dicebat exigue laudare atq̃ frigide, q̃ insectanter F
& grauiter vitupare: qm q̃ maledicit & vituperat, quanto illud acerbius facit, p inimico ducit, & plerũq̃ ppterea fidem nõ capit: vt refert Gellius. xix. lib. noctium Atticarum. c. iij. Secũdo cum is ad cõmendandũ submittitur qui adeo suspectus est de malignitate & mẽdacio, vt nunquã decipiat preterq̃ dũ vera narrat: quia falsa semper dicere putatur, vt eius cõmendatio preueniens etiã fide dignorũ subsequentes commendationes faciat esse suspectas. Hui⁹ simile est, curialis timens emulum suũ a principe promouendum ad aliquod officiũ, cũ dignus sit, nec aliud videat obstare posse, eum submittit ad intercedendum pro emulo, cui scit principem maxime offensum: vt cum perpẽderit pmotionem illi gratam, ei id placitũ fieri nolit. Nã Greg. sententia, cum is qui displicet, ad intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. xlix. dis. in princi. Sic callidi timentes in odium eorũ suos emulos in administratione qua supportantur surrogandos: illos apud principem cõmendant, vt saltem eam destituendo gratiam, faciant q̃ viros dignos & sibi amicos istituat, vt sic intelligẽs vel putans eis gratũ esse, ppositũ mutet & voluntatẽ. ¶ Tertio laudando hoĩes apud eos de vera virtute, q̃ credunt vitium esse, vel immodice de virtute minima, vt nihil vel parũ credantur habere de maxima, vel per occasionem laudis eos pmouendo ad legationẽ vel odiosum ministeriũ: quã vel quod fideliter explere non poterũt sine multorũ indignatione, & ex consequẽti infamia. Primi, si apud Turcos aliquẽ laudem quia sit Christo deuotus: quomodo & quidã leguntur predicasse Christum vt pressuram suscitarent vinculis Pauli, ad Philip. j. Secundi, quia dicẽs vnum, quodam modo multa dicit. ij. Topic. quia antecedẽs includit omnia que sequuntur ad ipsum. si quis theologũ aliquẽ cõmendet de magna medicine vel iuris peritia: quia plurib⁹ intentus minor est ad singula sensus: minus existimat̃ de vera theologia habere: sicut q̃ accuratissime humilitati intẽdit, minus videtur habere de magnificẽtia & alijs que fortasse p opinione hominum magis conuenirent prælato. Tertij:

vt Pharisęi vnum submiserunt ad tentādum dominum: in quo, si vinceret, omnes vicisse viderētur: si autem vinceretur, solus confusus maneret. Simile frequenter facim⁹, vt cōfundatur in periculo quem ad id mun⁹ tanq̄ magis idoneum magna laude efferim⁹: vel vt nobis pars alia gratior delegeť, & laudis medio confusioni & periculo exponim⁹ fratrem. Vnde Polybius, Nouus quippe modus calūniæ inuentus est, non vituperādo sed laudando famę ac cōmodis hominū insidiari: quod vitium in aulis principū ortū, vsq; adeo inoleuit, vt ea loca tanq̄ proprias quasdam sedes videatur elegisse. Quarto famę detrahimus infamādi laudando, vt auctoritatē & fidē apud audiētes ea in re nobis vēdicemus, cum scilicet propter commixtas laudes amici eius credimur & beneuoli, q̄ nollemus ei iniuste nocere. Et sic quis parū laudat, vt magis vituperet: aut multa bona ꝓponit, vt vnum quod ad rem pertinet, vituperet: qui (secundū Philosophum. iij. Ethi. c. de locis ad dissoluendū calūniam) sunt artificiosi, & iniustissimi, cum ꝑ bonas res nocere conantur. hi blāda facie, cauda pungunt cū scorpione. Quinto fit solas cōiecturas vel verisimilitudines cōtrarij vel repugnātis inducēdo: vt qui ꝑtestantur se hęc de quibus contra talē rumor est, non posse credere, nec iudicare velle: sed raro (inquiūt) sine igne fumū videris. Philosophi sentētia est, Fama oīs vana nō est quā populi multi decantāt. vij. Ethi, & Hiero. inquit: Cessent vitia, & cessabit rumor. Itē video aliū a Ioanne, de q̄ non sperabať, esse ꝓmotum: quod laudi ei⁹ asscribiť & beneuolentiæ. statim ego: possibile est ꝙ in cōfusionem ei⁹ illū ad illa ꝓuexerit. nam quādiu sedet simia, ei⁹ verēda non videnť: vt primū in altū se leuat, cūctis detegit. Apud Arist. legim⁹: Multis nō ex beneuolētia de⁹ ingētes ꝑstat ꝓsperitates, sed vt notabiliores. i. magis notabiles fiāt suę calamitates. ij. Rhet. c. de locis enthymematū. quo solo pusillis statim dubiū fit beneuolo aīo an maligno fecit: & nōnunq̄ deteriorē partem suspicantes etiā iudicant saltē incerto euetu, scilicet ꝙ illi ex ministerio vel legatione aduerse & ad infamiā successerit.

G Alij dum nituntur legem circūuenire, vt alios inducant in suspicionē mali, prius recitatiue sibiipsis pronunciant, talis

hec vel illa fecit: sicut probantes pennam vel exemplificantes de propositione falsa dicũt vel scribunt: de⁹ est diabol⁹. & post coram alijs dicunt audisse se a maiorib⁹ vel a psona graui & magnæ auctoritatis ꝙ Ioãnes hoc fecit: quo nõ solum suspectum illum, sed infamẽ nõnunq̃ faciunt stulte existimantes se tali circuitione a vitio detractionis & obligatione reparationis famæ posse defendi; nõ attendentes si hoc modo mutilationes vel damna hominis pcurauerint. ꝙ causaliter damna inferẽtes ad restitutionẽ obligantur, & effecti sunt detractionis obnoxij, quocunque modo & qualicunq; signo alterius famam denigrauerint. Vñ dicit Scotus.xv.distin.iiij.sententiarum de restitutione famę, ꝙ referens coram pusillis crimen alterius ex auditu, si fiat ãnimo lædendi, non est facile excusare quin sit contra charitatem, & per consequens mortale. si autem fiat coram talibus pusillis qui videlicet leuiter credunt ex inconsideratione, durum est ꝙ exeat gen⁹ peccati venialis: quia lingua in lubrico posita est: & qui nõ offẽdit in verbo, hic pfect⁹ est vir. Et circa hoc aduerte communem sententiã doctorũ esse teneri hominem ad omnis damni reparationem quod etiã leuissima culpa dederit. de iniu. & dã. dato. c. fina. quãto magis interueniẽte peccato, & nõ solũ culpa legali. Vnde dicit ibi tex. Nec ignorãtia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriã verisimiliter potuisse contingere vel iacturã. ¶ Istis prẽmissis occurrũt sex difficultates decidẽdę subtiles & maximæ. Prima, an excuset detegentẽ crimen occultum, ꝙ alijs criminib⁹ palam insordescit qui infamatus est. Secũda, an lapsus anni intra quẽ iniuriarũ experiri potuisset, liberat hoĩem ab iniuria proximo illata, & obligatione reparandi famã. Tertia, an consensus vel remissio infamati ad hoc prosit. Quarta, an id psit ꝙ per criminis detectionẽ vtilitati consulitur ipsius diffamati vel aliorũ. Quinta, an releuat ab obligatiõe famã restituẽdi, ꝙ iusta necessitas detegendi subsit, quanuis propter illã non fiat, sed odio diffamati. Sexta, dum obligatus famam reparare non potest: an tenet infamato ad aliquam aliam recompẽsam quæ etiã descendat ad hæredẽ. Quo ad primũ videt sententia dñi Pe. de Pal. xix. dist. iiij. in fine, ꝙ sic. vñ dicit,

eo ipso quo homo vnũ crimen habet ꝓpter quod iuste iu. dex procedit cõtra eum in illo crimine, ex hoc ipso de alijs potest inquirere, quia non propter occultationem peccati sed peccatoris ꝓhibetur homo de occultis iudicare. Vbi ergo per vnum crimen est diffamatus, etiam de alijs debet dicere veritatẽ. Et simpliciter si socij sui sunt in illo statu ꝙ contra illos agi põt de vnico crimine, etiam de omnib⁹ potest & debet eos prodere quando ipsorum correctionẽ nõ sperat: maxime cum peccatũ eorũ est in periculum cõmunitatis: vt quia scit eos fures, latrones, & impœnitẽtes. Nã illum qui iam pœnituit, accusare nõ debet, nisi iuste nominatim de illo interroget. Hęc ille. Sed hæc opinio longe mihi videtur distare a veritate, quia æque ꝓditor est q̃ ebriosi hominis vel eius qui palam fornicari⁹ dinoscitur, aliud occultum crimen ꝓpalat: ac si id faceret de alio vitæ integerrimæ. Et nisi sic dicatur, pauci inter nos sunt quorũ nõ liceret occulta crimina alijs detegere & propalare. Vnde Prouerb. xj. dicitur: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici cõmissum. Ergo infideliter agit qui reuelat amici cõmissum nõ obstãte ꝙ de vno crimine diffamat⁹ est, puta ꝙ vel festis mercatur, vel ieiunia ecclesiæ non seruat, aut aliquid huiusmodi, q̃ vix faciunt hominem a vulgo minus æstimari. & Aug. Si solus inquit nosti quia peccauit, & vis eum corã omnib⁹ arguere: non eris correptor erroris, sed proditor. Attende inquit quemadmodum iustus Ioseph tanto flagitio quod erat de vxore suspicat⁹, tanta benignitate pepercit anteq̃ sciret vñ illa cõceperat, quam grauidam senserat, & se ad illam nõ accessisse nouerat. quid dicit euangeliũ? Ioseph autem cum esset vir iust⁹, & nollet eam traducere, id est diuulgare; voluit eã occulte dimittere. ij. q. j. si peccauerit. Nec obstat ꝙ simpliciter non sit integræ famæ. nã qui lubric⁹ est, frequẽter integrę existimationis est de religione & fidelitate & iustitia: vñ contra charitatẽ est sine necessitate spoliare illũ hoc bono existimationis seu famę. Quod autem tãgit Palu. iudicem posse inquirere contra aliquẽ de quolibet crimine qui infamatus est, vel cõstat illũ reũ esse de vno solo: salua reuerentia sua non est verum, nisi alia indicia cõcurrant

& suffragentur:nec tenetur semetipsum de talibus pdere: nec quis socium de huiusmodi minime suspectum licite p deret:nisi(vt postea dicam)necessitas subsit,puta de homicidio,furto vel stupro alij infamabūt, aut forte occidēt,tūc enim per viam defensionis innocentū licet, quod absq; illa necessitate ineuitabili minime liceret. Quo ad secundā difficultatē sit hæc conclusio:Lapsus anni intra quē iniuriarum experiri potuisset & non post,iuxta.l. si non cōuitij .C.de iniu.liberat hominem a pœna ad quam iuris auctoritate veniret condēnādus:sed non ab obligatione restituēdi famam. Prima pars patet:quia ad pœnę persolutionem non tenemur etiam in foro conscientię priusq per iudicem ad hoc fuerim⁹ condenati:vt est textus in.c.fraternitas.xij q.ij.vbi de hoc est notabilis glo.quam semper allegant doctores,sed psecutioni pœnæ ius certum terminum pfixit, & actioni iniuriarum,puta annū vnum cōtinuū.ergo lapsus illius anni liberat. Secunda pars q non liberat ab obligatione restituendi famam,patet:quia aliud est legem nō assistere: aliud legē resistere.nam cū lex resistit,resistit contractui,obligatiōi,actioni vel executioni,vt hæc late distinguit Barthol⁹ in.l.cum lex.ff.de fideiusso.& manda.ibidē determinans cum ius solum resistit actioni,non impeditur nec perimitur naturalis obligatio : imo si solum resistit actioni p hæc vel similia verba, super tali cōtractu vel alio actio non detur, vel nō audiatur, si illud tale erat ex quo alias de iure cōmuni actio oriebatur:parat solū exceptio, non perimitur actio:vt in Velleiano & Macedoniano ergo ad propositum nostrū multo minus aufertur naturalis obligatio,quanuis post annum actio non det. Et Pau. de castro ea.l.ad sciendum quando oritur aliqua obligatio,dicit,cum lex nō resistit contractui dirigendo verba in actū hominis,vel secundo resistens potentiæ,vt dicendo: Null⁹ forensis possit vendere, vel mulier aut minor non poterit, vel tertio resistendo obligationi:vt dicendo,mulier vel minor non possit obligare sine tali solennitate;illis tribus casibus non oritur aliqua etiam naturalis obligatio:qa de iure gentium oportet superiorib⁹ obedire:prout per.l. si nō sortem.ff.de cōdi.indebi.&.l.eos.C.de vsu.Sed cū resistit

actioni, & sic effectui, vt dicit, actionem non dabo: & tunc oritur obligatio ciuilis & naturalis: sed obstat exceptio: vt l. quia naturalis, ff. ad Mace. Præterea actio iniuriarū dissimulatione aboletur: & ideo si quis iniuriā dereliquerit, id est statim pass⁹ ad animū non reuocauerit: postea ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere, vt est text⁹ insti. de iniu. §. fin. sed siue reuocet ad animū statim vt audierit, siue ex mansuetudine nolit vel quodcūq; signū impatientię ostendere: non minus famam illi obligatur reparare quā iniuste abstulit, nō obstante q̄ lex hoc casu negat actionem. Prçterea actio iniuriarum est pœnalis: ergo nō complectitur principem, nec pœnę a legib⁹ seu a iure cōstitutę. princeps enim legibus solut⁹ est. l. princeps. ff. de legibus. & ergo papa nullam incidit excommunicationē iuris: nihilominus Papa tenetur famā restituere seu reparare illi quē cōtra ius & æq̄tatē infamauit. sic similiter post lapsum anni manet obligat⁹ repare famā. Nec liberat plus lapsus anni q̄ infamantem liberaret tertia sentētia contra ius partis puta infamati lata. sentētia aūt non tollit naturalem obligationē, neq; tribuit ius parti. l. Iulianus. ff. de condi. indebiti. Non currit etiam contra hanc obligationē naturalem iuris prçscriptio, quēadmodū nec in re vitiosa, furto, & huiusmodi: & est infamans semper in mala fide.

M sed de hoc alibi. ¶ Quo ad tertiā difficultatem, scilicet an consensus vel remissio infamati liberet, pono hanc ꝓpositionem: Cōsensus infamati de crimine false imposito, nōq̄ liberat a peccato infamātē de crimine vero sed occulto solum his casibus in quib⁹ licite semetipsum prodere posset. semꝑ tamen consensus infamati liberat ab obligatione reparandi famā in vim restitutionis: manet tamen infamās frequenter ad eam reparationem obligatus in vim charitatiuæ ædificationis. Prima pars patet: quia intercurrit mendacium, quod semper malum est & peccatum. Præterea hoc est in proximum dicere falsum testimonium: in quo non releuat consensus eius in quem profertur: imo secūdum Augustinum primo de ciuitate dei, eadem prohibitione vetamur etiam in nos dicere falsum testimoniū, quia regulam diligendi proximum, a semetipso accepit,

1 libellus

Scriptũ em̃ est: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum. Ex quo concludit occisionẽ suiipsius ꝓhibitã esse in ꝑcepto nõ occidendi ꝓximũ. xxiij. q. v. si nõ licet. Et intelligo ꝓpositionẽ de infamãte sciẽter aliũ ꝑ falsi criminis vel veri sed occulti impositionẽ. secus si ignorans fecerit, putãs verũ vel notorium esse ꝓpter alterius assensum vel dictum. Nec obstat regula: Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus: ergo consensus videtur liberare a peccato: quia procedit in quibus homini licet valide cõsentire. Vnde quãuis de expresso consentiat vt ei iniungatur quodcũque facinus, vel requiratur, aut ei persuadeatur: si quis facere possit, & alliciat, nõ releuat facientem quin teneatur secundũ omnes ad boni animę restitutionem. & pro isto consueui inducere cap. statutum. de rescriptis. &, ca. exigit. de censi. lib. vj. in quibus non prodest remissio partis etiam quæ volẽs & sponte dederit. Vel dico ꝙ regula procedit de iniuria vel dolo quæ dicit iniuriam fieri inuito. Vel tertio nõ fit scienti & consentienti iniuria de qua possit agere, vt dicit glossa: tamen absolute potest consentienti aliquid contra iustitiam auferri, in cuius oblationem ei vetitũ est consentire. Etiam non sequitur: non fit ei iniuria propter adhibitum consensum: ergo non peccat: cum eius consensus culpabilis fuerit & criminosus. Secunda pars cõclusionis patet: quia magis videtur arbitrium habere sui honoris, quã alius ex suo consensu, cum nullus possit plus iuris quam habeat in alium transferre: vt est regula iuris in Sexto, nemo. Etiam cui non licet sua ꝓdigere, vel sine vtilitate vastare & perdere, per suum assensum nõ potest alteri facere licitum. & intelligo hanc partem cęteris paribus. Nam in disparitate si ex confessione ꝓpria imminet periculum, quod ex alterius detectione ꝗ forte gratior est nõ imminet: sępe etiam ex ꝑsentia eius qui iniuriã fecit seu dãna, animus irritatꝰ iniuriatorũ, & ad cõtumeliã reputatur, ꝙ cõfessione delicti quantũlibet humiliter dicat, iactare se videatꝰ: hoc casu ex cõsensu alius licite dicet quod ipse sine culpa ꝑ se illic cõfiteri non posset. Si petas quare non licet semꝑ homini seipsum de occulto crimine ꝓdere: respondeo, quia nobis vita, & ꝓximis nostris fama nr̃a est necessaria. vñ Augu. Cru-

delis inquit est qui famã negligit. & ita non licet homini pdere semetipsum de occulto crimine sine iusta necessitate vel vtilitate. Etiã nulli concessum est quęcũq; bona sua
N dissipare & prodigere, & sine causa & vtilitate iactare & perdere. Vnde peccat q sine necessitate & vtilitate domũ suam quę vsui esse possit cõburit, vel blada in mare proijcit, & sic de alijs. Cum ergo fama oĩa alia bona excedat, nõ licet sine iusta necessitate & vtilitate illud bonũ destruere & vastare. Tertia pars cõclusionis patet: quia remissio ei⁹ cui iniuste aliquid subtractũ est, regulariter liberat debentem. Dico regulariter: quia illud solum excipitur quando p superiorem statutũ est remissionem non pdesse: vt in. c. statutũ. de rescriptis. & c. exigit. de censi. li. vj. In pposito autem nõ reperitur irritata remissio partis cui debetur, vt nequeat prodesse: ergo liberat ab obligatione reparationis famę in vim restitutiõis famę faciẽdę. Quarta & vltima pars ppositionis patet: quia infamatio talis frequenter cedit in scandalũ aliorum. vnde reprehendit Aug. eos viros & fœminas qui dũ in aliqua negligentia deprehenduntur, dicunt sibi sufficere coram deo cõscientias suas, existimationem hominũ non solũ imprudenter sed crudeliter contemnẽtes, cũ occidant animas aliorũ siue blasphemantium viam dei: quibus secũdum suam suspicionẽ quasi turpis q̃ casta est displicet vita sanctorũ: vel etiam cum excusatiõe imitantium non quod vident, sed quod videre putãt. xj. q. iij. non sunt audiendi. Sed scandalũ aliorum non solũ oportet pręcauere ne fiat, dicente Christo: Qui scãdalizauerit &c. Mat. xviij sed p viribus amouere: vt fratrẽ tenemur lege charitatis a morte animę & quocũq; peccato mortali reuocare. ergo & homo ipse cuius consensu factũ est, & is qui infamat, vt pximis amoueant petram scandali & offensionis lapidem, tenẽtur eo casu quantum possunt famã læsam vel extinctam reparare. ¶ Quo ad quartã difficultatem, an ppter vtilitatem ipsius diffamati vel aliorũ licet occultum illius crimen detegere seu ppalare: dicó φ non, quia non licet ob suam vel aliorũ vtilitatem ei auferre alia sua bona fortunę: vt plane vult Aug. c. forte dicit aliquis. xiiij. q. v. & Gre. ca. non est putãda. j. q. j. ergo nec famam

que est auro pciosior. Prouerb. xxiij. Meli⁹ est nomē bonū q̄ diuitie multæ, Supra argentū em̄ & aurū gratia bona. & hec est ratio quare. xvij. dis. iiij. sententiarum doctores p regula tradunt q in peccatis occultis confitens non debet nominare personam compeccantem, nisi eius expressio necessaria fuerit ad pc̄cati expressionē quo ad speciem culpe. illo enim casu plus tenetur suæ conscientie q̄ alteri⁹ fame, & debet exprimere personam cōpeccātem clare & aperte. insinuantes q p sua vtilitate nō licet. Non obstat verbum August. quod communiter allegant doctores, q occultum crimen proximi licet indicare ei qui nouit prodesse, & non obesse. c. hoc videtur. xxij. q. v. quia loquitur in casu necessitatis, & non vtilitatis tantū, videlicet ad impediendū futurum peccatum proximi. & idem est in casu reductionis a peccato, cū scilicet alias permāsurus timetur in peccato. Et idem iuris est ad impediendū oppressiones vel iniurias aliorum. Et debet in istis homo cautelam adhibere, vt min⁹ lædatur fama hominis quantū possibile fuerit, vt medicorum est prouidere vt vel minime lædatur p medicinas natura vel virtus. ¶ Quo ad quintū difficultatem supponitur q ob iustā necessitatem licet crimē occultum alterius detegere sine & absq hoc q obligetur infamans ad famæ reparationē. & hoc supposito petitur &c. Hoc suppositū probo, quia vt supra induxi. c. hoc videtur. O xxij. q. v. cū necessarium est ad impediendū eius futurum peccatū, vel ad reducendum ipsum a peccato, licet detegere illi qui nouit pdesse, non obesse. Et similiter quia naturali iure tenemur defendere innocētis oppressionē vel mortem: qui pdendo innocentem potest impedire, & non facit, viam charitatis non tenet. Vnde btūs Tho. ij. ij. q. vij. P ar. j. in solutione ad. ij. Que sub secreto homini commissa fuerint per confessionē, nullo mō potest reuelare, quia scit vt dei minister, non vt homo. eorū vero que aliter homini sub secreto cōmittuntur, quædam sunt talia q statim cum ad notitiam hominis venerint, tenetur ea reuelare, puta si pertinent ad corruptionē multitudinis corporalē vel spiritualem, vel graue damnū alicuius persone, aut huiusmodi, quod quis ppalare tenetur testificando vel denuncian-

do: & contra hoc debitum obligari nõ potest per fideicommissum vel secreti: quia per hoc frangeret fidem alteri debitam. Hęc ille. Imo sicut iuramentum obstare non potest quin teneatur homo alterum denunciare ad pœnã: sic nec ratio secreti quin ob spiritualem necessitatem crimen detegi possit, vel vt iniustitiæ occurrãtur, & phibeat insontium oppressio. Pro hoc est quod dicit dñs Pe. de Pal. xxi. distin. iiij. q. ij. ar. iij. cõclu. v. Si quis alios accusat fures & latrones q sunt incorrigibiles, & quotidie nouis furtis & latrocinijs rẽp. lædunt: benefacit, quia iste est casus in quo occultus peccator potest denunciari: quando scilicet correctio non speratur, & peccatum est communitati nociuum. Si autem socium de cuius correctione iam sibi constat proderet, peccaret: nisi in casu vbi speciali ordine iuris seruato de illo nominatim interrogaretur. tunc enim tenetur dicere veritatẽ. Pręterea sicut quis pro suę famę custodia non solum licite potest imo tenetur si eius fama est pximo necessaria, peccatum occultum infamantis prodere: vt aliquí mortem obeunt super innocentia a crimine de quo sunt p aliquem false accusati, & Susanna dum conuicta esset per falsos testes, voce magna exclamauit: Deus ęterne, q oĩm es cõditor, qui omnia nosti antequã fiant: tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt cõtra me, & ecce morior, cũ nihil horũ fecerim quę isti malitiose composuerunt aduersum me. Daniel. xxxiij. sic si potest quis per hoc innocentẽ a morte seruare & infamia, tenetur prodere nocentem de occulto crimine: quia plus debet apud ipsum valere innocentis vita, quam nocentis fama. Non tamen dico ꝙ semper teneatur in publico se opponere illi qui falso infamat innocentem de crimine, etiam quod ipse infamans forte cõmisit: quia cum verisimiliter per suam reclamationem nihil profuturus est innocenti, sed credetur carnali affectu p illius liberatione istum de crimine grauare velle: non tenetur famam suam p alterius famæ incerta obseruatione seu salute periculo vel exitio exponere cęteris paribus, qđ fit dum auditores dubij redduntur cui fides adhibenda sit, primo infamanti, vel huic excusanti. tũc eñi vtriusq fama in exitium venit, q̃q̃ nondum per cõtrarium puta malam

famam. Dico cæteris paribus, potest em̃ tanta partis dispa ritas esse, vt non solum famam suam pro alterius fama ꝑdere teneatur: sed pro vita alterius seruãda mortem subire quomodo ad Rom. vlt. commendãtur Prisca & Aquila ꝙ ceruices suas pro Paulo supposuerunt. Obijcies forte illud Sapientis, Pro iustitia agonisare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia: & deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Ecclesiasti. iiij. Sed facile excluditur, procedit em̃ dum de iustitia doceri poterit & constare per documẽta legitima. & tunc vtiliter quis se murum pro iustitia oppositurus est. ¶ Quo ad secundum, videlicet id quod quęrit, R an subexistẽte iusta necessitate si quis nõ ꝓpter illã, sed odio alterius crimen occultum prodiderit, teneatur ad famę reparationem: Pro huius clara decisione est aduertendũ qđ aliud est auferre rem alteri inique, aliud iniuste. Nã omnis iustitia iniquitas est: sed plurimæ iniquitates iniustitię nõ sunt, Sola autem iniustitia commutatiua obligat ad restitutionem, non iniquitas alia, quanquam etiam fuerit iniustitia distributiua. Exẽplum, princeps habet iustã causam indicendi vel inferendi alicui oppido vel patrię bellum. infert illi bellũ ex rancore vel odio. peccat absq; dubio, & inique agit, non tamen contra iustitiam commutatiuã: ideo non tenetur in vim restitutionis ad dãnorũ reparationem. Etiã in bello iusto ea ẽ differẽtia iter eos qui de ꝑte sunt habentiũ iustũ bellũ, ꝙ licet odio spolient inimicos, nõ tenẽtur restituere, neutrales vero si illos spoliẽt sine odio vel alias, quia ipsi iustã causam belli nõ habẽt, inde eis obligãtur ad restitutionẽ. Similiter iudex iuxta acta habet cõdẽnare Ioãnẽ in centũ, siue in pœnã, vel alias: si facit ex odio, inique facit: sed quia non iniuste, ad restitutionẽ nõ teneť. Quod autem Gra. notat sentẽtiam iniustam esse tripliciter, ex causa, ex ordine, & ex animo, in. c. episcop⁹. xj. q. iij. capit large iniustitiã vt extẽdit se ad omnem iniquitatem. Obijcies fortasse, qui in fundo suo fodiens, vicini fontem auerterit, non potest contra eum agi, nec de dolo actio est, secundum Marcelli sententiam (quam ꝓbat iurıscõsult⁹) si non animo nocendi, sed agrum suũ meliorẽ faciẽdi fecerit: vt est text⁹ in. §. deniq; Marcell⁹. ff. de aqua pluuiali ar

cenda.l.j.ex quo textus vel saltē eius mēte Scot: Thomas Petrus de Pa. & plures alij tenent eum qui animo nocēdi aliquem impedit a consecutione alicuius officii vel p̄bendę
S tenetur illi ad restitutionē, non quidē æquiualentis, sed ad arbitriū boni viri, deducto quantū interest inter prope eē & habere. Respondeo, cū hoc animo nocendi facit, teneē de dolo, sed non cautione seu stipulatione damni infecti: et ergo etiam non ad restitutionem: quia prohibet solum & cessare facit alium a lucro: damnum autem non infert. & ergo dicit plane.l.Proculus.ff.de damno infecto. & ibi notat hoc glossa, cum animo nocēdi facit, in verbo aquā meā. licet secus sit si fodiam tā alte in fundo meo vt vicini paries ruat. cuius aduersitatis causam vide apud doctores in l.fluminum.§.fina.ff.eo. quia tunc censeor damnum inferre. Sed actio de dolo solum est pœnalis, & non rei persecutoria. ita nihil ibi de vi restitutionis. sic in proposito admitto quod contra eum detur actio iniuriarum qui nocēdi animo crimen occultum detegit, quanuis iusta necessitas subsit, per.l.si nō conuitij.C.de iniu. sed nihil ad restitutionem. ¶ De sexta difficultate dico, cum non potest famam vt tenetur reparare: tenetur ei ad recompensam in alijs ad ad arbitrium boni viri: & descendit seu deuoluitur obligatio ad hæredem. Primam partē ponit expresse beat[9] Thomas secunda secundæ.q.lxij.ar.ij.ad.ij. & est communis omnium doctorum sententia.xv.distin.iiij.sententiarum. quod sicut in mutilatione cum ablatum restitui nō potest est in obligatione recompēsa: ita similiter in fama & alijs Quod autem descendit ad hæredem, patet, quia contra naturalem iustitiam est vt hæres capiat ex defuncto lucrū reprę sentādo personam defuncti, & non satisfaciat de ijs in quibus erat defunctus obligatus. & in hoc videtur fundari.c.fina.de sepulturis.c.in literis.de raptorib[9].& c.a nobis.ij.de senten.excōmu. in quibus decernitur ꝙ hæres tenetur reparare damna quæ defunctus intulit, quanuis nihil ad illum de eis peruenerit. & quanuis Panormi.in.d.c.
T in literis. illa limitare videtur quando defunctus pœnituit, quia tunc in effectu mandauit reparationem fieri ꝑ hæredem, confirmans ex ea clausula textus qua mandat papa

sub conditione seu qualitate si ita se res habeat, referens se ad prius narrata: quia licet totius narrationis veritas requiratur ad totius dispositionis complementũ, scilicet vt corpus defuncti debeat in cimiterio sepeliri, & hęredes ad satisfactionem compelli: tamẽ ad huius vltimę partis verificationem seu consistentiam, ꝙ hæredes debeant ad satisffactionem cõpelli, sufficit huius narratiueritas, quod defunctus damna intulit: & manifeste ꝓbat litera, vt habere debet secundum Ioan. And. post Vin. vt sic valeant a peccato liberari: quia sic aperte de hæredib⁹ loquitur qui defuncto in vitium succedunt quandiu illius bona retinẽt, & de damnis per illum cõtra iustitiam illatis iuxta vires facultatis illius non satisfaciunt. & ꝙ litera sic habere debeat, & nõ vt communiter habet, videlicet vt sic valeant a pctõ liberari patet, quia per non satisfactionem hæredis nõ detinetur in peccato: & ꝙ glossa videtur exponere de pœna peccati, V
certe aliud est liberari a peccato, aliud a pœna. Etiã innuit a contrario ꝙ aliter a peccato non valeat liberari: quod falsum est de pœna peccato debita, quæ sola passiõe in purgatorio soluitur nonnunquam precibus hominum, quanuis solutio per hæredes non fiat. Ideo rationabilius & subtili⁹ dicit Ioan. Fab. institutio. de temporalib⁹ & ꝑpetuis actionibus. §. pœnales. nulla est ratio quare hæredes vni⁹ Turci vel iudæi essent quo ad hoc melioris conditionis: imo dicit Quãuis null⁹ canõ de hoc cõstitut⁹ esset, illud est necessariũ stãte fide catholica: & debet obseruari ẽt in curia laicali prout obseruari vidit suo tẽpore in curia parlamenti Parisius. De crimine publico seu quod ꝓbari potest, distinguo vel refertur cũ detrimẽto vel iactura famę, vel sine cuiuscunqꝫ famæ detrimẽto. Si primum: vel detegit illis iusta & rationabili causa, puta ad publicã vtilitatẽ vel priuatã, vt criminis punitione alij teterreantur, vel vt alius sibi prospiciat ne per ipsum decipiat, vel illius consortio vel familiaritate infametur, vel eius exẽplo vtiqꝫ simile quid faciat & est actus charitatis, neqꝫ peccat, nec ad restitutionẽ obligatur. quia hoc nobis diuino & naturali iure concessum est ob necessitatem vel vtilitatem alterius crimen non occultum posse tetegere cum famę iactura & detrimento accu-

fando ad pœnam: denunciando ad pœnitentiã, & similiter ob aliam vtilitatem, quanuis nulla necessitas subsit: q̃ (vt supra dixi) requirit in crimine occulto detegẽdo. Vñ Ger. doc. egregi⁹ ponit sex modos referẽdi peccata alteri⁹, quatuor primos cõcessos & licitos, vltimos culpabiles. Primo
X potest quis alterius peccata referre ad audiẽtiũ instructionem, quia sensibilia exempla magis mouent. Secundo ad audientium cautelam, ne eius fermento corrumpantur. Tertio ad reductionem eius qui peccauit, sed per viã charitatiuæ & fraternalis correptionis. Quarto ex compassione, vt audientes prouocet orare pro eius reductione vel salute. & hos dicit concessos & licitos. Quinto ex assueta loquacitate loquendi. & dicit esse veniale peccatum. nisi notabiliter lędatur honor proximi. Sexto fit animo denigrandi famam proximi: & est ex genere mortale peccatum: vt furari, rapere. & huiusmodi. Quod autẽ Gerson limitari in ea parte debeat ad peccatum non occultum, patet: quia referre seu detegere ex loquacitate crimen occultũ, quãuis honor eius de quo refertur non lędatur, puta credũt illum falsum dicere, vel nullam fidẽ ei habẽt: nihilomin⁹ detegere occultum seu secretum commissum, ex genere est mortale. Etiam vt ex supra dictis patet, occultum reuelare
Y non licet nisi ob necessitatem, & nõ sufficit vtilitatẽ subesse. Vel detegit cum famę iactura vel detrimento non ex iusta causa. Et hoc cõtingit dupliciter: vel subest iusta causa, sed ex illa vel propter illam non facit, sed forte ex odio vel libidine detrahendi alijs. Vel secundo iusta causa referendi alijs non subest. Si primum, tenetur illi iniuriarum, sed non ad famæ reparationem. Primum patet: quia facit conuitij consilio. & ergo iuxta .l. si non conuitij. C. de iniu. tenetur, vt post deducam, etiam cum refert sine detrimento famæ vel iactura. Secundum patet: quia solum est iniquitas ex animo, non iniustitia in facto, & sola iniustitia facti obligat ad restitutionem quantum iustitia commutatiua violatur. Circa hoc tñ aduerte, vt in facto iniurioso releuetur ab iniustitia, non sufficit iustam causam subesse reuelandi, nisi & subsit iusta causa detegendi his quibus refert. Nam si refert ijs qui voluptate pascuntur de

casu hominum, & nulla vtilitas ex hoc obueniat, nihil iuuat eum quod vtile fuisset compassuris & prodesse valentibus & volentibus referre. Si verò non subest iusta causa, tenetur ad restitutionē: quemadmodum si aliquid capiat in bello iniusto ex causa. secus si solum iniustum fuerit ex animo. Semper enim iniustum est & contra iustitiam auferre aliquid ex bonis proximi, nisi subsit sufficiens causa. Et propter hoc limitandum est quod dixi in quæstione de restitutione famæ, quod ratio publica facit vt non teneamur ad restitutionem famę, non quandocunq;, sed cum ad minus causa iusta vtilitatis subest, & illa non releuat in occulto, sed solum necessitas. Vel refertur sine detrimēto famę: & hoc potest multipliciter cōtingere. Primo quia narratur peccatū cum ea qualitatis adiectione, vt melior id est ęque bonus existimet homo q̄ si tacitū fuisset. Verbi gratia refero de Ioanne quod putans sibi licere, ex suis ꝓprijs denarijs grauiores & excedentes in pondere conflauit in massam, vendens illam: vel forte formans in vasa argētea vel aurea: sed post remonstratū fuit ei per decisionem rotę 848. in antiquis, & ponitur. ij. ti. de pactis. Ingemuit, & de salute anxius, quomodo & cui restituere lucrū deberet inquisiuit: & statim vltra omne lucrū reip. restituit. In hoc casu vel similibus neq; peccat homo referēdo, nec ad famę restitutionē obligatur, imo fit sine iniuria. Secundo potest fieri sine famæ detrimento, quia refricatur scientibus, etsi fortasse adhuc non cogitant. Tertio quia personę q̄bus refert, graues sunt: vel forte persona dicentis adeo leuis est, quod eius dicto nec moueantur auditores ad dubitādum, forte nec ad suspicandum. Vel quarto is cui⁹ crimen refertur, tam vilis & adeo infamis est, ꝙ nullū ei pōt famę detrimentū fieri, quia nullam habet: vel plura reddūtur quā iste refert. Et quolibet horum triū modorum fiat in contumeliam seu dedecus illi⁹ de quo refert, est mortale peccatū: & nō obstāte veritate dicti seu narrati tenetur iniuriarum. Primum patet expressa sentētia Saluatoris Matt. v. Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. qui dicit racha, reus est cōsilio. & q̄ dicit fatue, reus est gehēnæ ignis, In quo secundū Augustinū tanguntur tres gradus æter-

næ dānationis, quorū posterior semper addit aliquid acer bitatis supra priorē: sicut est euocatum esse ad iudicium, vbi adhuc defensioni locus est: deinde deterius cū iam post acta iudicij consultatur de pœna: & omnium horribilissimū iam certę dānationi esse addictū. Racha scdm August. lib. de sermone domini in monte, interiectio est indignantis: quāquā nonnulli pannosum interp̄tati sunt, q̄a rachos gręce pannus dicitur. Rabbi Paulus in additione ad Nico. de lyra, dicit racha idem esse quod vanū & inane, & hoc vel in substātia, vt idem sit quod pauper: vel sensu vacuū, vt idem est quod fatuus. Sed referre de alio certū crimen plus est dicere quam racha: ergo. Secundum, scilicet q̄ non obstante veritate dicti teneatur iniuriarū, tenet Cy. in. l. si non conuitij. C. de iniu. in. viij. q. Oldra. consi. liij. Ludo. de Ro. cōsilio. xcvj. Pe. de Ancha. consilio. ccxxvj. Pa. in. ca. cū té. de sentē. & re iu. licet aliter sentire videat̄ in. c. fi. de iniu. Hanc opinionem tacite videtur firmasse Barto. in. d. l. si non conuitij. dicens, Hanc legē inuenerunt vltramontani. & cum hoc transit: quia intēdere videtur quod illā legem inuenerunt vltramontani ad dictam sententiā firmādam. & clare in illa lege fundari videtur: quia decernit si q̄s p̄bare pōt se aliquid iniuriosum dixisse non cōuitij consilio seu aīo, fides veri a calumnia illum defendit. ergo a cōtrario fides veri non releuat si probare non pōt quod sine conuitij seu contumeliæ animo seu consilio dixerit. & notat glossa in. c. si quis iratus. ij. quęst. v. dum quis irat⁹ obijcit alicui conuitium, licet pro accusatione habendum non sit, haberi tamen debet pro iniuria: quia non licet alterius verecundię insidiari impune, ij. quęstione. iij. si quis. j. Vnde
B pro regula dico quod sola veritas dicti non releuat ab iniuria, sed oportet vt pręter hoc non sit ex libidine, sed rationabili & iusta causa relatum. Hinc in. l. iustissimos. C. de officio prętoris prouincię, dicitur: Nam si veræ voces sint, nec per libidinem per clientulos effusæ, inuestigabimus. Etiam defectus nostros detegi, & inhumanum & durum est. C. quādo & quib⁹ quarta pars de bonis decurio &c. l. ij. lib. x. Pręterea si non releuat ab iniuria veritas dicti cum aliquem appello fatuum, quomō rationabile est vt releua-

re dicatur de crimine aliquo obiecto? Et addo theoricã doc. Qui aliquid iniurioſum dicit, pręſumit animo cõtumelię ſeu conuitij cõſilio dixiſſe: & ergo niſi contrarium probet, condemnandus eſt iniuriarum. Sed cum ex iuſta ſeu rationabili cauſa dixerit, ſiue cũ detrimẽto & iactura famę fiat ſiue nõ, excuſatur a peccato, ab iniuria, a famę reſtitutiõe, vt ſupra determinatũ eſt. Fortaſſe obijcies de. l. vnica. C. de famoſis libellis. vbi ſufficit ꝓbare veritatem, & non requiritur vt ꝓbet ſe ex rationabili cauſa libellũ famoſum ſparſiſſe contra aliquẽ. ergo &c. Reſpõdetur, multorũ opinio eſt ꝙ lex illa non liberat eũ qui per libellũ famoſum pri⁹ infamauit, ſed ſi quod decreuerat per libellum famoſum in publicum deferre, alias accuſando detulit. ita videtur ſentire glo. in. l. eũ qui. ff. de iniu. Sed Cynus poſt Petrum dicit verius cum ſemetipſum ꝓdit de libelli famoſi editione, & probauerit, euadit pœnam. Et ergo reſpondeo ꝙ hoc procedit quando ſtatim poſt ꝓcedit ad accuſandum: quia tunc ſi verum eſſe ꝓbet, pręſumitur non conuitij ſeu contumeliæ conſilio feciſſe, ac ſi ab initio accuſaſſet. ſecus ergo vbi ſine rationabili cauſa dixerit quãuis ſine famę detrimẽto. Ex his infero corollarię, Qui eũ defert qui ſemel eſt punitus, vel abolitionẽ obtinuit criminis, vel de eo crimine qđ non puniſ, vt eſt ſimplex fornicatio, ebrietas, & huiuſmodi, vbi non expedit alios de his reddi auiſatos: ad min⁹ iniuriam facit, & tenetur ex conſequẽti ad famę reparationem quantũ in fama lęſit. Vnde notat Barto. & alij doct. in. d. c. eũ qui. ff. de iniu. ꝙ infamans ſuper his quę non expedit nota eſſe, per excluſionem rationis excuſantis adductę, tenetur iniuriarum. ¶ Ad argumenta ante oppoſitũ, ad primum de peccato occulto reſpõdeo: priuſquã dominus hoc diceret beato Ioãni, die priori Iudas cõuenerat & pactus erat pro certo denario ꝙ eum traderet, vt patet ex decurſu textus Lucę. xxij. & ita peccatũ Iudæ quod dominus reuelauit, non erat occultum. Pręterea nõ dixit dominus quid Iudas iam mente conceperat, vel quę mala volũtas tunc ei ſurrepſerat, ſed prenũciauit eius futurum peccatũ publicum, quia erat eum publice traditur⁹. & de hoc dicã poſt. Ad confirmationem ex hoc, ſi quis aſtrologus,

dico illũ ꝑ eo non teneri iniuriarum, quia non simpliciter dicit eum esse furem, sed secundũ artis suæ documenta: & ergo non tenetur iniuriarum: sed alijs constitutionibus, si arte illicita vsus fuerit. Prudentiores astrologi solũ iudicarent super inclinatione vel coniectura verisimili quantum probabilitatis vel apparentię haberi potest ex hoc ꝙ cõmuniter homines sequũtur suas inclinationes: sed certe occurrunt frequenter causę secundę in contrariũ inclinantes, & per liberũ arbitrium plures resistunt, obediẽtes rationi: vel dedecus infamiam vel incõmoda pœnarum vel damnorũ quę regulariter illa comitantur, exhorrẽtes. etiam parum arguit, lex non dat actionem iniuriarũ, ꝙ ergo non peccet, vel non tenetur ad famæ restitutionem. nã vt supra dixi, non concedit actionẽ iniuriarum nisi quis statim cũ audierit iniurias, reuocauerit ad animum, & nihilominꝰ peccat,
C & restituere obligatur. ¶ Ad secũdum dico, post Henricũ
C de Gandauo Quodlibet. j. q. xxxiij. Iuramentũ de veritate dicenda super interrogandis, se non extendit ad penitꝰ occulta, cum non possit iuramẽtum esse iniquitatis vinculũ. Contra charitatẽ autem est vt de occulto alium vel semetipsum ꝓdat in publico: imo si speciale iuramentum pręstiterit dicere veritatem super penitus occulto, peccat iurando, sed non tenetur seruare quod iurando ꝓmisit. Et cum petit argumentũ, vel dicet se nihil scire de illo facto penitꝰ occulto, vel tacebit, aut plane veritatem dicet: Si primum, mentitur. dico ꝙ nõ mentitur: quia solũ intelligitur distributio fieri pro his quę licet alijs pandere: quemadmodum & sacerdos licite dicit se hoc crimẽ non audisse ex eo, quãquam adderet etiam ꝙ non in confessione sacramentali, si loquens se restringere velit ad ea quę licite referuntur. Et ꝑ hoc euitatur difficultas argumenti: Si diceret se audisse ab eo in confessione, verũ diceret: ergo contradictorij assertio est falsa. non em̃ contradicunt quando in vna restrictiꝰ loquitur, quã in altera. Iuxta hoc vide quę ad lõgum dicit Pal. xxj. dist. iiij. q. iij. artic. iij. cum sacerdos producitur in testem, vel sponte loquitur: præsertim cũ dicit sacerdos se nullo modo sciendi scire: sic loquẽs, quantũlibet generalia sint verba, intendit se restringere: & audiẽs similiter debet

intelligere: non est mendacium. Ad primã confirmationẽ dicit Lyra textum illum Leuitici procedere in foro iudicij cum aliquis producitur in testem: & ergo debere intelligi de non penitus occulto. nihilominus supposito ꝙ text⁹ de penitus occulto intelligatur, vt Aug. eum intelligit, & ponitur eius sententia ibi in glo. & inducit eam Gratia. di. ca. hoc videtur. dico ꝙ ꝓcedit in casu necessitatis, puta ad impediendum periurium proximi: & in necessitate periculi animæ corporis vel bonorum licet, sed non pro sola vtilitate. ad quã sententiã aperte declinat Petrus de pa. di. xxj. iiij. q. iij. arti. ij. cõ. ij. resoluens ad hoc ꝙ pro necessitate cõfessionis debet alium compeccãtẽ nominare, nõ pro vtilitate, si scilicet exprimi posset species peccati sine expressione tertij. sed melius remedium adhiberetur exprimendo. non est tamen nominandus, quia cõcilia intelligunt saluis ꝑceptis, & præcepta minora saluis maioribus. Per idem soluo argumentũ seu confirmationẽ de excõmunicatione lata in eos qui scientes impedimentũ matronij non detegũt &c. ꝙ hoc etiam procedit in casu necessitatis ad impediendum D peccatũ futurũ sponsi vel sponsæ, cuius peccato contracta D est consanguinitas. nam ille peccaret crassa ignorantia vel scienter contrahens cum affine intra quartum gradũ. Fateor tamen ꝙ pro conseruatione famæ eius debet sciens affinitatem ei prius intimare, vt desistat ꝑpter affinitatem contractam. si non credit consanguinitatẽ esse inter cognitam per futurum sponsum, potest facile de hoc certior reddi per cognatos non prodẽdo suum peccatum: & si vellet absq; inquisitione ad contractum matrimonij procedere, peccaret, ad quod peccatum impediendũ licet detegere illi qui nouit prodesse, & non obesse. Ad tertiam cõfirmationem, ꝙ pro scãdalo non est veritas relinquẽda: respõdeo ꝙ hoc procedit de veritate vitę, quę idem est quod rectitudo vitæ: quę nõ deserit sine peccato. sed veritas dicti bene potest taceri: quamuis non falsum dici pro scandalo euitãdo, vel alterius dedecore seu infamia. ¶ Ad tertium principale, ad legem eum qui &c. dico quod ꝓcedit in crimine nõ penitus occulto, sed quod probari potest iudiciario ordine: vt probaui ex cap. si sacerdos. & ad improbationem dico

primo, crimen probari potest quanuis non multis sed vni tantum constat: & sic est sine infamia. Verbi gratia ponatis ꝙ ego solus sciam fœminã esse quę se gerit ꝓ sacerdote, sicut accidit de Ioanne septimo immediato successore Leonis quarti: qui (vt Platina refert post Martinũ, & similiter refert fasciculus tẽporũ) mulier fuit. hic possum ꝓbare crimen eius, & nulla respergitur infamia. Similiter vidi ꝙ pateram in manicam posuit, & habet: alij infamantur, & fit turbatio: ego per aspectum possum demonstrare illũ habere qui infamatus non est. Secundo dico, licet is cuius crimen duobus cognitum est, perdidit famam apud illos potest tamen adhuc integræ existimationis esse apud alios & sic infamari: quanuis non sit apud omnes integrę existimationis & famę. nec hoc est corrũpere textũ, vt argumẽtum prętendit. Et ad confirmationẽ dico ꝙ fama est in bonis hominis & ei debita, sicut & bona fortunę, et cõtra iustitiam est ei illã auferre sine causa sufficiẽti, quę est necessitatis in crimine occulto, vel vtilitatis in crimine nõ occulto. Et cum dicitur, nulli debetur falsa laus vel existimatio,
E cũ approbare falsa pro veris vnũ sit ex vitijs nostrę mise-
E rię. in ench. xx. c. Respondeo, aliud est aliq̃d debere per cõdignitatem, aliud per iustitiã. Cape exemplum, aliquis est in crimine propter quod potest omnibꝰ bonis priuari. ille est bonis indignus: sicut secundum August. peccator indignus est pane quo vescitur: nihilominus qui ante sentẽtiã auferet eius bona, contra iustitiam faceret, & obligaretur restituere. Clarius exemplum pone in oppido vel terra cui iuste potest bellum indici: a quo iniuste auferenẽ bona antequam bellum proclamatum sit. sic de falsa existimatiõe qua homo indignus est. Nec mirum ꝙ hoc deputetur inter vitia nostrę miserię, quia in statu naturę institutę & post in beatitudinẽ nihil indigni possidebimus. Spectat ergo ad nostrã miseriã ꝙ indignus iuste tamen aliquid possideat.
F ¶ Ad quartum principale, contra charitatem est cõpelle-
F re vel req̃rere vt de occulto crimine quis se in publico ꝓdat. Et ad textum inductum Nume. v. dico ꝙ illud permissum erat a deo propter euitationẽ maioris mali, ne scilicet mariti spiritu zelotypię agitati frequenter vxores occide-


rent innocentes: ideo per miraculum reas puniuit, vt inno centibus vitam seruaret & tutaret. sed vt hoc zelotypos nõ excusabat a peccato cõpellẽdi vxores innocentes ex so la & falsa suspicione ad purgãdũ sup delicto bibẽdo aquas amarissimas in quas sacerdos maledicta cõgesserat: ita nec de nocentibus in occulto crimine: præsertim cũ sola suspi cione ad hoc faciendũ stimulabatur. Vel dico ꝙ nõ cogeba tur mulier illic se prodere in crimine occulto, sed dominus q auctor est vitæ & famæ, eã puniuit si adulterij rea erat. Ad confirmationem ex concilio Guarmaciensi dicit gl. illi esse derogatum, quia suspectis nõ debet dari eucharistia. de cõsecra, distin. ij. trib⁹. & de purga. vulgari. c. dilecti. Si militer dicit beat⁹ Tho. ix. distin. iiij. q. ar. ij. ad secundũ ar gumẽtum, ꝙ illi est derogatum, quia facere tales ꝓbatio nes est tentare deum. Sed in effectu est dicere ꝙ concilium hoc statuendo errauerit. Ideo aliter respõdeo ꝙ de crimine occulto non tenetur se prodere nisi alijs innocentib⁹ vel to ti congregationi vel alijs priuatis personis pręiudiciũ fa mę vel corporis vel membrorum immineret. tũc enĩ ma net in peccato quãdiu semetipsum vel crimen occultũ suũ occultat: & propter hunc casum videtur conciliũ statuisse. Si autem tale quid non occurrat, potest occulte pœnitere, & eucharistiam sumere: nec quicquam ad eum qua men te alius ei eucharistiam tradit, quãdo ipse solũ intendit eu charistiam ad animę salutẽ sumere, & non insignũ suæ in nocẽtiæ a crimine, nisi forte vt in publico &c. Ad aliã con firmationẽ de excõmunicatione ꝓ peccato occulto⁊, admit to ꝙ vere excommunicatur etiam pro solo actu interiori occulto mentis, sed potest absolutionem quasi pro alio pe tere: & sic non habet prodere seipsum. Item per sacerdotẽ cui in cõfessione detexit, a quo vult post sacramẽtaliter ab solui: & sic non prodit se plus ꝗ si crimini non esset annexa excõmunicatio. ¶ Ad quintum. satis dixi circa quintã dif ficultatem quibus casibus homo tenetur occultum crimẽ proximi propolare, puta via defensionis, non per modũ in uasionis: & ob necessitatem vel eius qui crimen commisit, vel aliorum, non propter solam vel spiritualem vel tem poralem vtilitatem. ¶ Pro materia tamen eorum quę tã

guntur in argumento, duo sunt notanda. Primū, ꝙ nō valet cōsequētia, iste tenetur suum crimen occultū propalare alijs vel detegere: ergo consentit actu debito vt ali⁹ faciat. patet in simili instantia, iste diues tenetur huic pauperi de bonis suis eleemosynā ne diuti⁹ esuriem patiatur, dare: ergo consentit actu debito ꝙ iste alius de suis bonis faciat, stat enim ꝙ vterq; ęqualiter obligetur, & vno faciēte ali⁹ liberatur. Etiam de alienis non licet alteri eleemosynā facere, nisi in extrema necessitate, & cum quis in proprijs nō habet vnde faciat. Vnde manifeste patet ꝙ licet diues sit in obligatione vt faciat, tamen non currit ei obligatio cōsentiendi vt eo non faciente faciat de suis bonis alter. Sic in ꝓposito, quia stat aliquādo detectionem occulti peccati vtilē futuram ad liberationem innocētis a morte & ab infamia si fieret per principalem qui peccauit, vbi per alium ad solam turbationem & infamiam detegentis ꝓficeret. Exēplum, rex imponit isti homicium quod ipsemet fecit corā vnico familiari minimæ auctoritatis. familiaris hoc detegendo (ponamus) præscit ꝙ nihil ex hoc ꝓficeret, sed solā indignationem aliorum prouocans, potius eiusdē facti cū alio reus æstimabitur. hic quia rex nō obligatur cōsentire in quodcunq; peccatum: nō cōsentit actu debito vt ille crimen suum eo nolēte prodat. verū fateor, vt tenemur manum continere ab oppressione proximi, & obligamur consentire vt prohibeamur ab oppressione inuiti cum fieri licite potest & sine peccato, ita obligamur causam amouere infamiæ & damnorum proximi, & tenemur consentire vt nobis inuitis per alium fiat quantū fieri pōt ab alio sine peccato. Et per hoc excluditur occursus circunstantiarum propter quas principali liceret, et nō alteri: nec mouere debet aliquem quod adduxi de eleemosyna, quia defensio ab oppressione similiter currit cum releuamine extremæ necessitatis, vnde possum iniuriatum quantū sub moderamine inculpatæ tutelæ necessarium defensioni fuit, de bonis proprijs iniuriantis defendere, & tueri. ¶Secundo aduerte circa illud quod adductum fuit de proditione furis: cum res furtiua demonstrari non potest nisi simul innotescendo furem, seu eius peccatum furti: tunc furtum illud non

est penitus occultum, sed eo tunc probabile: vt in casu. conuiuio finito omnes includuntur propter pateram deperditam: quam ego vidi Petrum sub axillis ponere, & adhuc habere. hoc facile probo adducendo alios vt videant. Sed imminēte ei periculo vitę quomodo possit sacerdos ipsum prodere, alia quęstio est: forte sufficeret cautela. ca. prælatis. de homicidio, libro sexto. ¶ Ad argumenta quæ adducta sunt de crimine non occulto. Ad primum, sicut crimen non occultum licet accusare in publico ad pœnam propter vtilitatem reipublicæ, ita vt cæteri timorem habeāt, iuxta sententiam apostoli: ita licet publice peccantem coram omnibus arguere: similiter vt a similibus caueant, remonstrare facti qualitatem, videlicet quod iniquitatem continet seu peccatum, prout erat in reprehēsione qua Petrum Paulus corripuit, secus cum fit in contumeliam, & non ex rationabili & iusta causa. ¶ Ad secundum, lex eum, procedit cum expedit crimen illud notum facere, vt supra ex ratione quam subinfert, crimina enim nocentium nota esse & expedire & oportere. ex quo (vt dixit) notat Barto. & doctores, si non expedit ea super quibus alium infamat, nota esse, tenetur iniuriarum. non sufficit ergo veritas dicti, sed requiritur iusta causa dicendi. Quod additur ex Speculatore, hoc cum pro infamante est præsumptio quod iusta & rationabili causa fecerit, vtputa cum processit denunciando, accusando, vel similiter. tunc enim non cōpetit infamato iniuriarum actio, nisi ex dicti falsitate. Ad l. si non es nunciator. C. de iniurijs, dico quod contrarius sensus ibi collectus debet intelligi cum expedit hoc verum alijs notum fieri, iuxta rationem. l. eum qui. ff. de iniur. & notata doct. ibi, vt etiam locum habeat sensus qui a cōtrarijs colligitur in. d. l. si non conuitij. Ad confirmationem nego consequentiam: & est ratio, quia excusatur illic solum ab iniuria qualis in matronam vel virginem cōmittitur, qui eam deprehendit in veste ancillari vel meretricia: non autem excusaretur si eandem post in matronali habitu appellauerit, quāuis aliquando in non matronali habitu fuisset. In proposito actus criminis transit, & non manet homo in eo habitu quasi vili. Et supposito quod sit

trimen cõtinuatum, vt in detentione alieni, in cõcubinatu vel huiusmodi: nihilominus quia talib⁹ improperando sua imperfecta & vitia cõmitti potest & cõmittitur iniuria: ideo solũ probat excusari & defendi hominem a parte iniuriarũ, quę a talibus adijceretur ex probitate seu integritate vitę, quemadmodũ minor iniuria est appellare vel dicere fatuũ q vere est fatuus, q̃ eũ qui prudẽs est & nõ fatuus. ¶ Ad tertiũ. Christ⁹ iusta & rõnabili causa pctm̃ publicũ futurũ p̃dixit, vt discipulos p̃muniret, & in humilitatẽ efficaci⁹ adduceret, non in contumeliã vel opprobriũ: sicut etiã licet pctm̃ pręteritũ, quod scilicet p̱bari põt, ex iu
K sta & rationabili causa referre. ¶ Ad quartũ nego maio
K rem, quia habet etiam rationẽ peccati: quia lædit pudorẽ, & infert p̱ximo opprobrium vel contumeliã: sicut si quis appellet aliquem gibbosum vel spurium apud eos qui eũ talem cognoscunt. vltra hoc tamen dico eũ obligari ad famę reparationem, cum eius crimen non occultum quibus cognitum erat detegit: nisi iusta causa subsit, vt dixi in decisione q̃stionis: sicut in damnis proximo illatis in bello, si non subest iusta causa bellandi. Et cum ex hoc adducit̃ inconueniens, q̱ ergo de publice inscalato vel primipilo seditionis non licebit alijs referre q ignorant: Respondeo: non licet in illius opprobriũ vel contumeliam: sicut nec de alijs vitijs notorijs corporis, vel defectibus naturaliũ, sed ex causa, quia expedit similia referre in notitiã hominem de personis cognitis, vt adducant̃ in horrorem vitij & detestationem, & similia caueant, vel caueãt ne familiaritate vel fauore aut laude talium personarũ famæ vel bonorũ iacturam incurrant, vel animentur de consimili etiã crimine iustitiam facere, & sic de alijs multis causis rõnabilib⁹. Sed an referens non subexistẽte causa rationabili teneat̃ ad fa
L mę reparationem? Respondeo, sicut in rebus minimis nisi
L animus dãnificandi assit, furtum non cõmittitur, quia qđ modicum est, ratio apprehẽdit quasi nihil: & ideo in his q̃ minima sunt, homo non reputat sibi nocumẽtum fieri: & ille qui accipit, potest p̃sumere non esse contra volũtatem eius cuius res sit, vt carpẽdo florẽ in orto, vel cõfricãdo aliquid de spica in agro, de quo vide Tho, ij. ij. q. lxvj. arti. vj.

ad.iij.ſi fama adeo eſt tenui, vel infamia apud tam multos ꝙ veriſimiliter nihil reputat vel in ſe minimũ eſt illũ apud aliquos reputari adhuc integrę famę: nõ teneo infamantẽ etiam ex libidine loquentem obligari ad reſtitutionẽ. Huius exemplum etiam eſt ſi quis diffamatus eſt de centũ homicidijs vel latrocinijs: & etiam adhuc addo vnum eſt occultum. in nullo illi nocere videor: vel infamatũ de adulterijs, infamo etiã de fornicationib⁹: vel infamatũ de iniuſtitia, infamo etiã de auaritia: ſicut in iſtis & ſimilib⁹ addẽdo infamiam diſtincti criminis, nullum reputatur damnũ: ita nec eius famã apud aliquos tollere qui alias eſt notorie infamatus. ❡ Ad confirmationẽ dico ꝙ nõ eſt ſimile de exiſtimatione ſeu fama, quã homo tenetur aſpernari & ſpernere, ac errorẽ exiſtimatiõis corrigere: vt in falſa laude de ſcientia, arte, & eminenti pręſtantia quę in bono ſupererogationis inuenitur. nam qui illam aufert, nec cõtumeliam illi facit: nec famam quam alius abijcere tenetur, reparare obligatur. Aliud de falſa exiſtimatiõe quam homo abijcere & cõtemnere non tenetur: nec hominum errorẽ ad ſuæ vtilitatis ꝑportionem corrigere: ſed potius ſemetipſum cõmutando, exiſtimationem hominum quę erronea & falſa erat, veram facere. Nam cum in illius ablationem non conſentiat, ſi etiam non ſubſit rationabilis cauſa: & peccat contumeliam faciens auferendo: & reſtituere ſuo modo tenetur. Dices fortaſſe, non tenetur facere vt nullũ crimen cõmiſerit, imo videtur obligatus contẽnere, abijcere & corrigere errorẽ exiſtimationis hominum qua falſo creditur ſemper fuiſſe integerrimę vitę. Reſpondeo, non tenet̃ errorem illius exiſtimatiõis corrigere, niſi hoc poſſit ſine iactura & pręiudicio exiſtimatiõis quo ad integritatem ſeu bonitatem vitæ pro præſenti. ꝙ ſi hoc facere poſſet (quod difficile & rarum eſt ſatis, quoniam ſemel malus, pręſumitur ſemper malus) fateor non obligaberis ad famę reparationem: nihilomin⁹ a peccato opprobrij cõtumelię vel detractiõis nõ magis excuſaberis, q̃ ſi eũ ſ atuũ ꝑdices, mancũ, hermaphroditũ, ſpuriũ, & ſic de alijs. Intelligo ſine rationabili cauſa: nã ex cauſa licet huiuſmodi etiã hominum pudenda detegere, & vilitatem morũ (vt dixi) prædicare. M M

A ECVNDO VT clarius videamus quid dānabilius sit, detrahere, an audire detrahētem: inducam primo media quibus a culpa defendi videatur audiens detrahentem. ¶ Primo quia nemo de opere alieno reddit⁹ est rationem in die iudicij: sed de ꝓprio: iuxta illud symboli Athanasij: Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cū corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. & Apostolus. ij. ad Corin. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusqsq; prout gessit in corpore suo siue malum siue bonū. ¶ Secūdo sic. Grego. super Ezechielē homilia. ix. dicit: Linguas detrahētiū sicut nostro studio non debem⁹ excitare, ne ipsi pereāt: ita ꝑ nostram malitiam excitatas æquanimiter tolerare, vt meritū nobis crescat. Ergo non oportet nobis detrahentem prohibere: & per consequens nec detrahētem proximo. Tenet vltima cōsequentia: quia magis tenemur zelare ꝓpriam famā q̄ ꝓximi. Et confirmatur: quia detractio sępe fit de vero crimine: sed pręcipit Sapiens, Nō contradicas verbo veritatis vllo modo: & de mēdacio ineruditionis tuę confondere. Ecclesiastici. iiij. Etiam confirmatur secundo: quia permittit deus in bonorum detractionē multos prorumpere: vt si in corde eorum aliqua culpa sit nata ab ore laudantiū, ab ore vituperantium suffocetur. vj. q. j. sunt plurimi. sed vtilitatem proximi impedire non debemus. ergo.

B ¶ Tertio confusio & opprobrium & contumelia quę in hominem excitantur, de pręcepto dei & ei⁹ dispositione fiunt. sed diuinę voluntati & dispositioni in illis resistere non licet: ergo. Antecedens patet. ij. Regum. xvj. cum Semey maledicentem Dauid Abysai interficere voluisset dicens, Quid maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo caput eius: prohibuit eū Dauid dicens: Quid mihi & vobis filij Seruiæ? Dimittite eum vt maledicat. dominus enim pręcepit ei vt maledicat Dauid: & quis est qui audeat dicere, Cur hoc facis? &c. Non præcipit autem deus nisi permittēdo &c. vt illic habet glos. & communiter omnes doct. tenēt. Deus enim nemini mādauit impie viuere. Ecclesiastici. xv. ergo nō li-

cet in huiusmodi resistere. Et confirmo: quia cū a domino huiusmodi plagis contumelię & dętractionis iudicamur, corripimur: vt nō cū hoc mūdo dānemur. j. ad Cotint. xj. ergo iuxta consilium Gamalielis Actuum. v. oportet attendere an hoc consilium sit a deo, an ex hominibus. si ex hominibus, dissoluetur. si autem ex deo est, non poterim⁹ dissoluere illud, ne forte deo repugnare videamur. & ꝓ cōsequens permittendo detractionē etiam de proximo non peccat. ¶ In contrarium est illud Bernardi ad Eugeniū de consideratione lib. ij. Detrahere, an detrahentē audire, ꝗd horum damnabilius sit, non facile dixerim. ¶ Pro hui⁹ decisione pono tres propositiones. Prima, Quicūq; dat causam detractioni requirendo, instigando, vel signa futuræ gratificationis exhibēdo, ꝓpter quę detractio verisimiliter futura est: graui⁹ detrahente peccat: & ad famę reparationē quam causaliter abstulit, æque vel magis q̄ detractor obligatur. Quod peccat: patet sentētia apostoli ad Roma. j. vbi ꝓmisso de cōtumeliosis et odibilib⁹ deo detractoribus concludit: Digni sunt morte non solum qui faciunt sed & qui consentiunt facientibus. Itē talis deterior est homicida: quia ille corpus occidit, iste animam: imo duas animas, scilicet detrahentis, & suam. & Augu. sentētia est de eo qui prouocat ad iurādum quem scit falsum esse iuratum. xxij. q. v. c. qui ꝓuocat. & c. qui exigit. quod graui⁹ peccat: quia nō solum errat, sed alijs errorum offendicula præparat: qui vtiq; damnabilior est illo qui errat. xxiij. q. iij. qui aliorum. Quod tenetur restituere, patet: quia maxima doctorum est, Quicūq; contra iustitiam causaliter aliquid aufert, tenetur ad restitutionem. Forte dices, ex complacentia vel consensu ad dānificationem proximi nō obligatur quis damna reparare. non eñ homicida vel fur est qui gratum sibi ostendit esse furtum vel homicidiū. Respondeo: verū est, nisi per signa gratificationis futurę vel complacentię damnis huiusmodi scilicet furto vel homicidio causam dederit. sic complacētia & gratificatio iudęorum in hoc quod Herodes occiderat Iacobum fratrem Ioannis gladio, causam dedit quare voluit apprehendere & Petrum Actuum. xij. Sic princeps qui libenter audit

verba mēdacij: causa est in ministris doli & mēdacij. Prouerbio. xxix. Princeps qui libenter audit verba mēdacij. omnes ministros impios habet. Sic & nos qui libenter obscœna audimus: & illis delectamur & pascimur: causa sumus scurrillitatis eorū qui ad mēsas nostras lubrica afferūt. Et per hoc patet periculū & dānatio eorum qui alios vt aliorum secreta crimina referant inducūt interdum sub pollicitatione ꝙ nulli alteri referant, & de his qui mittūt ad scruandū de occultis, vt per eos sciant &c. ¶ Scḋa propositio. Tenemur infamiam opprobrium & confusionē proximi prohibere quātum possumus. Patet: tenemur damnū proximi prohibere in rebus fortunę minorum ponderū: vt patet Exod. xxiij. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eū. si videris asinum odiētis te iacere sub onere, nō pertransibis eū, sed subleuabis eū: idē de qualibet re fratris ꝑcipitur Deute. xxii. Ex quo cōcludit consimiliter beat⁹ Tho. & recte de fama. ii. ij. quę. lxxii. ar. iiii. in solu. ad. i. argu. Itē psalmo. xiiii, vbi nostra trāslatio habet. Nec fecit proximo suo malū, & opprobriū non accepit aduersus proximos suos, translatio Hierony. secundū Hebraicam veritatē habet: Et opprobriū aduersus proximū non sustinuit. Et cōcluditur in fine psal, Qui facit hęc non commouebitur in æternū. Patet ergo manifeste quod ad hoc obligamur. Item Esa. xxxiii. Quis poterit ex vobis habitare cum igne deuorante: quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. Qui ābulat in iustitiis, & loquitur veritatem qui proiicit auaritiā ex calūnia, & excutit manus suas ab omi munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis habitabit &c. Sed vt illic glo. dicit, in verbo sanguinem, omnis iniquitas, oppressio & iniustitias, iudiciū sanguinis est, & sine gladio voluntate interficit. Ergo qui non obturat aurem ne detractionē audiat: in excelsis non habitabit &c. sed tenetur quātū potest prohibere hāc infamiæ oppressionem, & ad minus signis displicentiæ indicare alteri quod non licet, mœrore & tristitia vultus. Prouer. xxv. Vētus aquilo dissipat nubes, & facies tristis linguam detrahentem. ¶ Tertia ꝓpositio, Qui omittit ꝑ

hibere detrahētem ſeu infamantem, ne incitatus grauiora & deteriora dicat: charitatis conſilio agitur, non occaſiōe cupiditatis. Si omittit ne indignetur ei detrahēs, vel illius gratiam perdat: quāquam ſimul cōcurrat quod ꝓhibitus deteriora dicturus eſſet, peccat: ſed non cōtra præceptum defendendi famam proximi. Si ex odio omittit, & vt proximus infametur, non pro ſua quiete, vel cōmoditatis ſeruandę aut acquirēdę gratia: fauere & conſentire videtur: adeo vt in detrahentem lata excōmunicatio ipſum inuoluat: ſed ad famę reſtitutionē non tenetur. Prima pars patet: quia cōſimili cauſa licet omittere fraternam correptionem: vt Aug. habet primo de ciuitate dei: quod & dicit cōſilium eſſe charitatis, non occaſionem cupiditatis. Secunda pars cōcluſionis patet ex ſimili, ſi quis nō det medicinam vel elemoſinam ei cui obfutura eſſet, non peccat: vt tranſgreſſor pręcepti de dando elemoſynā neceſſitatem patiētibus: ſi tamen adiecerit finem indebitū quare omittit, peccat cōtra charitatem, omiſſionem ipſam in finem indebitū referēdo: ſicut qui omittit, furari, quod abſolute eſt in pręcepto, vt vitet infamiam vel ſuſpēdium. cap. ſi propterea. de pœniten. diſt. j. Tertia pars cōcluſionis patet: quia licet olim inter doc. magna altercatio & cōflictus fuerit an quilibet teneatur alium defendere, vel ſoli in poteſtate cōſtituti: vt patet in glo. c. error. lxxxiij. diſt. c. non inferēda. & ſequētibus. xxiij. q. iij. c. quātę. de ſentē. excōmunicat. communis tamē doc. ſententia habet quod quiſq; tenet etiam a ſocio iniuriam repellere: pro quo ad literam facere videt tex. c. dilecti. de ſent. excommunica. lib. vj. & dicunt eos ſolum laqueari ſententia excommunicatiōis latæ a canone in percutiētes clericum, qui dolo omittūt prohibere cleri percuſſionē. ita notat Ioan. andr. Panormitanus & alij in d. c. quantę. quod intellige verum de dolo percuſſiōis ſeu iniuriæ vt finis intentę: quia fauere interpretatur illic tex. eos qui cum poſſint deſinūt manifeſto facinori obuiare. ſi autem dolo non vt clericus percutiat, ſed ipſe percuſſor officio priuetur, vel confundatur ſi clericum percutere auſit, vel certe partim clericū lędens multum lędatur, & ſic de alijs: non incideret ex hoc illam canonis excommunicatio-

nem.ergo in proposito sententia excommunica. lata in eũ qui in futurum detraxerit, etiam complectitur eũ qui dolo omittit prohibere detrahentem, vt proxim⁹ detractiõe infametur. Quod tamen ex hoc ad famæ restitutionem &c.patet: quia licet dolo quis dum possit furtum omittit vel rapinam prohibere, etiam dolose: non tenetur propter hoc ad rei furtiuæ vel raptæ restitutionem, ad quã solum tenetur qui rem abstulit vel detinet, vel alteri⁹ illorũ causa est vel fuit: quorum nullũ est in proposito. Nec obstat

E ꝙ in potestate cõstituti tenẽtur dãnificatis restituere si nõ prohibent rapinas furta vel huiusmodi dum possunt: quia stipendio publico ad hoc sunt conducti ad ciuitatem custodiẽdam, ne permittant hostes ingredi, & ciues damnificari Secus in alijs qui sola lege charitatis ad hoc noscuntur obligati. Ex his patet quæsiti principalis decisio, videlicet qđ audiens detractionem & non prohibens minus peccat cęteris paribus quam crimina referens. nisi detractioni causam dederit. Et quia frequenter ex circunstantijs facti dubium est an audiendo gaudenter detractionem sine vultu tristi, detractioni causam dederit vel non: propter hoc dubium facti videtur Bernardus dixisse: Detrahere, vel detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. ℭ Contra hanc solutionem arguit domin⁹ Quodlibetarius hoc medio. Causa efficax & principalis facti semper peccat grauius quam causa occasionalis. sed qui alium consilio vel signis complacentiæ animat ad detrahẽdum, solum est causa occasionalis facti detractionis, & nõ efficax & principalis: ergo male innuit pars exceptiua qđ grauius peccat. Minor patet: quia secundum Philosophũ iij. Ethico. ridiculum est accusare externa, & non seipsum poti⁹ qui facile ab his capiatur. Pręterea min⁹ videtur vti malo alterius etiam præter necessitatem, quam facere malum. Sed qui signis complacentiæ sese indicat libenter detractionem audire, non facit, sed vtitur malo alterius qui iam mente pręconceperat, ergo minus peccat quã detrahens. ℭ Ad primum respondeo negando minorem. nam

F is propter cuius concilium gratificationem vel hortatum fit detractio: est principalis causa: non occasionalis tan-

tum: illa enim dicitur occasionalis quę ad opus per se non inclinat, sed alius ex hoc assumit sibi animum faciendi, sicut qui corripit maleuolum, est occasio & non vera causa quare deterius facit, & qui dolos varios detestatur, est occasio quare alius cum opportunitas fuerit ei, illa subtilitate doli proximum circũuenit. Et ad probationem, philosophus solum intendit non posse sufficientem excusationem afferre qui sic exterius ad peccandum fuit illectus, sed non dicit externa occasionem solum afferre, & non per veram causam influere ad effectum. Præterea occasio data habet veram rationem causæ efficientis, & sic causa occasionalis per occasionem datam deterius facit, quia occidit duas animas, quam exequens seu faciens opus, vt alliciens occasionaliter ad furtum vel adulterium, quam fur ipse vel adulter. ¶ Ad secundum dico quod non est solum malo alterius vti, sed causam dare & quodammodo inducere vt faciat, sicut princeps ostẽdens sibi rem gratiam fieri in relatione mendacij, ex hoc omnes ministros, quia ei gratificari cupiunt, mendaces facit & impios. dicit Grego. Scire debent pręlati quod si vnquam mala perpetrant, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmintunt. xj. quæstione. iij. præcipue. quanto magis cum per scelera gratiam nostram promerendam exponimus. ¶ Ad rationes ante oppositum. Ad primam dico quod cum iudicamur de hoc quod detractioni aurem commodamus, vel illam non prohibemus, non iudicamur de opere alieno, sed proprio, vel commissione commodando aurem, vel omissione in non prohibendo. Vnde Hieronymus in epistola ad Nepotianũ: Caue ne aut linguam aut aures habeas prurientes, id est ne aut ipse alijs detrahas, aut alios audias detrahentes. Sedens inquit aduersus fratrem detrahebas &c. Nec vero illa iusta est excusatio, Referentibus alijs iniuriam facere non possum. Nemo inuito auditori libenter refert sagitta in lapidem nunquam figitur, interdum resiliens percutit dirigentem. discat detractor dum te videt non libenter audire, non facile detrahere. Cum detractoribus (ait Salomon) ne commiscearis, quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam G

vtriusq; quis nouit: tam videlicet eius q detrahit, q illi⁹ q cōmodat aurem detrahenti. Hæc Hiero. Ad secundā dico
H q famę propriæ vt bonorū nostrorum habemus arbitriū: & ergo nisi proximorū necessitas vel vtilitas aliud requirat, possumus infamiā patiēter tolerare, vt nobis meritum crescat. sed famę alienę arbitrium nō habemus: & ideo in culpam nobis vertitur si non resistimus cum possum⁹: eadē ratione qua tenet aliquis alterius subleuare asinū iacentē sub onere: vt recte dicit Tho. ij. ij. q. lxxiij. art. iiij. ad. j. Ad primā confirmationē, ꝓhibens detractionē facti etiam de veris, non resistit veritati, sed vitio pronunciantis seu dicentis veritatem aliter quam conuenit, vel vbi non conuenit &c. Ad secundam confirmationem, licet detractio bonis viris quibus detrahit cedat in vtilitatē: Scimus (inquit apostolus) q̄m diligentib⁹ deū, omnia cooperātur in bonū: his qui secundū ꝓpositum vocati sunt sancti. ad Ro. viij. tamen detrahenti semꝑ cedit in grauissimū pctm̄, damnū scilicet animę, & alijs in perniciē exempli, ac etiam ꝓximis qui odore bonę famę ędificari debuerant, in detrimētum. Nec certū est nobis an illis in vtilitatem cedit quib⁹ detrahit. Quid enim scimus de fragilitate eorum, & si magni sint in dei amore & validi? Quid scimus an in eorū notitiam veniet? Oportet ergo multiplici ratione detrahētem prohibere, quāuis pręscimus hoc iniuriā passis vertendum in vtilitatem & commodum. ¶ Ad tertium principale respondeo: cum satis constat vel apparet de voluntate dei & dispositione vt quis certo tempore vel ad certū tēpus puniat, nō licet resistere: & hoc probant tex. inducti. ij. Reg. xvj. & Actuū. v. de consilio Gamalielis. Sed vbi non satis
I apparet neq; constat de voluntate aut dispositione dei quo ad futurum, quamuis etiam certi sumus de voluntate ei⁹ quo ad præsens per existentiam facti, seu contingentiam operis: non solum licet imo tenemur in multis resistere ac repugnare ignorātes: vt patet in medicatione corpori adhibenda pro cura ab ægritudine vnde sumus decessuri, ꝓ liberatione innocentis quem deus vult occidi, pro releuādā pauperum fame & necessitatibus alijs quibus deus nō sinit esse subuentum. In proposito si cōstaret deum velle vt

ad suam corruptionē infamiā & detractionem pateretur, frustra nos opponeremus ad impediendum: cū eius voluntatem inexpletam esse sit impossibile. sed cū hoc non satis apparet vel constat, tenemur eius dāno quo ad famam occurrere prout in boue, asino, vel reb⁹ alijs. ¶ Ad argumentum Quodlibetarij quo sic ad oppositū arguit: Videre crimen vel malū alterius nō inquinat videntē, alias reus esset quicunq; videret homicidium: ergo similiter audire detractionem, nullū arguit in homine pctm: etiam audiēs non obligatur infamato ad aliquam famę reparationem. infamans autē seu detrahens obligatur. ergo videtur grauius pctm infamare vel detrahere q̄ hoc ipm audire. ¶ Respondeo ad primū: Audire ex se nō ponit peccatum: sed audire & non prohibere dum potest, vel libenter audire consensu cōplacentię, vel causam dare ꝙ dicatur, seu infamatio fiat, ponit peccatū: & si eandē qualitatem visioni tribueris, in visione erit peccatū. Vt em̄ oportet obturare aures ne audiant infamiā: ita & claudere oculos ne videant malum: vt patet supra. Esa. xxxi j. ca. ¶ Ad secundū dico ꝙ cū audiēs dat causam detractioni, tenetur ad famę reparationem: & in illo casu grauius peccat q̄ infamans seu detrahens.

Quodlibetica quęstio duodecima eiusdem, anno a salute humana. 1507. in scholis artium eiusdem studii ab ipso disputata.



PER VENERABILEM virum dn̄m Quodlibetariū fuerunt mihi propositę tres quęstiones quodlibeticę: vna cum argumentis: reliquæ duæ sine argumentis. Quęstio cum argumentis est: Vtrum is propter cuius peccatum populus plagā percutitur, vel ad peccandum inducitur, possit non reparato prius rerum vel animæ damno rite pœnitere. Ad

cuius quęstiōis partes arguit ambas vt auditū est. ¶Hęc quęstio vnū supponit, scilicet ꝙ deus aliquoties innocētes fame peste & bello ꝑcutit ꝓpter excessus seu peccata aliorum. Et duo quęrit. Primū, vtrum dans causam plagæ & damni in populo, teneatur ad illorū reparationem: vt sine pręuia restitutione nequeat pœnitere. Secūdum, vtrum is cuius facto alij scandalizati sunt seu inducti ad pctm̄, modo consimili teneatur ad reparationē dāni animę. ¶Quo ad materiā suppositi videt̄ ꝙ deus nunq̄ innocentes dāno vel incōmodo afficit ꝓpter peccata aliorum. Primo, quia hoc est naturalis iustitię, vt pœna suos teneat auctores, & non vltra ꝓgrediatur pœna, q̄ comperta sit culpa. C. de pœnis. l. sancimus. Vn̄ Aug. super Gen̄. concludit nō potuisse dæmones pręscios fuisse sui casus, quia non prius deus est vltor, q̄ aliquis sit peccator. Et sequitur eū magister sententiarum dist. iiij. secundi, & oēs doc. ergo &c. Et confirmatur, quia deus reprehēdit in hoc filios Israel ꝙ parabolam hanc verterunt in prouerbium, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorū obstupescūt. Eze. xviij. quo innuebant ꝙ ob peccata parentum ipsi luebant pœnā. Viuo ego, dicit dn̄s, si erit vobis vltra parabola hęc in ꝓuerbiū. Omnes animæ meæ sunt, sicut anima pr̄is, ita anima filij, aīa quę peccauerit, ipsa morietur. nō portabit fili⁹ iniquitatē pr̄is, nec pater filij. Et circa finem. Et dicūt filij Israel, Non est ęqua via dn̄i. Nūquid vię meę non sunt ęque domus Israel, & nō magis vię vestrę prauę? idcirco vnūquēq; iuxta vias suas iudicabo, domus Israel, ait dn̄s deus. Præterea secundo probatur idem alijs auctoritatib⁹ scripturę sacrę. Gen̄. xviij. instans apud dominū pro salute Sodomę & Gomorrę Abraham dixit domino, Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti, nō parces loco illi propter quinquaginta iustos? absit a te vt rē hanc facias, & occidas iustum cum impio, non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Item Hiere. xviij. Ecce sicut lutū in manu figuli, sic vos dom⁹ Israel in manu mea. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnū, vt eradicem & destruā & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa de malo suo, agam & ego pœnitentiam de malo quod

cogitaui vt facerem eis. Ergo non infert iuſto malū ꝓpter alios peccatores. Item Malachiæ. iij. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos. Et dixiſtis: In quo reuertemur? ſi affigit homo deum? quia vos cōfigitis me: & dixiſtis, In quo cōfigimꝰ te? In decimis & primitijs: & in penuria vos maledicti eſtis: & me cōfigitis gēs tota &c. Inferte omnē decimā in horreū meū: vt ſit cibꝰ in domo mea; & ꝓbate me ſuper hoc dicit dn̄s, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vſq; ad abundantiā &c. Item Thobię. iiij. Non timere fili mi, pauperem quidē vitam gerimꝰ, ſed multa bona habebimꝰ ſi timuerimꝰ deū, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimꝰ bene. Item Eccleſiaſtici. xxxiij. Timenti deum non occurrēt mala, ſed in tentatione deus conſeruabit illum, & liberabit a malis.

¶ Pręterea tertio, vt in pręmijs cōtra iuſtitiā diſtributiuā eſt minus dare illi qui plus meruit, ita pariformiter cōtra iuſtitiam diſtributiuā eſt illi plus dare in pœnis qui minus meruit. ergo contra iuſtitiam eſt vt deus inſontē puniat ꝓ aliorum crimine ſiue delicto. Antecedēs patet: q̄a iuſtitia diſtributiua æque reſpicit punitionē vt præmiationem, vt patet. v. Ethi. & idem eſt minꝰ in præmio tribuere. & plꝰ de pœna, q̄ ad proportionem meriti. Hinc Deute. xxv. Secundū menſuram delicti erit & plagarū modus. Apoca. xviij. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tātū date ei tormentum & luctū. Et cōfirmatur, quia ſecundum apoſtolum ad Rom. ij. in retributione pręmiorū & pœnarū nō eſt apud deū perſonarū acceptio: Qui reddit (inq̄t) vnicuiq; ſecundū opera ſua: ijs quidē, ſecundū patientiam boni operis gloriā, honorē & incorruptionē q̄rentibꝰ vitā æternā. ijs vero q̄ ſunt ex cōtētione, & qui nō acquieſcūt veritati, credūt aūt iniquitati: ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnē animā operātis malū, Iudęi primū, & Græci gloria aūt & honor & pax om̄i op̄anti bonū, Iudęo primū, & Græco, nō em̄ eſt perſonarū acceptio apud deū. clare innuens ꝙ niſi plus puniret magis dotatos, ſicut fuiſſent p̄cellentius pręmiandi ſi proportionabiliter bene egiſſent, eſſet apud deū perſonarū acceptio. Nec valet ſi dicas, ꝑſonarū acceptio ſolū vēdicat locū in debitis, nō autē

in gratiosis: nā si quis sua liberalitate vnū muneret, & nō alium, vel vni remittat debitum, nō alteri quāuis per oīa pari: nō ex hoc peccat vitio acceptionis personarū: sed deus nulli ad gratiā est obligatus. ergo licet vni subtrahat tēporalia sine causa, vel propter crimē alterius: non ex hoc dicitur personā accipere. Hoc magis cōfirmat argumētum quia per hoc manifeste cōcluditur ꝙ apostolus non loquit̄ de acceptione personarū quæ nominat vitium præferentiæ vnius personæ præ alia in debitis, cū deus nulli sit debitor: sed nudam præacceptionē vnius præ alijs cæteris paribus in premiādo vel puniendo: & illam negat a deo. ergo nunq̄ punit vnum pro alio. Secūdo cōfirmatur. cessabit regula probandi vnum delictum altero esse grauius ex hoc quia acerbius est a deo vindicatum: quam tamē Hierony. tradit in regula, nō afferamus. xxiiij. q. j. dicēs afferre oportere de thesauris dn̄icis diuinam staterā: & in illa quid sit grauius appēdere tempore quo dn̄s priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauēda monstrauit. Et sequela patet: quia si absq; culpa potest vnum pro alteri⁹ crimine punire: vtiq; potest minus crimē grauius aliquādo vindicare.

¶ In oppositum arguo: ꝓpter peccata parentū fuerunt in Sodomis simul occisi paruuli innocētes. Vn̄ dicit glo. Gen̄. xix. in verbo. Respiciens vxor Loth &c. ꝓuisum est illis ne diu viuentes sequātur exempla parentum, & leuius punirentur: parētes quoq; tā pro eis q̄ pro se rei sunt. mors em̄ filiorum, crimen est parētum. ideo futuri sunt accusatores eorum. ergo non solum punit deus aliquos ꝓpter peccata aliorum, sed interficit. Item. ij. Reg. xij. dixit Nathā ad Dauid: Verūtamen quia fecisti inimicos blasphemare nomen dn̄i: propter hoc fili⁹ qui natus est tibi, morte morietur, & non obstāte quacunq; pœnitētia Dauid mortuus est. Item ij. Reg. xxiiij. propter peccatū Dauid in numeratiōe populi, misit dn̄s pestem in populum, & occidit virorum septuaginta milia. Cūq; videret angelum cædētem populum, clamauit Dauid ad dn̄m: Ego sum qui peccaui: ego iniq̄ egi: Isti qui oues sunt, quid fecerūt? Vertat̄ obsecro manus tua in me, & in domū patris mei. Item Iosue. vij. quia Achan furat⁹ fuerat de anathemate: nō potuit corā inimicis stare

Israel.dedit terga,ac ptimuit cor populi: & instar aquę liquefactũ est;& ceciderunt ex eis.xxxvj.viri.vñ dixit dñs Iosue: Surge,cur iaces pnus in terra?peccauit Israel,& puaricatus est pactũ meũ. Tulerũt de anathemate,& furati sunt,atq; mẽtiti;& abscõderũt inter vasa sua: nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet quia pollutus est anathemate.nõ ero vltra vobiscũ, donec conteratis eũ qui huius sceleris reus est. ¶Pro hui⁹ solutiõe aduertẽdũ ꝙ de⁹ nõ solũ iuste potest cuilibet hoĩm auferre temporalia bona,seu fortunæ bona quæ dedit,sed etiã bona corporis,imo vitam ipsam;ipse eñ est dñs vitę & mortis: plenũ arbitriũ habẽs vniuersę creaturæ: vt patet Sap.xij. Quis dicet tibi, Quid fecisti?aut quis stabit contra iudicium tuũ? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorũ hominũ?aut quis tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti?Vnde vnicuiq; gratiose quasi cõmodat quicquid habet.Nullã ergo iniuriã facit auferẽs: cũ ablatio seu subtractio gratiæ iniuriam non contineat. Hinc sanctus Iob cum diabolus accepta potestate a dño vastasset oĩa.Nud⁹,inquit,egressus sum de vtero matris meę, nud⁹ reuertar illuc;dñs dedit:dñs abstulit,sicut dño placuit,ita factum est sit nomen dñi benedictũ.Iob.j.ac si dicat, Sicut liberaliter & gratiose dedit:ita potest cũ vult subtrahere.& in eandẽ sententiam.ij.c.Si bona suscepim⁹ de manu dñi,mala cur non sustineamus?Ex hoc sequitur ꝙ aliorũ scelere prouocatus deus iuste aufert nobis quæcũq; corporis vel fortunę bona,imo & vitam ipsam.patet,quia põt iuste quacũq; gratuitam cõcessionẽ auferre sine motiuo vel causa de parte hominum data. ergo etiam ex motiuo & causa potest:nec facit cõtra iustitiam vel æquitatẽ:quia solam gratiam non quodcũq; debitum subtrahit. Et circa hoc vt cũ tædio saltẽ & quasi inuiti cõmisceamur malis qui sunt in odio dñi cõstituti,est aduertendũ ꝙ deus propter solã cõmixtionem seu consortium cum malis aliquando percutit innocentes in facultatibus & substantia aliquãdo in corpore;aliquando vsq;adeo est exacerbatus,vt etiã iustorũ preces petẽtium liberari renuat audire.Exemplum primi: Iosaphat rex vtiq; pius & iustus quia societatẽ merciũ con-

traxerat cum Ochosia rege pessimo, nūciatū est ei ex verbo dñi ꝙ cōtritæ fuerint naues, nec ire potuerunt in Tharsis. ij. Paralip. xx. Et causam consimilium euentuū tangit dñs per prophetam. ij. Paralip. xix. quia Iosaphat rex Iuda auxiliatus est Achab regi Israel pro recuperāda Ramoth Galaad occupata per infideles, redeūti de bello & miraculose seruato, per dominū dictum est ei, Impio præbes auxilium, & ijs qui oderunt deum, amicitia iungeris: ꝓpter quod iram quidem dei merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. ac si diceret: Nisi obstitissent in te opera quædā deo accepta, obrui debuisses cum Achab irascente deo. Idē intelligamus & nobis similiter futurum cum præter necessitatem cum impijs aliquid commune suscipimꝰ. Et ꝓ illo est qđ Nume. xiiij. dicit: Filij vestri erūt vagi in deserto quadraginta annis, & portabunt fornicationem vestrā, donec consumantur cadauera patrum in deserto iuxta numerum quadraginta dierum quib⁹ cōsiderastis terram. annus pro die imputabitur. Item, iij. Reg. xj. propter peccatum Salomonis dominus p̄dixit se præcisurum decē tribus a filio suo, parcens ei propter Dauid patrem suum. De

¶ C secundo scilicet periculo corporis & morte, patet: quia nec sanctus Loth eius meriti fuit apud dominum quin simul cum Sodomitis absorptus fuisset, nisi in gratiam Abrahę fuisset liberatus. Vnde dicitur Genesis. xix. Recordatus est dominus Abrahæ, & liberauit Loth. sic in Sodomis quidam alij iusti perijsse creduntur, quia ad denarium numerum cum Loth non peruenerunt: nec vltra denariū Abraham descēdere ausus est. Gene. xviij. Item & illos. xxxvj. qui perierunt propter peccatū Achan. Iosue. vij. & filios & filias eius qui exterminati sunt, intelligamus a peccato eius fuisse alienos; vt dicit Augustinus. xix. q. j. Iosue. Item Ione primo cum præter solitum mare intumesceret, vt nauis periclitaretur, sorte deliberauerūt nautę actorem naufragij inquirere: & deprehenso Iona conditionē & vitam interrogāt: quid deo suo a quo fugisse se dixerat, fecit, qđ ꝙ ei facere deberent, & cessaret mare. Tollite inqt me, et mittite in mare: & cessabit mare a vobis. Scio enim quod propter me venit tempestas hæc grandis super vos.

Pro eodem est quod supra induxi de morte filij Dauid.ij. Reg.xij. & de.7000. peste occisis propter peccatum Dauid regis.ij.Regum.xxiiij. Et ne illud solũ cõtigisse pute- D
mus in veteri testamẽto.& nihil nobis similiter formidandum esse sub nouo testamento seu lege gratiæ, audiamus super hoc Ambrosiũ. Hic cum in quadã villa Tusciç apud hominem valde locupletem receptus esset: quẽ super statu interrogans comperisset prosperitate nimia subleuatum, nec vnquã passum fuisse aliquid aduersi, obstupescens, ijs qui in comitatu eius erant, inquit: Surgite quãtocyus, fugiam⁹ hinc. Dñs non est in loco isto. festinate filij, festinate: nec in fugiendo morã facite: ne diuina nos vltio hic deprehendens peccatis illorum simul inuoluat. nec longe ꝓcesserant, & subito se terra aperuit, & hominem illũ cum omnibus quç ad illum spectabant, absorbuit: vt nec vestigium remaneret. De tertio patet Iob.xxxv. Ibi clamabũt, & non exaudiet propter superbiam malorum. super quo Grego. Ibi, videlicet in tribulatione: ac si diceret, Reat⁹ opprimentium exaudiri prohibet voces oppressorũ: nec eripiũtur visibiliter iusti, quia saluari inuisibiliter nõ merentur iniusti: & dum in tribulatione teruntur, eorum nequitia consummatur. Et ibidem glossa interli. sicut aliquando deus suos propter inimicos eripit, vt illi conuertantur: ita aliquando suos non audit propter damnationem persequentium. ¶ Pro solutione argumentorum est aduertendum ꝙ duplici via deus aufert quæ homini contulit: puta B
fortunæ & corporis bona. Primo per viam subtractionis gratiæ: secundo per viam iustitiæ commutando vel distribuendo. Prima via nullam causam exigit: quia subtractio gratiæ iniuriam nõ continet. sic videtur gratiam iuuaminis contra Amalech subtraxisse filijs Israel quoties Moyses paululum remitteret manus. Exodi decimoseptimo. Secunda via requirit causam. nam commutatiua iustitia requirit inter punientem & punitũ çqualitatem quandã dati & accepti suo modo: vt scilicet non vltra se protendat pœna, quam extendit se malum culpç: & quia pœnç inferuntur simul distribuendo vt inter punitos sit æqualitas gçometrica quo ad receptionẽ pœnç ꝓ culpa, puta æqua-

litas pportionum: vt quantum quisq; peccauit, pportionaliter puniatur. Huius exemplū dari pcteſt: ſi res aliqua mihi eſt debita, & nolim eā habere niſi titulo cōmutationis ſeu emptionis: oportet me tradere iuſtū precium: alias non iuſte via illa agerē. In pręſenti vita deus ſecūdum viā procedit liberalitatis & gratię: in futura vero per viam iuſtitię, pietatis tamen dulcore tēperatę. ideo in pręſenti vi
F ta minus meritis plura donat ſæpe & tribuit. non enim eſt in pręſenti vita tēpus retributionis: ſed vniuerſa ęque eueniunt iuſto & impio, offerenti ſacrificiū, & contēnenti victimas. Eccſes. ix. ¶ Hoc pręmiſſo reſpondeo ad primum: quia diligentibus deū, oīa cooperantur in bonū. ad Rom. viij. nec infert de⁹ electis ac ſanctis ſuis malum pœnæ niſi in quantum conducit ad eorum vtilitatem ſpiritualē. ij. ad Corin. xij. Sufficit tibi gratia mea. nā virtus in infirmitate perficitur. Magis dicendus eſt deus medicinā in hoc cōferre iuſtis, q̄ eis inferre pœnā: ſecus de pœna præſcientiæ futuri caſus. Nam illa nō eſt pmotiua ſpiritualis boni, & cōducens ad pfectum. Et ſi omnino contendas poſſe pmouere hoīs ſpirituale bonum, nullū inconueniēs eſt admittere q cum eo moderamine & qualitate cooperationis ad humiliationē & mentis magis feruidam erectionē in deū poſſit deus ſic in aliquē præſciū facere ſui futuri caſus, non in pœnam cuiuſcunq; culpę, vt factum videtur Petro pręnunciante dño futurā eius negationem. nec hoc eſt contra argu. Etiā doc. ii. j. diſt ij. ſentētiarū, ſcilicet Bonauē. Tho. & alij ponūt differentiam inter reuelationem futuri caſus angeli & hominis: quia āgelus cadit irreparabiliter: & ſic ex reuelatione cogeret deſperare. ſecus de homine. Ad cōfirmationē, Hiero. in Eze. cōmemoratis duob⁹ teſtimonijs Exo. xx. & xxxiiij. c. quib⁹ deus dicitur viſitare peccata patrū in filijs vſq; ad tertiā &c. Et nos inquit vſq; in pręſentem diem putabam⁹ duo teſtimonia. Exodi quę ſupra poſuimus, non eſſe parabolā, ſed ſimplicem explicare ſententiam. Et q̄q̄ non auderemus quippiā dicere, nec vas fictile loqui contra figulū, Quare ita me feciſti: ſcandalū tamen patiebamur, q iniuſtitia videret dei, alium peccare, & aliū luere peccata. ſi enim reddit peccata patrū in filios vſq; ad

tertiam & quartam generationẽ: iniuſtũ videtur vt alius peccet, & alius puniat. Sed ex eo qđ ſequitur, His q̃ oderunt me: comminationis ſiue pręcepti ſcandalum ſoluitur, nõ enim ideo puniuntur in tertiam & quartã generationem, quia deliquerunt patres eorũ, cum patres potius qui fuerunt peccatores, puniri debuerint: ſed quia patrum fuerunt ęmulatores, & oderunt deũ hęreditario malo, & impietate in ramos quoq; de radice creſcẽte. Et ex hoc reſpondet hęreticis qui ex hoc deum legis & ꝓphetarum arguebant bonum non eſſe. Hanc ſententiam Hieronymi refert & ſequitur Magiſter. xxxvj. diſt. ij. ſentẽtiarũ. & Gratianus de pœ. diſtin. iiij. §. fina. ſcilicet. His auctoritatibꝰ. &c. Auguſt. vj. contra Iulianum circa finem ſoluens argumentum Iulia, ex textu Ezechielis. xviij. quod Achillẽ reputauit & inſolubile, ad ꝓbandum ꝙ paruuli non contrahũt originale peccatum, quia filius portaret iniquitatem pr̃is. Non intelligis inquit hanc eſſe ꝓmiſſionem noui teſtamenti, & ſpiritalis hęreditatis ad alterum ſeculum pertinentis. Id enim agit gratia ſaluatoris, vt paternum chirographũ deleat, & vnuſquiſq; ꝓ ſe rationẽ reddat. Quod in veteri teſtamento filius tenebatur delicto patris, ꝓbat per multa teſtimonia, quia peccãte Cayn, in eius filiũ. ſ. Chanaan vin dicta ꝓlata eſt. Geñ. ix. Et ꝓ delicto Salomonis filius eius diminutione patrimonij eſt punitꝰ. iij. Reg. xj. Itẽ humiliitate Achab a domino impetrauit vt ſui peccati pœna in poſteros differretur. iij. Regũ. xxj. Item ſcriptum eſt: Reddis peccata patrũ in filios &c. Sed carnalis generatio etiam populi dei pertinens ad teſtamentum vetus, parentũ peccatis obligat filios. Spiritalis aũt generatio ſicut hęreditatẽ, in pœnarum atq; præmiorum commutationes promiſſioneſq; mutauit. quod prophetę in ſpiritu pręuidẽtes ita dixerunt, ſed apertius Hieremias, In diebus illis non dicent vltra, Patres comederunt vuã acerbam: & dentes filiorum obſtupuerunt: ſed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur. omnis homo qui comederit vuam acerbã &c. Hiere. xxxj. Deniq; ne nos mouerent quę ſupra memorata ſunt, & huiuſmodi de reddendis in filios peccatis parentum, ne huic prophetę contraria viderẽtur, ſoluit iſtam quęſtionẽ mo- G

lestissimam coniungendo & dicēdo: Ecce dies venient, dicit dñs: & cōsummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouū, non secundum &c. In hoc igit̃ testamento nouo deleto per sanguinē mediatoris chirographo, incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, q̃bus nascendo fuerat obligat⁹. Hæc Aug. vbi supra, plani⁹ soluit lib. Iosue. q. viij. dicens homini p̄ceptū currere, Nō occidetur filius pro patre. Deute. xxiiij. sed longe secretiore iustitia iudicat deus, qui potēs est etiam post mortē (quod homo non pōt) liberare vel p̄dere. Visibiles igit̃ afflictio-
H nes seu mortes q̄m ijs quibus ingeruntur, & obesse & p̄desse possunt: nouit dñs in occulto p̄uidentiæ suæ quēadmodum iuste quibusq; dispēset etiā cum aliorum peccata in alijs videtur vlcisci. Pœnas vero inuisibiles, quę nō nisi nocent, & prodesse non possunt, ita nullus deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus nisi p̄ sua culpa istas visibiles deberet. hoc em̄ pręcipit homini iudici deus in ijs quę ad iudiciū humanū pertinent vindicādo. Et ergo eodem lib. q. ix. dicit Iosue non humano sed p̄phetico spiritu interpretatū: filios q̄ patris peccato immunes erat, etiā debere occidi. Nec ideo sane credendū est eos p̄ peccato patris a quo innocentes erant, etiam post mortem supplicijs inferni ignis incēsos. Quo ergo iudicio dei vel misericordia fuerit mors irrogata vel filijs hui⁹, vel illis 36. vitis, cū omnes ab eo peccato alieni fuerint: latet apud eū apud quem nō est iniquitas. Ex his Alexander de Ha. iij. parte. q. xliij. mēb. iiij. ar. j. distinguit duplicem pœnam:
I q̄dam est nocens, & non conferens. alia conferens, & non nocens. secūda punitur vnus p̄ alio, non prima. Itē Grego. xv. Moraliū. c. lxxxj. Qui praui parentis iniq̄tatē imitat̃, etiā ex eius delicto constringitur, vt nō solū sua q̄ addidit sed etiā patris peccata persoluat cū vitijs patrū quib⁹ iratum dñm non ignorat, etiā suam malitiā adiūgere non formidat. Et iustū est vt qui vias iniqui parētis nō timet imitari, cogatur in vita præsenti etiam culpas parentis iniqui exsoluere. Vñ & illud dictū: Anima patris mea est, & aïa filij mea est. aïa quę peccauerit, ipsa morietur: quia in carne nōnunq̄ etiam ex p̄ris peccato perimūtur. Deleto aūt

originali peccato, ex parẽtum nequitia in anima nõ tenet. Quid em̃ est ꝙ paruuli plerunq; a dęmonibus arripiunt, nisi ꝙ caro filij ex partis pœna mulctat? Cum vero pue- ctiores filij ex parentum culpa feriunt, quid aliud aperte datur intelligi, nisi quod illorum etiam pœnas luũt quo- rum facta secuti sunt? Vnde & recte dicitur, Vsq; ad ter- tiam &c. ¶ Ex his omnibus quanuis multũ varie sensisse videntur docto. sancti ꝙ beat⁹ Hierony. occultũ scãdalũ sit passus donec verbũ dñi de visitandis, parentũ peccatis in filios &c. intelligeret esse parabolam: quod meo iudi- cio nõ satis probat passus ille Ezechiel. cũ solum dicat pa rabolam esse illud dictũ populi Israel, Parentes comede- runt vuã acerbã &c. Colligo nihilominꝰ hanc solutionẽ ꝙ dominus non punit q̃q̃ iustum pœna gehennali vel spi- rituali pro alio post noui testamenti confirmationem per mortem seu sanguinem Christi. Et hoc promisisse videt Eze. xviij. & Hiere. xxxj. Ante hoc oẽs ad minꝰ pœna dã ni puniebãt ꝑ peccato Adæ in limbo donec p̃ciũ redẽptio- nis eẽt exsolutũ. Et dico notãter iustũ: vt excludã puulos recẽter natos, qui originale ex pctõ primi parẽtis cõtra- hũt. Sed pœna tpali huiꝰ vitę frequẽter punit innocẽtẽ & iustũ ꝑ alteriꝰ pctõ. Nã sicut ad ꝓbationẽ nõ subsistente alia causa quę pœnalia sunt iustis sępe infert, ita subexistẽ te motiuo, videlicet aliorũ iniquitate quibꝰ sanguine, loco vel fauore iũgimur: nos pœna simul inuoluit. ¶ Ad scdm & primo ad verũ Abrahæ, Nõ est tuũ hoc q̃ iudicas oẽm terrã, vt ꝑdas iustũ cũ impio intẽdit Abrahã hoc non esse dei secundũ abũdãtẽ gratiã qua regulariter tractat hoẽs vtiq; tñ est dei scdm iustitiã, & ideo vltra denariũ iustorũ nõ descẽdit: cũ tñ alias ęque incõueniret deo secundũ iusti tiã vnicũ iustũ ꝑdere cũ impijs sicut decẽ: imo vt patet ex e. seq. nec liberasset deꝰ vtiq; iustum Loth non recordatus Abrahæ. i. in gratiã eiꝰ. Ad verbũ Hiere. & Mala. ꝓcedit de populo & regulariter, cũ. s. deꝰ ꝑ culpa priore nõ decre uit certã pœnam inferre in pręsenti tempore. secus qñ pœ na est decreta, non solum comminata. sic Nume. xiiij. pœ nam paternę idololatriæ debebãt ferre filij eorũ vagando in deserto, xl. annis donec consumerentur cadauera parẽ-

tum. sic contra Moysen pro peccato diffidentię ad petrā in Oreb decreta fuit pœna ꝙ terrā ꝓmissiōis ingredi non potuit Nume.xx. de hoc in.c. Nabuchodonosor.§. cum sup̄ na.indignatio.xxiij.q.iiij. Ad verbū Thobię & Ecclesi. dico hoc regulariter, nisi saluti nr̄æ aliter expediat: sicut Paulo stimulus carnis.ij.ad Corin.xij. & secundū apostolum ad Heb.xj. Alij distenti sunt non recipiētes redēptionem. vt meliorem inuenirent resurrectionē. Ad tertiū fateor ꝙ apostolus loquitur de acceptione personarū communiter dicta: quæ dicit vnius personę acceptionem præ alia in remissione pœnarū, vel retributione p̄miorū & nō de acceptiōe specialiter dicta, q̄ dicit p̄acceptionē cōtra debitū. deus autem quia solus princeps & dominus omniū, nulli de aliquo debitor nisi ex promissio, posset vni remittere pœnam non alteri sine iniuria, sicut princeps terrenus sine vitio acceptionis personarum potest vni remittere pœnā, quanuis non omnibus: secus in iudice inferiore, qui subditus est legibus maxime cum pœna est ipsi applicanda. omnis autē pœna gehēnalis debetur deo. ergo &c. sed vult solum apostolus non esse talē acceptionē personarū apud deum in retributione post hanc vitam: sec9 in hac vita, vbi ex æque perdite viuentibus vnū cōuertit, non aliū: vnum acriter flagellat, non alium. & hoc volunt sancti ꝙ hic non est tempus retributionis, vt scilicet ad ꝓportionē meritorum dona largiatur, vel inferat pœnas. Et cum in effect9 cōtra hoc replicatur ꝙ sic perit via iudicandi sup̄ grauitate delicti ex acerbitate pœnæ, cōtra Hiero.i.d.c. nō afferam9 dico cū iurisperitis ꝙ exceptio firmat regulā. Regulariter delictum siue cōmissum est grauius quod est acerbi9 vindicatum: sed fallit in sola pœna pręsentis tēporis quā deus nonnunq ad exercitiū virtutis suis electis infert, aliquādo ad purgatiōnē, aliquando ad manifestationē glorię dei, vt patet.iiij.sentētiarum.dist.xv.



ECVNDO inquirēdū est an is ob cui9 offensam plaga populū obruit, teneat populo innocēnti ad damnosū reparationem. Et arguo ꝙ sic. Primo quicq̄ ꝙ causaliter aufert rem p̄ximi, detinet vel detineri facit, nisi iusta cā fa-

ciat, tenetur ad restitutionẽ, vt est omniũ doctorum sentẽtia. xv. distin. iiij. limitantiũ ex hoc sententiã per hos vers9 explicatam. Iussio, cõsilium, cõsensus, palpo, recursus, Participans, mut9, nõ obstãs, nõ manifestãs: Currere cum fure faciunt furtiq; reatum, quod videlicet faciunt furti reatũ quo ad participium criminis qualitercunq;: sed non inducunt restitutionis obligationem, nisi causa fuerint detentionis vel ablationis: ergo. Præterea cõsules seu rectores qui alieno principi recusant reddere quod per iniuriã est ablatum vel vindicare negligunt quod a suis improbe actum est, dãt ipsi principi iustã causam bellandi seu inuadendi. xxiij. q. ij. c. dominus. & tenentur ciuibus qui propter offensam eorum patiuntur, ad omnis damni reparationem, ergo similiter cum dant deo causam percutiẽdi quacũq; plaga populũ tenẽtur &c. Et confirmat: quia talis causaliter lædit proximum, & aufert dando causam ablationi: magis quam si bouẽ cornupetã ab heri & nudiustertius nõ recluserit, & ille quempiã interfecerit, vel si cisternã foderit, & non operuerit: qui absq; dubio tenetur ad damni reparationẽ. Exod. xxj. Secundo cõfirmatur, quia talis peccat in omnes qui propter ipsum damnificant, & nõ solũ cõtra charitatem: quia sic etiã peccat quicũq; dãnificationem prohibere potẽs nõ prohibet. ergo cõtra iustitiã: & nõ solũ ex omissione, quia nõ impendit misericordiã: & per cõsequẽs tenet ad restitutionẽ. Tertio cõfirmat: is propter cui9 offensam damnum datum est, occasionem damni dedit. Sed qui occasionem damni dedit. damnum dedisse videt. de iniurijs c. fi. ergo tenet dãna data reparare. In oppositum arguo. Nulli tenemur ad restitutionẽ ex ablatiõe, nisi sit iniuriosa, sed blasphemũ est suspicari vel dicere quod de9 auferẽdo facit alicui iniuriam: ergo ex ablatione quã facit deus, nemo obligatur ad restitutionem. Et cõfirmatur: quia sciẽti & consentienti non fit fraus neq; dol9, vt est regula iuris lib. vj. sed in ablationem quam facit deus, quisq; cõsentire tenetur, & cõsentit actu elicito vel debito, cum teneamur velle vt domini voluntas in omnib9 fiat, iuxta orationem dominicam. ergo. Et potest ex eodẽ fundamẽto sic argui. Omnis oblatio quæ iniqualitatem iustitiæ continet, furti

nomine compreheditur, & furtum committitur domino inuito. ergo cum in ablatione quā deus facit, nemo possit saltem licite esse inuitus: sequitur ꝙ ablatio a deo facta nō A est cōtra æqualitatē iustitiæ seu iniuriosa. ¶ In hac q̄stione duo sunt quæ perplexam videnť facere materiā & intricatam: cum in contrarias partes apparentiam magnam inducant. Primum pro parte negatiua faciens est, quantū libet quis dederit causam subtractiōis gratiæ, nō facit illi cui subtrahitur, iniustitiam. patet: quia subtractio gratiæ iniustitiam non continet: alias gratia esset debitū. Vñ siue ex odio seu quocūq̧ respectu subtraho Ioanni gratiā quā hucusq̧ ei feci, peccare possum in eū contra charitatē: sed iniustitiam non facio. Et idem videtur quocunque apud principem persuasero vel effecero vt gratiā in Ioanne nō cōtinuet. Sed quicquid habem⁹, gratia dei est: ergo dādo causā vt deus auferat, nō obligamur ad restitutionē. ¶ In contrarium est quia dans causam damnificationi apud deū iniuste damnificare videtur: quemadmodū dās per offensam suam principi terreno causam inferendi bellū iniuste damnificat: nō obstante ꝙ princeps ille ex iusta causa damna inferat sine iniuria. Vnde sicut ibi manu damnū inferens, ad restitutionem non tenetur, sed alius teneť qui dat causam: sic in proposito de⁹ iuste infert, & qui dat causam iniuste. Similiter omnis depredatio fit a deo principaliter & iustissime, iuxta illud, Si est malū in ciuitate qd nō fecerit dominus. Amos. iij. si pro nō: sicut ibi: Si introibūt in requiem meā. Vnde glossa, Sicut ea quæ superi⁹ memorata sunt, non fient nisi certa causa extiterit: ita nō erit tribulatio nisi a domino venerit, Hinc Esa. xlv. Ego domin⁹ & non alter: formans lucem, & creans tenebras; faciens pacem, & creans malum. & nihilominus alius manualiter B deprædationem faciēs restituere obligatur, & iniustitiam facit. ¶ Pro huius solutione est aduertendū quod duplex est causa damnificationis, scilicet priuatiua, sicut nauta ꝑ suam absentiam est causa periclitationis nauis. & quędā est positiua: sicut is qui manu euertit nauem. Quo ad primū, sicut is qui adhibita medela sanari potuisset, mori dicitur ex defectu iuuaminis, & tamen a causa intranea mo-

ritur: sic de sæuiente manu domini in nos quę per hominis intercessionem auerti posset si murum se erigeret pro domo Israel, dicimur percuti ex defectu iuuaminis, & p causam quandam priuatiuam. & contingit hoc tripliciter. Primo non præstante eo opem qui ad hoc minime tenetur: vt si in Sodomis factę fuissent virtutes quæ in Capharnaum factæ fuerunt, fortasse mansissent in hanc diem &c. Matthęi. xj. Perierunt ergo ex defectu iuuaminis, quod deus gratiose adhibere potuisset: sed vt non tenebatur, etiā non adhibuit. Itē pugnante Israel contra Amalech Exodi. xvij. remittente paululū manus Moyse vincebat Amalech, & vincebaẗ Israel. quādiu vero manus extēsas habuit Moyses ad deum, vincebat Israel. Moyses non dicitur peccasse prę fatigatione remittens manus. ita vincebatur Israel ex defectu iuuaminis per Moysen adhibendi, ad quod saltem pro tunc non obligabatur priusquam sciret ex manuum remissione Israeli tale detrimentum esse obuenturū. Secundo fit quādo is omittit ferre opem qui ad hoc tenetur sola lege charitatis. Vn sicut in fame vel alia necessitate tenemur ad corporalem eleemosynam: ita non minus cum plagam grassari videmus in populo, & bello alteri patriā, & incēdio vastari, tenemur ad eleemosynam spiritualem p releuamine pauperum populi. ¶ Tertio contingit quando is omittit qui speciali lege puta ex officio vel stipendio ad defensionē populi per arma spiritualia tenetur. Iuxta hoc ad sciēdum quis horum ad restitutionem obligatur, pono tres ppositiones. Prima. Qui primo mō est causa priuatiua plagę, neq; peccat neq; obligaẗ ad restitutionē. Patet quia qui sic posset obsistere dānificationi alterius in tēporalibus, & non facit si tēpus est seu casus p quo seu in quo non tenetur: neq; peccat, neq; ad restitutionē tenetur: imo nec pprie dicitur causa priuatiua: nisi cum debet seu obligatur impedire & non facit: vt quantumcunque peritus nauta potuisset seruare nauem quæ perijt in mari Hispanico: si non sit eius curæ commissa, non proprie dicimus ipsum sua absentia causam fuisse submersionis illiꝰ. ¶ Secunda propositio. Qui secundo modo est causa priuatiua plagæ, peccat non impediēs: sed restituere non tenetur

Quod peccat, patet: quia per casum omittit in necessitate proximorũ dare eleemosynã qñ ꝓpter necessitatẽ ad hoc tenetur: de quo seruit illud Matthęi.xxv. Esuriui, & non dedistis mihi mãducare &c. Vñ colligit manifeste ꝙ non solũ tenemur ad eleemosynã in extrema necessitate corporis, cũ vtiq; sine illo imminet mortis periculũ, sed etiam in necessitate arcta: vt recte tradit dñs Petrus de Palude. dist.xv.iiij. Et ꝙ non teneatur restituere, patet ex simili de eleemosyna corporali. Nã q in necessitate recusat mutuum tradere indigenti: non ꝓpterea tenetur damna reparare quę alius ex defectu pecuniæ incurrit. Similiter q in necessitate non dat cibũ fame morienti, peccat quidem, & interpretatiue siue priuatiue occidit. Non tamen tenetur ad restitutionẽ ac si manu vel consilio aut aliàs causaliter & positiue occidisset: immo (vt deduxi in materia restitutionum) quãuis dolo quis desistat obuiare dãnis aliorum, non ꝓpterea obligatur ad restitutionẽ. ¶ Tertia ꝓpositio: Qui tertio mõ est priuatiua causa plagę vel damnorũ in populo: non solũ peccat cõtra charitatẽ, sed etiam contra iustitiã: & tenetur dãna reparare quę populo inferuntur ob carentiam debitę defensionis. Patet manifeste: quia milites conducti ad defensionẽ tenentur resarcire oĩa damna quę conducentibus per eorũ negligẽtiam vel non debitam defensionẽ obueniunt. Vnde nauta conduct⁹ ducere nauem ad certũ locũ, si per eius absentiam vel negligentiã nauis periclitetur, tenetur de mercib⁹ & naue perdita ad reparationem. Similiter quia regis officiũ est patriam ab inuasoribus defendere: furta cohibere &c.c. regũ officiũ.&.c. rex debet.xxv.quęst.v. ideo dãna quæ in talibus contingunt ex regis negligẽtia, tenetur reparare. Ex hoc sequitur corrolarie ꝙ aliquoties vir ecclesiastic⁹ tenet laicis reparare dãna quę ꝓ suis peccatis eis infert de⁹: puta requirunt ad tpalẽ pœnã ꝓ culpis dimissis, vel in qbus adhuc sunt: quã deus nõ inferret, nisi vir ecclesiastic⁹ iuxta officij sui debitum negligeret populum defendere. patet exemplariter de milite conducto ad defensionẽ ab eo qui inuaditur bello iusto. is enim si operas debitas impendere neglexerit, tenet de dãno. Ecclesiasticorũ autem beneficia

ſunt ſtipendia propter quę obligantur ad defenſionem populi, & portare eorū peccata apud dominū. Nume.xviij. Filijs Leui dedi omnes decimas ꝑ miniſterio quo ſeruiūt mihi in tabernaculo fœderis, vt nō accedāt vltra filij Iſrael ad tabernaculum, nec cōmittant peccatum mortiferū ſolis filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portantibꝰ peccata populi. Et quid eſt dñi ꝙ nos laici de mammona iniquitatis amicos faciunt, niſi vt eos cum defecerint recipiamꝰ in eterna tabernacula noſtra? Lucę.xvj. cōſimiliter ꝓpter defenſionē, vt ſepem obijciamus diuinę iracundię, & impediat plaga percuti ppl̄m. Ezechielis.xxij. Et quęſiui de eis virū qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitꝰ contra me ꝓ terra ne diſſiparē eam, & non inueni: & effudi ſuper eos indignationem meam. Ecce quomodo beneficium datur propter officium. de reſcriptis.c.ſi. libro ſexto. non quidē (vt putamus) verbale tantum, & quod ex ecclesię inſtitutione ore ꝓnunciamus, ſed propter officiū taliter factum, vt ſcilicet valeat ad ſupportandum peccata populi, & eos contra diuinam iracundiam defendendum. ¶ Si ſit cauſa poſitiua operans ſeu faciens ad punitiōnē aliorū, hoc contingit tripliciter: vel dat cauſam vt puniantur pro ſuis proprijs ſceleribus, vel pro ſcelere alieno, ſic ꝙ peccatū vnius inuoluat ſimul aliū ad pœnā: vel tertio vt mixtim puniatur ꝑ iniquitate propria & ſimul aliena. Si primū, hoc contingit quadrupliciter. Primo dando etiam cauſam ſceleribus, & ex conſequenti flagello ſeu pœnę, ſicut inducens aliū ad furtum, eſt cauſa ſuſpendij eiuſdem. & de hoc in tertio articulo. ¶ Secundo remouendo prohibens. Sicut eñ tollens aſſeres ſuper quos lapis q̄ſcebat, eſt cauſa deſcenſus lapidis: ſic qui enormitate criminū & multiplicitate tollit a ciuitate vel loco prę ſidia angelorū, eſt cauſa deprędatiōis & plagę ciuitatis. de hoc Hieremię.li. Curauimus Babylonē, & nō eſt ſanata: relinquamꝰ eā, & eamus vnuſquiſq; in terram ſuam, quoniam peruenit vſq; ad cœlum iudicium eiꝰ &c. Et Eſaię.v. de vinea expectata vt faceret fructum, quę fecit labruſcas. Aufer inq̄t ab ea ſepē, & erit in conculcationē. ſepē (gloſſa) id eſt prę ſidia angelorum. Similiter quoniam viri iuſti placentes deo ſeruant

locum ab excidio: de quo Ambrosius libro de Abrahā patriarcha tractans illud Genesis. xviij. de precib⁹ Abrahę pro Sodomis: Hic discimus quātus murus sit patriæ vir iust⁹, & quemadmodum non debeamus inuidere vel temere derogare bonis quorū nos fides seruat: iustitia ab excidio defendit. Item Hieremiæ. l. Circuite vias Hierusalem, & quęrite in plateis ei⁹ si inuenatis virum facientē iudiciū, & quęrentē fidē, & propitius ero ei. Hieronymus exponit ei, scilicet ciuitati Hierusalem. Item Ezechielis. xxij. Et quæsiui de eis virū qui interponeret sepem, & staret opposit⁹ contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni, & effudi &c. Qui ergo pellit viros tales, vt religiosos refor matos, vel impedit correctiones debitas, quæ hoīes iustos & bonos faciunt: ille per viam remouendi prohibens est causa
G omnium malorū quæ per eos fuissent impedita. ¶ Tertio fit dando causam sine qua non. Verbi gratia si cōplet numerum scelerum vltra quem nō decreuit parcere deus: de quo Genesis. xv. Dixit enim dñs Abrahæ quod peregrinum foret genus suū in terra non sua, & subijcient eos seruituti & affligent eos quadringentis annis: verūtamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo &c. generatione aūt quarta reuertētur huc. needum enim impletæ sunt iniquitates Amorręorū vsque ad præsens tempus. id est nondū peruentum est ad eam scelerū multitudinē post quā decreuit eos de terra sua deijcere. Sic Amos. j. Super tribus sceleribus Damasci & super quatuor non conuertā eū. de quo Hieronymus in prologo, Super tribus scelerib⁹ & super quatuor non conuertam eū: tertio peccatorum indulgētiam deum posse dare significat: quem quarto eadē peccata admittentibus nec indulgentiam nec pœnitentiam daturum annunciat. Nam per ignis similitudinem quem in prędictas gentes immittēdum prædixit, grauem atque irreuocabilem dei iram ad euersionem earūdem ciuitatum processuram voluit demonstrari. Quarto fit orando, imprecādo seu maledicendo, vel arte necromātica vel alias dæmonum adiutorium inuocando. Quod autem deus ad imprecationē seu maledictionē alterius aliquando alium puniat pro suis peccatis, quē alias non esset puniturus: patet Ecclesiastici. iiij.

Ab inope ne auertas oculos tuos ppter iram: & nō relinquas quærentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudiet deprecatio illi⁹. exaudiet enim eum qui fecit illum. Et Ecclesiastici. xxxv. Non accipiet dominus personam pauperem: & personā lęsi exaudiet. & infra: Nonne lachrymę viduæ ad maxilla descēdupt: & exclamatio eius sup deducentē eas: a maxilla enim ascendunt vsq ad celum. Et dñs exauditor nō delectabit in illis. Et plani⁹ Ecclesiastici. iij. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Vnde & diuinus ille Plato. xj. de legibus; Oedip⁹ contemptus a filijs ea illis imprecat⁹ est q̄ exaudita effectaq a dijs ab omnibus feruntur &c. Quibus apertissimū factum est a dijs pceps parentū aduersus filios exaudiri. nihil enim imprecatione parentum (non iniuria) perniciosi⁹ filio: & ecōtrario bene fieri eis cum parentes honorant, & eisdem obediunt. Maledicere autem peccantibus zelo iustitiæ licet, non autem zelo vindictæ. de quo per Gratianū xxiiij. q. iij. cum ergo in fi. Sic præceptum erat filijs Israel vt sex tribus starent in monte Garisim, vltra Iordanē ad benedicendum obseruantibus legem: sex vero ad maledicendum non obseruantibus in mōte gebal. Detero. xxvij. Sed quando sine causa maledicit, procedit illud Prouerbi. xxvj. Sicut auis &cę. sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet: puta eum qui maledicit.

¶ Istis pręmissis pono hanc propositionem: Qualitercunque quis dederit causam vt deus populum puniat solum proprijs peccatis, non tenetur ad restitutionē: quāuis zelo vindictæ vel alias animo nocendi id prouocās & faciēs in charitatem & contra proximum peccet: secus cū immediate procurat a diabolo illum puniri, quāquā in nullo homini nocere possit, nisi a deo ad id acceperit potestatē. Prima pars patet: quocūq animo quis pcurauerit iustitiam punitionis fieri, non tenetur ex hoc ad restitutionem: sicut nec iudex ipse malo zelo iustitiam punitiōis faciēs. executio enim iustitiæ iniuriā nō continet. Vide circa hoc de sententia iniusta ex aīo, q̄ tamē est iusta ex causa & ordine. xj. q. iij. episcopus. sed deus est iudex omniū causarū & rerū.

ergo qui procurat vel dat causam vt alios puniat pro suis peccatis, & non pro alienis: quanuis iniquo animo id facit, & contra charitatem, non tenetur ex hoc ad restitutionẽ. De eodem exemplificari potest, si quis odio gẽtis inducat regem vt illi bellũ moueat ex iusta causa quam cõtra illũ

H habet: peccat cõtra charitatẽ, sed nõ obligatur illi genti ad restitutionem damnorum. ¶ Secunda pars patet, quia sicut priuatus iniuste punit hominẽ pro peccato eadẽ etiam pœna quã infert iudex, est iniuste ex illa causa iniuriæ depr̨datur patriã ex qua hoc iuste & licite facit priceps: ita consimiliter procurans hoc fieri, iniustitiam facit, & tenet̃ reparare totum damnũ. Sic qui immediate procurat per dæmonem damna inferri. Nec obstat ꝙ dæmon non potest nisi permittente deo & coagẽte: quia sic nec homo potest cuiquã nocere vel damnũ inferre nisi deo permittẽte & eodẽ principaliter agẽte. Ex hoc patet ꝙ subtrahentes per maleficia lac vaccarũ, vel inficiẽtes blada & huiusmodi: tenentur reparare damna qų intulerunt, perinde ac si medio hominis damna intulissent. Sed contra istud videt̃, qui pellit milites conductos ad defensionẽ eorum qui inuadũtur bello iusto: tenetur ad restitutionem damnorum ęque vel magis q̃ milites conductitij cum per eorum negligentiam damna inferuntur: & ille solum est causa dãnorum quæ iniuste feruntur, & tanquam remouens ꝓhibens. ergo cõsimiliter q pellit sanctos viros de patria, vel præsidia angelorum qui nos peccatoses tuerent̃ contra diuinam iracundiam: consimiliter tenetur de damnis q̃ talmen deus iuste pro peccatis nostris infert. Pr̨terea nõ solum qui iniuriam fecit principi pro qua est ei iusta causa inferendi bellum, sed etiam qui impedit correctionẽ vel satisfactionem iniuriæ vnde princeps placaretur ne bellũ inferret, tenetur ad damnorũ reparationẽ. & talis remouet prohibẽs: ergo cõsimiliter qui impedit correctionẽ peccatorum fieri vnde pacaretur deus ne saltem plagã inferret quanuis pro peccatis ipsi⁹ populi: videtur obligat⁹ ad restitutionẽ. Nec releuare videtur si dicat̃, hæc præsidia angelorum & iustorũ hominum sunt pr̨sidia gratiosa non conductitia, iam repellens solam gratiam nõ videt̃ face-

re iniuriam, tum quia auferẽdo alteri gratiam tertij bene ago cõtra iustitiam, vt si aufero quod est eius sine p̄fixione termini, vel cũ p̄fixione termini cõmodatum, facio & domino rei & cõmodatario iniustitiam. Respondeo. Aliud est pellere immediate seu remouere prohibens, aliud perditionis merito vel imprecatione efficere apud deũ vt ipse remoueat. Primo casu admitto ip̄m teneri ad restitutionẽ Secundo non, quia solum est causa vt deus subtrahat suam gratiã præsidij. & ergo ad restitutionẽ nõ magis obligatũ q̄ si impetrem odio Ioãnis vt Petrus ab eo repetat mutuũ vel commodatum, vel si ego qui sum socius Ioannis, prouoco Petrum, & ex hoc moueatur Petrus reuocare illam gratiam a Ioanne. vnde isto secũdo modo remoueo seu pello prohibens per iniquitatẽ cum malo animo impetro, sed non per iniustitiam, & sola iniustitia obligat ad restitutionem. ¶ Si secundum principale, puta si dat causam quare punitur populus pro scelere alieno, vt peccatum vni⁹ etiã alios ad pœnam inuoluat, hoc fit dupliciter, videlicet per viam meriti, quia videlicet diuinam maiestatem offendẽs prouocat, sicut iniuriam faciens terreno principi, illum p̄uocat & inducit bello patriã impetere, & sic offensam patris vindicat in filijs & iniquitatem vnius sociorum in re communi vtriusq;. hoc modo vastatæ sunt merces & naues cõmunes Iosaphat p̄pter socij scelera, videlicet Ochosiæ. ij. Paralip. xx. Secundo fit per uiam iustitiæ, & p̄cum seu impetrationis. Et hoc iterum dupliciter. Primo impetrando & petendo id in quo populus damnificabitur, non tamen ex intentione damni alterius. De hoc. j. Reg. viij. petentibus regem p̄dixit domin⁹ ius regis: ius inquã vsurpatiuum seu ius cogendi quo tollet filias & filios, agros vineas & olivueta vr̃a tollet, & dabit seruis suis. in qua abiectione domini, & præfectione regis gẽs tota damnificata fuit. & videntur talia orantes teneri sicut medicus antidotũ consulens per imperitiam vnde corpus vel membrũ lędit, & iurisperitus in quo causa perdit. Secundo ex intentione & animo dãnificandi & maledicẽdi alteri, vel orãdo q̄ domin⁹ ei aduersetur & infortunet. Circa hoc mẽbrũ pono hanc cõclusionẽ. Is pro cuius peccato innocens a deo

k

percutitur, siue per viam meriti, siue per viã instãtię & precum: tenetur de omni damno quod deus pro ei⁹ peccato innocentibus seu innoxijs infert. ꝓbatur, quia ille. ꝑ cuius offensa populus innocens bello impetitur, tenet̃ de omni dãno populi innocentis. nã populus innocens iniuste patitur, quãuis princeps populũ talẽ iuste inuadat ꝑ offensa rectoris vel forte principis seu ducis eorũ: & q̃a iniuste patitur oportet assignare a quo iniuste patiatur: et est non ille qui ex causa iusta bellum mouet, sed is q̃ causam dedit pro qua bellum infertur. ergo similiter is ꝑ cuius culpa innocens populus a deo damnificatur, & plagis atteritur: tenetur populo innocẽti de omni dãno. ¶ Pręterea qui canem irritat & efficit vt aliũ mordeat: quãuis tamen ad manum nõ tenuerit, ad minus tenetur in factũ actiõne: imo domino illius serui qui morsus est, tenet̃ lege Aquilia: vt est tex. in. l. itẽ Mela. ff. ad. l. aquiliã. ergo qui irritat deum & prouocat vt eius peccato etiã innoxi⁹ puniatur, tenetur de damno innocenti illato. Q̃ d̃ aũt maledicendo vel orãdo aliquotiẽs impetremus innoxijs dãna inferri, videtur: quia deus ad probam seu ꝑ virtutis exercitio nonnunquã aufert sanctis hominib⁹ temporalia bona ad conseruationẽ humilitatis, vel meritorum augmẽtum. Ergo nihil ꝓhibere videtur quin aliquotiẽs id faciat audiens malorum petitionẽ vel imprecationẽ seu maledictionem, sicut & pro offensa malorũ iustos damnificat, semper tamen ad iustorum vtilitatẽ spiritualẽ. Et istud exẽplariter contigisse videtur Iob primo, ꝙ ad petitionẽ dęmonis Iob in substãtia fuit percussus. & Math. viij. dęmonibus petentibus concessit ire in gregẽ porcorũ. Suꝑ quo dicit glo. Nisi quis more porci vixerit, diabolus non accipit in eum potestatem: nisi forte ad probandum, ergo ad probandũ bene accipit &c. Sed ꝙ nõ teneatur quis ad restitutionem qualitercunq; apud deũ causam dederit punitioni seu damnis iustorũ: fortissime probat̃ hoc medio. Qualitercunq; quis effecerit apud tertium vt solã gratiã subtrahat, non obligatur ad restitutionẽ, vt patet: quocũque animo effecero apud Petrum vt repetat a Ioãne mutuum vel commodatum: nõ obligor Ioanni ad aliquã re-

stitutionem. Sed a deo (vt supra argui) omnia ad gratiam possidemus, & quasi mutuũ nobis creditum. ergo. Et confirmatur: charitatis est si quis sciat deum innocentibus pœnam seu damnũ decreuisse, orare & velle vt in hoc dei voluntas fiat, iuxta doctrinam Saluatoris in oratione dominica: Fiat voluntas tua &c. Mat. vj. Huius exemplum habemus Actuum. xxj. prophetante Agabo: Hæc dicit spiritus sanctus: Virũ cuius est zona hęc, sic allegabunt in Hierusalem Iudęi: & tradent in manus gentiũ. cũq; rogarent Paulum discipuli ne in Hierusalem ascenderet, Quid facitis inquit flentes & affligentes cor meũ? Non solum alligari in Hierusalem, sed mori paratus sum pro nomine domini mei Iesu. hoc audito quieuerũt dicentes, Domini voluntas fiat. Sed quę prędestinata sunt precib⁹ futura: siue ante prænunciationem fusę preces fuerint, siue post fundantur: ęque deus illa ꝑpter preces facit. xxiij. q. iiij. obtineri. ergo licet orando procurare vt innocens (qualis erat Paulus) plagis afficiatur & damno: & per consequens ex hoc ad restitutionem non obligatur. Secundo confirmat: quia angelus princeps Persarum restitit apud dominum angelo directori plebis Israeliticæ. xx. diebus, & tam valide vt nullus ei assisteret ex principibus, quam Michael princeps Iudęorum solus. Danielis. x. Ergo licet impedire apud dominum relaxationem populi innocentis iniusta captiuitate decenti. & pari modo licet captiuitatem procurare & damna. ¶Respondeo. Ad primum dico primo quod regulariter dominus punit peccata plagam per homines inferendo, qui damna & mortem iniuste inferunt: vt patet in bellis innumeris quibus attriuit populum Israel, & seruitute qua illum pressit in Aegypto, tandem visitans super his quorũ ministerio vsus populũ percussit & attriuit. de hoc Esaiæ. li. in fi. & Genesis. xv. Quãquam igitur deus per se auferendo censeretur solam gratiã auferre, nihilominus quibus vt ministris vtitur, contra iustitiã quod innocentum est auferunt, & sic peccato nostro damus in hoc causam iniustæ damnificationi. Et idem est cum a diabolo fit domino non mandante, sed permittente. Et est intelligendum quod deus sic adducendo oppressores ad vin-

dicandum alterius gentis peccata, non immittit eis propositum seu voluntatem malam: sed magis inflectit vt cũ ꝓposuerint sibi velle subiugare alios, faciant hoc de populo cui est infensus: vt quo ad primam voluntatem malam sit permissiua causa tãtum: sed quo ad influxã positiua: quẽadmodum si ego hominem qui proposuit interficere vnũ antequam panem sumat aut potum, orem vt laicum non sacerdotẽ occidat, aut Turcam & non Christianum. ¶ Secundo dico: supponam⁹ deum per semetipsum damna inferre, vt videtur dum continet pluuiam, vel bladorum modicum germen concedit: vel quia parũ farinæ cõtinet, modici valoris est: q̄q & hoc dęmonũ ministerio frequenter fiat: quomodo & Iob a dęmone in tota substãtia lęsus est:

M Hoc supposito dico ꝙ deus infert iustis dãna per seipsum duobus modis. Primo propter solam vtilitatẽ ipsorum ad probandum vel humiliandum: & fit per viam subtractionis gratię: & qui orando daret causam apud deũ vt sic fieret, non obligaretur restituere. Secũdo modo fit per viam commutationis, vel per modum punitiõis & vindictę, puniendo videlicet in eis peccatum cõsocij vel cognati, aut superioris, vel alias affectu vel loco coniuncti. & possumus hunc modũ appellare viam belli: & sic perinde est ac si terreno principi causam belli dedisset, vñ innocentes grauantur. & de hoc secundo modo ꝓcedit conclusio. Et consimiliter dicendum est si ponatur deum per alios facere de suo mãdato, vt ꝑ sanctos angelos vel homines bonos. imo & de primo mõ multi dubitarent. Sunt enim btũs Thomas, Scotus, Richardus, Palude, & plures alij in ea sententia, ꝙ impediẽs aliũ a ꝓmotione ad beneficiũ vel officiũ, si faciat animo nocẽdi, tenetur ad restitutionẽ. Secus si animo cõsulendi suę vtilitati vel indẽnitati. Sed de hoc dixi alibi in materia restitutionum. satis est proposito nostro, cum aufert non quasi gratiam, sed in vindictam pro peccato, ꝙ perinde tenetur ac si gratia non esset: & perrarum est ꝙ in tali damnificatione non vtatur medio dęmonum vel hominũ iniuste dãna inferentiũ de ꝑmissione dei, & non mandato. ¶ Ad primam confirmationem dico ꝙ aliud est ante prænunciationem vel etiam post dare causam quare velit de⁹

innocentem affligere, seu damno afficere: qđ nō licet: sicut nec manu sine dei mandato dāna ipsa vna cum deo inferre. aliud est orare vel poti⁹ assensum adhibere. & hoc expetere vt voluntas dei in omnibus fiat. ¶ Forte obijcies de Helia qui oratione effecit vt non plueret super terram annos tres & menses sex. in quo plures iusti ꝓ alieno scelere (videlicet ipsius dom⁹ Achab) puniti sunt. de hoc iaco. vlt. Et. iij. Reg. xvij. similiter orauit: Si homo dei sum, descendat ignis de celo, & deuoret te & quinquaginta tuos. qđ & vsq; in secundā vicem factum est, donec terti⁹ veniens curuaret genua sua ante Heliam: & peteret vt miserei ani mę suę. in quo videntur innocentes etiā aliquī consumpti. de quo. iiij. Reg. j. Et. ij. Reg. xxiiij. ꝓ pctō numerationis populi quod Dauid cōmiserat, data est Dauid optio triū pœnarū, vt vel septem annis esset fames in terra, vel trib⁹ mensibus fugeret aduersarios, nec posset resistere: aut tribus dieb⁹ angelus dñi peste cęderet populū: & quod illorum eligeret, fieret: & elegit tertiū: in quo multos innocē tes fuisse occisos apparet ex hoc ꝙ orans dominum dixit: Ego sum qui peccaui. isti q̄ oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro man⁹ tua contra me &c. Ergo licet oratione dare causam diuinę voluntati, & non solū concomitanter, sed antecedenter per viam causalitatis, quāquam tempore semper posterius quā innocentes damnificentur. Respondeo. Hęc solum ꝓbant ꝙ de voluntate & assensu domini licet orando dare causam dāni vel mortis innocētum: imo sic liceret velle & manu interficere: vt in exemplo Abrahę qui iussus fuit offerre Isaac. Genesis. xxij. secus si oratione peccaminosa vel maledictione nitamur innocētis ꝓcurare dānum vel mortē, & nō fundim⁹ ex iusta causa, puta quia videmus deum velle vt oremus: vel quia verisimiliter timemus, nisi innocēs in malorū societate fuerit tēporaliter coercitus, seductus eorū suasioni acquiescet ad malū: quo casu licet mihi orare id, sed non manu inferre sine speciali assensu dei vel mandato. Sed difficultas nostri articuli de hoc est quādo deus innocentē punit ꝓ alterius peccato, an is qui deum offendēs prouocat, teneatur damnorum quæ innocentes patiuntur pro eius peccato. Ad secundā confir-

N

O

mationem de angelis, vt habet magister sententiarũ.xlv. dist.iiij. adeo sunt supernę veritati addicti, vt nihil absolute velle queant quod non prius diuina didicerint volũtate implendum. eorũ ergo resistere est merita plebis hincinde in conspectu dei adducere, & sup adductis diuinam voluntatem & bonitatem quid debeat fieri consulere. Etiã licet in illa captiuitate iniusta quidã innocentes detinerẽtur, vt Daniel & alij, quia videbãt illis esse ad augmentũ meriti: iusta & vera charitate poterãt orare vt sic detẽti gloriosi⁹ triũpharent. & sic non tangit pręsentẽ difficultatẽ quę est
P dũ quis suo peccato aliũ ad pœnam inuoluit. Etiam qui iusta & licita ratione dat causam damnis aliorum etiã quæ iniuste p alios malos vel dęmones inferũtur: quia ipse nõ iniuste damnificat, non tenetur damnorum: secus cum dat iniustam causam, seu cum alios innocentes ipse damnificat iniuste. Si tertio modo, puta scelere suo est causa, quare mixtim punitur populus p alieno & pprijs peccatis, coniunctim scilicet pro vtrisque: videbitur fortasse insolidum populo ad damnorũ reparationem teneri: quia non est di-
Q stinguere aliquam partẽ damnorũ cuius suũ peccatũ non sit causa: sicut in tractu nauis nõ est assignare aliquã partẽ motus quin pcedat causaliter a quolibet trahẽtium, licet vt partiali causa. Iam cum aliquis est causa totius damni, tenetur insolidũ de damno, etiã si sit causa partialis tantũ. Vnde si vnus cõmittat primo offensam in principem quę sit iusta causa belli, & deinde alius cõsimilem, & atteritur vtriusq; offensa populus: quilibet insolidũ tenet̃ de omni damno. Vnde in.l.vulgaris.in.§.si duo.ff. de furtis. dicitur quãuis singuli tignũ tollere nõ potuerũt: quia pro parte singulos furtũ fecisse dici nõ põt: toti⁹ furti singulos reos teneri. Hinc in.ca.sicut dignũ.de homicidio, doctores tradũt theoricã: Quia cõsiliũ pagat̃ oẽm partẽ dãni, nõ autẽ cooperatio'is qui cõsulit, tenetur de omni dãno: cooperans aũt de ea parte dãni solum quã intulit. Ergo similiter in pposito quia crimẽ isti⁹ sua causalitate pagatur oẽm partẽ damni, sequitur q insolidũ de toto tenet̃. Pro eodem facit q si plures trabẽ deiecerint, & illa aliquẽ oppresserit, oẽs tenentur lege aquilia, l.item Mela.§.si plures.ff.ad le-

gem Aquiliā. Nec obstat si dicas hoc in iure ciuili contra rationē pro cōmuni vtilitate receptū, vt de hoc est text⁹. l.ita vulneratus.§.vnicum.illud pro exemplo tradens, cū plures trabem alienam furandi causa sustulerint, quā singuli ferre non possent: furti actione om̄es teneri: quanuis subtili ratiōe dici posset neminē eorū teneri; quia neminē verū sit ea sustulisse. Iam quod cōtra rationē pro cōmuni vtilitate receptū est in aliquo casu, non debet (maxime in foro conscientiæ) vltra proprios terminos extendi, vt hic fieret extendendo ad ablationem boni animę, quod efficaciter non aufertur, maxime cū solū pernicie exēpli aufertur. Primo quia multis videretur Iulianus nō recte exemplificasse, cū aliud sit sustulisse seu abstulisse: aliud solum abstulisse sicut aliud est dictū Ioānes trahit vel pellit nauē & solus trahit vel pellit. alias null⁹ equorū diceret trahere currū, sed tantum om̄es simul. Sed istud est non satis reuerenter sentire de iuris prudentibus. Ideo aliter dico quod in pœnalibus ad rigorem & subtilē rationem inuestigandi strictior debet fieri interpretatio tam in odiosis, quam in alijs; iuxta regulā, odia. in sexto. & notata doctorū ibi. Iam actio furti est pœnalis: & ergo licet vnus satisfecit, alij nō liberatur: vt cōsimiliter in actione legis Aquiliæ. l. item Mela. §. sed & si seruum. secus in actione rei persecutoria, vt in condictione furtiua. C. de cōdi. fur. l. i. & ibi vide Cynum. In proposito aūt loquimur in casu persecutionis rei, puta damni illati: ita videretur insolidum teneri is qui causa est vt mixtim popul⁹ pro suis proprijs peccatis puniatur, & cum hoc pro scelere illius. Sed subtilius intuenti facile est deprehendere quod istud in casu nostro non procedat: quia licet socij simul auferentes trabē, quilibet insolidum teneatur dānificato; tamen restitutione facta pvnū, alij complices non tenentur illi qui restituit totū, reddere: sed vnusquisq; pro rata. si fuerint sex, quilibet sextā partē si tantum duo, quilibet medietatem. Sed in proposito sunt socij in causalitate damni illati: ideo non tenetur illi insolidum, sed pro rata causalitatis. Si fuerit medius causando obligatur ad mediū restituendum. Quod sic deduco: quia ponamus eum restituisse totum damnum, & alius reci-

piens fuit media causa: tenetur mediū illi reddere. ergo ab initio non obligabatur naturali iure nisi mediū restituere: Item ponamus ꝙ vtrunq; deus æqualiter puniat ꝑ suo & alteri⁹ scelere: neuter alteri tenetur, & iuxta naturalē æquitatē si scel⁹ vnius sit potior causa damni, id est plus ad hoc faciens tenetur ad ꝓportionē illius quāto plus dedit causam alteri reparare. verbi gratia totius dāni vtriusque scelus Ioannis est causa vt duo, & scelus Petri vt vnū. Ioannnes tenetur Petro reparare vnam tertiam partē sui damni. Vnde sicut qui fortius trahit quātum duo alij: iuxta naturalem ęquitatē meret et debet habere mercedem duorum, sic is qui est causa damni duplo comparatiōe ad socium: tenetur duplo plus quam socius: ita quod contribuendo ad restitutionē cū socio ipse deberet duplo pl⁹ dare quam socius. Ex his patet ꝙ is qui scelere suo dat causam vt populus mixtim puniatur, non tantū ꝑ scelere ei⁹ q͛d est populo alienum, sed vna pro proprijs criminib⁹: tenetur populo reparare partem damni proportionabiliter ad gradum causalitatis, si peccatum suum fuit media causa, medium: & sic proportionabiliter. Et hoc procedit quādo non sit reciprocatio, vt ipse etiam puniatur seu damnificetur pro peccatis populi: quia si mixtim duo sint inuicem causæ plagę seu damnificationis & æqualiter, neuter alteri tenetur: si vnus plus altero, iuxta hoc proportionabiliter ad aliquam reparationem tenetur. Et possent ex dictis pulcherrimæ propositiones & varię inferri. sed trāseo ꝑperans ad alia. Sed obijciet fortasse aliquis, stat illum ꝑ cuius scelere popul⁹ plaga percutit, mixtim vel solitarie peccasse vnico peccato, puta blasphemiæ, sodomię. vel huiusmodi. ergo nō obligatur populo ad aliquam restitutionē. Consequentia tenet: quia sola iniustitia obligat ad restitutionem: & sic pręter peccatū blasphemię vel huiusmodi debuisset etiā cōmittere culpam iniustitię. Et cōfirmatur quia si obligaretur restituere, esset ex eo quia causam dedisset dānis populi. sed hoc nō: quia sancti angeli sæpe instant ad dominum vt puniantur indistincte homines pro peccatis malorum, qui palam & quasi ad spectaculū peccare non verentur. & idē in sanctis hominibus. sed illi nō

tenētur ad restitutionē: & dant causam illis damnis sicut consulētes vel præcauentes, nec obligantur: ergo nec scel⁹ vel peccatū admittens. Idem potest persuaderi de inflectē te animum eius qui vult subiugare suæ ditioni populum vt prius vel poti⁹ Francos inuadat, q̄ nostrates: qui ex hoc nō videtur obligari ad restitutionē, ꝙ orādo vel ex aliqua causa & ratione ad hoc persuadēdo induxerit seu inflexerit: etiam si prius firme proposuerit nostrates inuadere. ergo similiter nec is ꝓ cuius scelere. Præterea si ex hoc obligaretur aliquis ad reparationē damnorum, quia pro eius scelere mixtim vel solitarie popul⁹ plagatur, sequeret̄ hęc absurditas, quod quicunq; peccauit aliquādo mortaliter, deberet cogitare an esset obligat⁹ ad damnorum reparationem. Sequela probatur: quia incertū est an pro illo peccato solitarie. vel mixtim deus plagam illam infert. Et absurditas probatur: quia sic null⁹ taliū vere pœniteret sine restitutione: quia in probabili dubio nemo pōt sine discrimine partem illam quæ certa est dimittere, partē dubiam amplectendo. Nam iuxta maximam doc. Qui se exponit discrimini peccati mortalis, eo ipso peccat mortaliter. Et cōfirmatur: quia constabat Dauid plagam grassari in populo pro peccato quod commisit in numerando populū: vt patet. ij. Reg. xxiiij. & nō legitur quācūq; de hoc populo fecisse restitutionem: quanuis tamen confiteret̄ populū insontem esse: petens propterea manum domini in se conuerti in domum patris sui. ergo &c. Secundo cōfirmatur, quia sic quilibet peccator in tempore belli vel alterius plagę teneretur propter dubium alteri ad reparationem dānorum. Præterea cum populus mixtim pro alieno & ꝓprijs peccatis percutitur, præcesserunt sufficientia peccata pro quibus eadem damna populo intulisset, quanuis pri⁹ suum scelus non admisisset. ergo tunc non obligatur ad restitutionem. Consequentia tenet: quia tunc eadem damna ęqualiter populo obuenissent, sicut fur æque suspens⁹ fuisset quanuis non adiecisset sextum furtum. Ad ista respōdeo. Ad primū nego consequentiā. Ad ꝓbationem consequentię dico ꝙ ad cōtrahendum obligationem restitutionis nō requirit̄ peccatum iniustitię: imo pōt cōtrahi si= T

ne quocūq; peccato: vt patet in cōmodatario qui tenet rē cōmodatā quę sua leuissima culpa perijt vel perdita est, restituere: & illa leuis culpa ciuilis sæpe est sine peccato: cū sit deuiatio ab ea diligentia quā diligentissim⁹ adhibuisset eiusdē cōditionis & professiōis, Vnde ad cōtrahendū obligationē restituendi nō requirit̃ peccasse per iniustitiā: sed sufficit dedisse causam læsioni quā ius facere nō habuit. Ad confirmationē dico ꝙ dare causam læsioni seu dānificatiōi etiā iniustę eo modo quo ius faciendi habet, & ei licet: non inducit restituendi obligationem, vt si volentē pauperē & iustū spoliare, induco eū & prece vel suasu hortor vt poti⁹ tantūdē a diuite auaro & abutente diuitijs capiat: & si omnino bellū mouere, moueat his q deū nō timet, & passim alios opprimūt, fœdera nō tenent: &c. similiter vult hominē interficere, & sic facultates ei⁹ rapere, ego illi porrigo funes, & iuuo ligare, vt sic viuū deprędet, & nō moriatur. Sed dare causam dānificatiōi vel lęsioni vbi vel qñ vel ꝑ quæ ius faciēdi nō habet, obligationē restituēdi inducit: & sic est in proposito: vt is qui suo peccato vel offensa dat principi causam mouēdi bellū in patriā. Ad secundā nego sequelā: & ad ꝓbationē respondeo: quāuis non est certum certitudine euidentię, bene pōt tamen homo de hoc certus esse certitudine probabilis cōiecturæ: & sufficit vt sine peccato omittat restituere quæ vere aliena sunt. sic de reptis in domo vel hæreditate ei⁹ cui succedim⁹, nihil dubitam⁹ & tamen frequenter multa aliena illic inter alia detinent̃: imo interdū hæreditas tota fuit nobis inscijs a patre iniuste occupata: & tamen sine peccato illa nec restituēdo nec dubitando an sint restitutioni obnoxia tenemus. Et ꝑ hoc exclusum est fundamētū argumenti de maxima doctorū quo ad discrimen propter dubiū. Sed qui cōmittūt grauiora, blasphemias, sodomiā, homicidia innocentū, & oppressiones viduarum & pupillorū, propter quę manus domini consueuit mundum plaga tangere, vt in authentico, vt nō luxurientur homines contra naturam: debēt sibi formidare ac dubitare ꝙ causa sint damnorum quando alij iniuste patiūtur. Similiter qui negligenter exercet spiritualē militiam, maxime qui pastor est cōstitut⁹, potest verisimiliter

certus esse vel probabiliter dubius ꝙ plaga grassatur in populū quia est indefensus: quia stipendiati diligentiā defensionis non adhibent. Fateor tamen ꝙ in dubio ꝓbabili non statim teneatur totū restituere, vt in ꝓposito omne dānū illatū, sed debet ad minus rem gratiose componere: quemadmodum si aliqua certo contractu acquisierit de quo potest intelligi ꝓbabile dubiū esse & fortasse problema neutrū an sit contractus vsurarius, vel dubitat ex ꝓbabili causa an pr̄ bello iusto vel iniusto aliqua cōquisierit, vel alias per oppressionē, iniustitiam, vel concussionem: quāquam sine causa de parentū cōquisitione nemo dubitare debeat. Ad confirmationem de Dauid, quāuis reparationem populo fecisse non legitur, non tamen credendus est eā omisisse: sicut nec de Vria iniuste occiso parentib⁹ vel ꝑlibus per mortem eius damnificatis. ¶ Ad secūdam confirmationem patet ex dictis ꝙ non quilibet habet sibi dubiū formare ꝙ suo peccato sit causa belli vel alterius plagę in populo. ¶ Ad tertiū, nihil refert an propter alia peccata populus passurus fuisset eadem damna, quando etiam nunc ꝓpter scelus Petri patitur: vt si duo offenderint regem, ꝓpter quorū offensas bellum erat motur⁹: & quia ego tertius consimiliter offendo, ꝓpter tres offensas facit: ego teneor ęque vt primi. exēplū. duo habebant trabē furtiuā in humeris, ego etiā appono manū, & teneor vt alij de furto. V.



ERTIO inquirendū est an is cuius peccato alij sunt scandalizati, seu ad peccatum inducti, possit non reparato prius animæ damno vere pœnitere. Et videtur ꝙ sic. Primo quia obligamur solum ad restitutionem ei cui subtractū est aliquid inuito. Nā ex hoc peccamus ꝑ iniustitiā auferēdo vel detinēdo bona fortunę alteri⁹: q a id facim⁹ eo inuito, quia de ei⁹ assensu & volūtate capiēs vel detinēs, nullā iniustitiā facit, sed quicūq; peccat, volens peccat, & non inuitus: Vn̄ Ambrosius de vita beata ꝓbat nō posse hominē culpam suam alteri ascribere, quia nemo nostrū tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit. Non habent crimen quę inferūtur reluctantibus. volūtaria tantū cōmis-

sa sequitur delictorũ inuidia &c.xv.q.j: nõ est. Et secũdũ philosophũ.ij.Eth.ridiculũ est accusare extrema,& nõ seipsum poti⁹,qui ab his facile capiatur. Etiã Chryso. sentẽtia est ꝙ nemo lęditur nisi a seipso. Adamas inqt malleis cęsus non infringitur.ita qui a semetipso non lęditur: etiã si tundatur ab alijs,non potest lędi.Pręterea scienti & consentienti non fit fraus neq₃ dolus,vt est regula iuris lib.vj. ergo nec iniuria.tũc vltra. Nõ obligamur restituere alteri nisi per iniustitiã lęso,& cui iniuria fit non restituendo.nã si aliũ inducã prece vel ꝑcio vt amputet sibiipsi manũ.nõ teneor illi ad aliquã restitutionẽ. ergo non obligamur ad restitutionẽ illi quẽ exẽplo peccati ad peccandũ induxim⁹, ex quo volens sibiipsi nocuit.Pręterea tertio.Nemo tenetur de hoc quod occasiõe accepta non data actum suũ seu factũ consequitur.sed ꝙ publice peccantẽ qñ alios non hortatur neq₃ laborat ad peccandum inducere, alij imitentur peccando,est per occasionẽ acceptã ab alijs,& nõ datam a peccante.ergo. Maior patet per illud apostoli.ij.ad Corin. v.Christi bonus odor sumus in his q pereunt,& in his qui salui fiunt:alijs odor vitæ in vitã, alijs odor mortis in mortem.Non esset autem Apostolus in hoc Christi bon⁹ odor si respondere deberet de his q̃ ꝑ occasionẽ acceptã sequuntur.Etiã ad Ro.vij.Occasione accepta peccatum per mandatũ operatũ est in me omnem concupiscentiã. Et de Christo dicitur Esa viij.ꝙ erit in lapidẽ offensionis,& in petrã scãdali,& in ruinã & laqueũ habitantib⁹ in Hierusalẽ Et minor ꝓbatur:quia nisi per occasionẽ acceptã & non datam qui imitaretur aliorũ peccata,non liceret historias facinorosorũ hominũ conscribendo posteritati memorandas tradere:ex quo illorũ ęque vt viuorũ hoĩm imitantẽ exempla:quod ineptũ & blasphemũ est de scriptura sacra suspicari vel sentire.Pręterea quarto,consulẽs alteri facin⁹ seu pctm̃,ad nullam obligatur restitutionẽ: ergo multo min⁹ in cuius exemplo forte contra eius voluntatem vel præter alius inducitur ad peccandum. Antecedens patet: quia ex consilio nemo obligatur,nisi sit fraudulentum:vt est regula iuris libro sexto,nullus ex consilio. Et quamuis ex consilio fraudulento super contractu consulens tenetur con-

trahenti:tamen conſulens maleficium non tenetur facienti ſeu cui conſulit:ſed ei contra quem conſiliũ dedit: vt ſuper dicta regula dicit gloſſa, & ſequũtur omnes doctores. Primo quia ſcire debebat id ſibi nõ expedire,iuxta.l.ij.in fine ff.mandati. Secundo quia ex improbitate ſua nullus conſequitur actionẽ.ff.de furtis.l.itaq; fullo. Præterea quinto ꝓbatur hoc deducendo ad duo inconuenientia. Primũ,q2 ſi teneretur ad reſtitutionẽ illi quẽ exemplo peccati traxit ad culpam:teneretur illũ reducere a peccato: & ſi non poſſet,teneretur ei in alijs recompenſare. nam ſi tibiam alterius rupi:quia reſtituere non poſſum, teneor ad aliã recõpenſam.ſed hoc eſt abſurdiſſimũ,vt ei propter obſtinationem,& quia reduci nõ poteſt, obligarer in bonis fortunæ recompenſa ei ſatiſfacere. Etiã non videtur qua recompenſa ei ſatiſfieri deberet. Secũdum incõueniens eſt ꝙ aliquis poſt mortem & verã pœnitentiã poſſet incipere eſſe obligatus ad reſtituendum, ſi tunc primum incipiant peccãdo eum imitari. ¶ In oppoſitũ eſt illud Anacleti, Deteriores ſunt qui doctorũ mores vitamq; corrumpũt, ijs qui ſubſtantiam aliorũ prędiaq; diripiunt: quia illi quę extra nos ſunt auferunt, iſti noſipſos decipiunt & corrũpunt.vj.q.j. deteriores. ¶ Pro huius ſolutione pono duas ꝓpoſitiones. A
Prima eſt: Exemplo efficacius alios corrũpimus, q̃ doctrina vel conſilio. Patet. nam vt refert Philoſophus.x. Ethic. quidam opinati ſunt vtile ad vitam docere ꝙ omnis voluptas parua ſit: quia pleriq; ad voluptatẽ inclinantur,& voluptatibus inſeruiunt: & hos oportere in contrariũ ducere. nam ſic erit ad mediũ deuenire. Philoſophus ꝓbat hanc doctrinam non eſſe vtilem ad vitam ſeu mores bonos. nã qui de affectibus & actibus habentur ſermones minorem fidẽ habent q̃ opera. Quando igitur diſcordãt ab ijs quæ ſecundũ ſenſum ſunt, ſpreti atq; reiecti etiam verum inſuper interimunt. Qui eñ voluptatem vituperat: ſiquando deprehendatur illius appetens, ad illã inclinari videt̃ quaſi talem omnem exiſtentem. nam diffinite, id eſt diſcernere, non eſt multorum. concludens ꝙ ſermones qui veri ſunt, non ſolum ad ſciendũ ſunt vtiles, ſed etiam ad viuendum, quia conſentanei operibus fidem habent: quapropter pro-

uocant intelligentes viuere secundũ illos.ergo exemplum facti efficacius docet & inducit q̃ doctrina vel consilium. hinc Matthęi xxiij. Ve vobis Scribę & Pharisęi, Saluator inquit: qui circuitis mare & aridam vt faciatis vnũ ꝓselytum: & cum factus fuerit, facitis eum filiũ gehennę duplo plus q̃ estis vos. glo. interli. dũ viderit vitia vestra fact⁹ proselytus, reuertitur ad gentilitatis errorem ꝑ præuaricatione maiori pœna dignus. & Hiero. Cũ eos videt opere destruere quod verbo docebant, reuertit̃ ad vomitũ: & fit duplo gehennæ filius, cũ fuerit tantũ semel. & Seneca septima epistola ad Lucilium docet pro conseruanda virtute

B & acquirenda turbam seu multitudinem hominũ fugiendam esse. Nam quod ęgris euenit quos longa imbecillitas vsq; adeo affecit, vt nuſq̃ sine offensa perferant: hoc accidit nobis quorũ animi ex longo morbo inficiuntur: inimica est multorũ conuersatio. Nemo nõ aliquod nobis vitium aut accõmodat aut imprimit, aut insciẽtibus allinit. vtiq; quo maior est populus cui cõmiscemur, hoc periculi plus est. nihil enim tam damnosum bonis moribus, q̃ in aliquo spectaculo residere. tunc enĩ per voluptatẽ facili⁹ vitia surrepunt. Quid me existimas dicere? auarior redeo, ãbitiosior, luxuriosior, imo vero crudelior & inhumanior, quia inter hoĩes fui. infra, Subducendus est populo tener animus & parum tenax recti: facile trãsitur ad plures. Socrati, Catoni, & Lęlio excutere mentem suã dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum qui maxime concinnam⁹ ingenium, ferre impetũ vitiorũ tam magno comitatu venientium põt vnum exemplũ aut luxuriæ aut auaritię multũ mali facit. cõuictor delicatus paulatim eneruat & mollit. vicin⁹ diues cupiditatẽ irritat. malign⁹ comes quãuis candido & simplici habitu rubiginẽ suã affricuit. quid tu accidere his moribus credis in quos publice fact⁹ est impetus? Ecce efficaciã exempli, q̃ magna vi trahit ad imitãdum: vt etiã Catoni mentem sua dissimilis multitudo excutere potuisset. Hinc Hieronymus ad agonẽ iam tendẽs, id fratribus dixisse legitur, Nil tã nocet homini q̃ mala societas. talis homo efficitur, qualiũ societate fruitur. nunq̃ agnus cũ lupo habitat: vir vero cast⁹ societatẽ luxuriosi fugit. Plus q̃

impoſſibile puto virū diutius in bonis ꝑmanere operibus qui mala aſſidue conuerſatione vtitur. Cum ſancto ſanct⁹ eris, ait Pſal. Certe vere dicam, perraro homo vel bon⁹ vel mal⁹ efficitur, niſi ob ſocietatis cauſam. Pueri cor tan̄ tabula in qua nihil depictū eſt, fore dicitur. Illud ergo qđ a ſocietate recipit, vſqꝫ in ſenectutē retinet, ſiue bonū ſiue malum ſit. Hęc ille. Pro eodē ſeruit illud Eccři.x. Secūdū iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis eſt rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Item Prouer.xxj. Princeps qui libēter audit verba mēdacij; oēs miniſtros habet impios. C

¶ Ex hoc ſequit̄, doctor vel ſacerdos vel magiſter publice peccans adiungit peccato circunſtantiam trahētem in aliā ſpeciē peccati, ſic duplici peccato peccat, quia hoc nō ſolum eſt peccare, ſed peccati peſte & fœtore interficere alios & corrumpere, ac contra beatitudinis fundamenta in chathedra ſedere peſtilentię. patet per gloſſam ſup verbo Eſaiæ iij. Peccatum ſuum quaſi Sodoma p̄dicauērū, nec abſcōderunt. Peccatum ſuum ſicut Sodoma p̄dicat, nec abſcondit, qui peccati ſui exemplo tan̄ fœtore alios corrumpit. Itē Hiero. exponens illud Mat.xxiij. Vę vobis Scribę & Phariſei hypocritę qui clauditis regnū cœlorū ante homines: vos em̄ nō introitis, & introeuntes nō ſinitis intrare. Oīs magiſter qui ſcādalizat malis opib⁹ diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnū celorū. Præterea rōne ꝓbo, quia ſi ope re alias licito min⁹ caute facto corrūperet ꝓximū, ſiue induceret ad peccatū, peccaret mortaliter, ergo multo magis ſi id facit ope dānato. Antecedēs patet, qa ſcđm Aug. qui ꝑ aliquā negligentiā in malā venit ſuſpicionē, vnde ſcit vitā ſuā lōge abeſſe, & dicit corā deo ſufficere ſibi cōſcientiā ſuā, exiſtimationē hoīm nō ſolū impudenter ſed crudeliter cōtēnit, occidēs aīas aliorū ſiue blaſphemātiū viā dei, qb⁹ ſcđm ſuā ſuſpicionē tan̄ turpis quę caſta eſt diſplicet vita ſctōrū, vel etiā cū excuſatiōe imitātiū nō qđ vidēt, ſed qđ putāt. xi.q.iij. nō ſunt audiēdi. De eodē eſt expſſa ſentētia apři.j. ad Corin.viij. Videte ne hęc licentia vr̄a offendiculū fiat infirmis. Si em̄ viderit eū q habet ſcientiā, in idolo recūbētem: nōne conſcientia ei⁹ cū ſit infirma ędificabit (.i. inducet) ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus D

in tua sciētia frater propter quem mortu⁹ est Christ⁹? sic autem peccantes in fratres, & percutientes cōscientiā eorum infirmam, in Christū peccatis. quapropter si esca scādalizet fratrem meū, non mādu cabo carnē in æternū. Et ad Rom. iiij. Si propter cibū frater tuus cōtristatur: iam non secūdū charitatem ambulas. Noli tuo cibo illū pdere, p quo mortu⁹ est Christ⁹. & infra. Itaq̧ q̄ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicē custodiamus. Noli propter escam destruere op⁹ dei. Omnia quidē sunt munda mundis, sed malum est homini qui per offendiculū mādu cat. De eodē est exemplaris sentētia Eleazari. ij. Macca. vj. hic dū cogeretur carnes porcinas comedere astātes iniqua miseratiōe cōmoti propter antiquā viri amicitiam attulerūt ei secrete carnes de quib⁹ ei edere licebat, vt simularet māducasse de carnib⁹ porcinis, vt rex mādauerat vt sic a morte liberaret. Ille aūt (vt dixit text⁹) secūdū sanctę & a deo cōditę legis cōstituta respōdit, p̄mitti se malle in infernū, nō em̄ ętati nr̄æ dignū est fingere, vt adolescētes arbitrātes Eleazarū nonaginta annorū trāsisse ad vitā alienigenarū, ipsi ꝑpter meā simulationē decipiantur. Ex quibus manifeste patet ꝙ nō solū ope prauo sed quod speciē habet mali, alios scādalizātes, eorū aīas occidimus, & in Christum peccamus. Est ergo duplicata iniquitas quando coram alijs peccās eos trahit ad imitandū. Et dixi notāter, doctor, sacerdos vel magister: quia efficacius corrumpūt exēpla illorū subditorū animos vel discipulorum. velocius em̄ & citius (vt Satyric⁹ habet) nos corrumpunt exempla domestica, magnis cū subeunt animos auctoribus. ¶Secunda propositio. Qui exempli pernitie alios ad peccandū inducit, obligatur in vim restitutionis ad reparationem damni animę. ꝓbo sic. Quicūq̧ cōsilio suasu adulatione vel quacunq̧ specie inductionis est causa ablationis bonorū fortunæ, tenetur ad restitutionē eorū quæ ablata sunt, vt est maxima omnium doctorū. xv. di. iiij. sententiarū, ergo multo magis in bonis animę obligat restituere, cū illa incōparabiliter excedāt bona fortunæ. Nec obstat si bona animę efficaciter & per vim p̄cisam auferri non possunt: quia ad inducendū obligationē restitu

tionis sufficit causam dedisse ablatiōi: vt si metu aliquē cō pello vt rem propriam mittat in mare, non minus ei obligor restituere, q̄ si metu compuls⁹ mihi donasset. similiter cum do causam principi cui iniurior vel quem offendo vt moueat bellum populo, sum solū causa dispositiua, nō efficax, & teneor de omni damno populi, similiter si cōsulo vel suadeo vel precibus insto vt moueat bellum qđ iniustū est: quāuis sum solū causa dispositiua vel ꝑsuasiua nō efficax, teneor de omni damno. ¶ Præterea cū exēpli ꝑnicie alios seducens & ꝓuocās ad peccādū, teneatur restituere: videtur probari ex illa sententia Hiero. Qui de seruitoribus suis aliquos ordinant, vitā eorū in scandalum populi exponentes: rei sunt in fidelitatis eorū qui scandalizant. j. q. j, hi quoscūq; de affeclis. ergo magis ille cuius exemplo populus scandalizatur, si ille qui talem ꝑficit, est obligatus. Vnde Gerson doctor egregi⁹ in sermone quem de pœnitentia in cœna dñi habuit, quatuor ponit sordidas transgressiōes, q̄ vix ad fundū extergi possunt. Prima corruptio aliorū in moribus, super quo, inquit, accipite quid Berengarius moriens dixerit, Hodie apparebit mihi dñs me⁹ Iesus Christus vel ad gloriam, sicut spero ꝓpter pœnitentiā meam: vel ad damnationē, sicut formido propter aliorū corruptionem, quos ad viā veritatis reducere non potui. Horreant & caueant qui ad similitudinem dæmonū gaudent trahere alios ad interitū, ꝑsertim iuuenes & pueros. nescio si tales poterit vnq̄ satis pœnitere. sufficere eis debuerat dānatio ꝓpria. Quid de malis exēplis literatorū virorū & magistrorum &c. Scđa est apud eum causam dare bello iniusto manu vel cōsilio &c. Tertia, iniusta patrocinatio vel diffamatio, qua tollūtur hæreditates vel honores. Quarta, iniusta ad dignitates ꝓmotio per simoniam, vel alias. Quātū periculi sit in huiusmodi seductiōe, doctor subtilis. xv. iiij. q. iij. plani⁹ exprimit. Quia inq̄t facilius est ꝑuertere q̄ cōuertere, tenet per se orando, & aliorum orationes procurando, & alios efficaciores persuasores adhibere, dū tamen illis non prodat occultum alterius peccatum: quod intellige nisi ob necessitatē salutis, quę verisimiliter alia via procurari non posset. Recte igit Sene- K

ca epistola septima ad Luciliū inquit, Agite dijs immorta libus gratias, ꝙ eum docetis crudelem esse qui non potest discere. Sed qd si homini resoluto facere malū, demōstro quemadmodum facturus sit, vel adulando laudator sum ꝓpositi? Itē ei qui omnino factur⁹ est suadeo, vel eundem oro ac hortor vt faciat non mutans voluntatem, saltē quo ad speciē facti: sed qđ pri⁹ voluit, iam ex alia partiali cau sa etiam velle incipit, puta ꝓpter p̄ces vel suasum meum: sicut si prius volui ire Medilinam ad recipiēdum pecuniā & postea intelligo illic libros singulares exponēdos vēditioni, incipio velle ire ꝓpter vtraq; causam simul. Prꝑterea aliquotiēs, absq; dolo lusus gratia suadeo vel hortor vt virū se exhibeat, etiam capiens præter vxorem pulchrā cōcubinam, vel vt nō ferat a magistro correctionē, sed cōfidenter eum percutiat: & ille facit; an in his omnib⁹ teneor

E ei ad restitutionem? ¶ Pro huius dubij resolutione est aduertēdū. Cū homo est firmi ꝓpositi aliquid facere, & post incipit ex noua causa idem velle: siue causa pertineat ad genus causꝑ efficientis, seu causæ finalis: ad min⁹ est alia volūtas seu volitio numero, cuius est hæc noua causa. vnde ꝓ hoc ꝓbat. viij. Phisicorū Philosoph⁹ quod mot⁹ ꝑlectionis non est vnus numero. Idem patet auctoritate Fabiani papæ, vt patet ex Isidoro libro de synodis epistola Fabiani tertia. Hæc vos inquit auctore deo omnia facere non ambigo, sed occasione admonitionis exorta bonis vestris desiderijs & operibus me furtim subiungo: vt quod non admoniti facitis: quando vobis & admonēs additur, iam nō soli faciatis: ergo in proposito cū prius solus fuisset facturus: quando velle incipit propter consilium vel laudē vel preces adhibitas, iam non solus facit seu causat illam volūtatem. est ergo alia a voluntate prius cōcepta. Nam quātumcunq; parum ponderi adieceris quo horologium voluitur, adiectum est causa totius motus horologij. Idem in tractu nauis, nec est distinguere quod aliqua pars ab vno & non ab altero trahatur. sic cōsilium laus vel adulatio vel preces ac consimilis causa superueniens incipit partialis causa esse totius affectus seu volitionis quæ nunc est. ergo differt a prius existente. vnde etiam seruum corrupis-

se dicitur, & tenetur edicto serui corrupti (qd pœnale est) qui seruo malo demonstrauit quemadmodũ delinqueret, imo si erat seruus omnino fugiturus, vel furtũ facturus: q laudator huius ꝓpositi extitit, tenetur. non enim laudando augere oportet malitiam. sed siue bonum seruũ fecerit malum, siue malum deteriorem, corrupisse videtur: vt est textus in. l. j. ff. de seruo corrupto. Et quãuis cum lusus grã sine dolo malo eũ malũ fecerit, vel deteriorẽ, nõ tenetur edicto serui corrupti: tenetur tñ de dãno actione in factũ, cũ in anima deteriorem facit, vel malũ: sicut dũ sic ioco cõsulit vnde in corpore deterioratur, tenetur vtili lege Aquilia: vt est tex. in. l. dolo malo. iuncta. l. sed cõmodius est. ff. de seruo corrupto. Nec põt textus inductus limitari ad laudẽ qua seruus vel plura mala velit q̃ prius, vel idẽ intẽsius & maiori zelo, ꝓpter hoc quia textus dicit. non eñ oportet laudando augere malitiã. ratio est, quia text⁹ prȩsumit ex sola laude auctã malitiam, & seruũ factum deteriorẽ, qd solũ ꝓcedere videtur illo capite: quia laude vel cõsilio est causa partialis cõtinuationis malitiȩ in nouo actu: & cõtinuãdo culpã semꝑ est deterior, quãuis nec intẽsi⁹ nec plus q̃ prius velit: & sic nihil releuat ꝙ laude non adhibita vel cõsilio ȩque seipm̃ fecisset continuãdo deteriorẽ: sicut furẽ nihil releuat ꝙ alius fuisset idẽ subtractur⁹. ¶ His prȩmissis dico ad dubium motũ ꝙ in quolibet illorum casuũ quis peccat in deũ, cũ se causam exhibeat peccati: & iuxta metas humani iuris tenetur deo serui corrupti, quãdo dolo malo facit: vtili Aquilia qñ ludo seu ioco facit sine dolo, quãto seruũ dei viliorem fecerit. Sed in vim restitutionis qua dãnum seu detrimẽtum illatum reparari habet, non pœna excuti vel exsolui, nõ tenetur edicto de seruo corrupto vel edicto legis Aquiliæ. vtrũq; eñ pœnale est: & ideo dũ cũ vno est actũ, cȩteri non liberãtur: vt. l. item Mela. §. sed & si seruum. ff. ad legẽ Aquiliã. Sed solum tenetur quãtum dãni intulit. Et quia solum auxit damnationem & culpam per continuationẽ, prima facie videretur satisfacere retrahendo eum a culpa consimili vel grauiore nã tunc tantũ diminuit quantũ auxit. Et non videtur obligat⁹ reducere ad verã pœnitẽtiam, quia hoc est reponere ad vitã spiritualẽ, F

quam iste non ademit. Sed qui ratione induceret fornicantem vt faciat homicidiū: quia non adimit illi vitā spiritualem, sed dānationem auget, non teneretur illum ad cōtritionem seu vitam spirituale adducere. Nec est satis obligato ad dāni alicuius reparationem Petro, vt ipsum alio tempore a dāno consimili vel maiori seruet. nam sic qui causaliter vel manu furtū fecit, in vim restitutionis satisfaceret prohibendo ne Petro alius adhuc tantūdem quantum ipse furatus fuit furet, vel restituendo furtū illius tertij liberaret ab obligatione furti sui pprij. Ideo pbabiliter videtꝗ tenetur illū ad mentis conuersione deducere, & vitam spi
G ritualem: quia obligatur reparare damnū animę quod intulit, auferendo reatū peccati, puta obligationem damnationis, & culpā peccati, puta quorū causa fuit: & quia hoc fieri non potest sine contritiōe & vera pœnitētia, oportet fateri ꝗ ad hoc obligetur. Vnde non releuat ꝗ alias idem factur⁹ erat, & erat eius animi seu ppositi resoluti. Nam si rex q iam decreuit Brabantię inferre bellū iniustū, adhibito consilio meo, prece, adulatione vel hortatu iā incipiat ppter cōsilium meum preces adulationem vel hortatum idē velle, & ex illa voluntate bellum & dāna inferat, ego teneor oīm damnorū: sicut furti teneor cum furtum asportati iuuo, qđ alias Petr⁹ solus similiter inceperat, & asportaturus erat. Et cum in effectu arguitur, nō adimit vitam spiritualem inueniens eū mortuum, ergo nec illam tenet
H restituere. Est duplex respōsio. Primo licet illā nō adimit, tamen causaliter culpā & reatum dānationis intulit, quæ auferre tenetur: & hoc fieri nō potest sine vitæ spiritualis reductione. Nam quicūꝗ tenet ad aliqđ, tenetur ad omne illud sine quo hoc haberi non potest. Secūda responsio est, ꝗ licet vitam spiritualem non adimit actu, hoc est per accidens, quia eā non inuenit: nihilomin⁹ adimit virtute: quia nouam mortem spirituale inducit, & animam in eo statu reponit quo vitā ipsam perderet nisi alia etiam morte spirituali pręuenta esset. Cuius simile est cū quis secūdo vel tertio excōmunicatur quo ad separatione a sacramentis,
I & cōmunione fidelium. ¶ Ex his patet ꝙ periculosum sit apud alios obscœna referre, quāuis solum vt risum cōcite-

mus,nō vt animos audientium ad alicuius mali desideriū inflammem⁹:quia regulariter ad min⁹ cōplacentiā quandam de turpi opere ingerit,vel etiam ad consensum adducit:& obligamur reparare dānum animę quod intulim⁹. Hinc periculum est docere vel legere figmenta poetarū: quia vt habet Isidorus,oblectamēta fabularū nimiū mētē excitant ad incentiua libidinū.Nec thura solum offerendo dęmonibus immolatur,sed etiā eorū dicta libētius capiendo.xxxvij.dist.ideo prohibent.Secundo sequit,non solum qui crimine publico,sed etiā qui specie mali aliorum aīos corrūpit,seu ad lapsum peccati inclinat & adducit peccat quādiu scandalizat:vt sacerdos tenens in domo suspectam quam forte nunq̄ cognouit,vel forte cognouit vltra tēpora,sed nō a multis annis:quia iuxta Aug.sententiam quā prius induxi.xj.q.j.non sunt audiendi.non solū impudenter,sed crudeliter suam existimationem contēnens occidit ꝓximorū animas. ¶Tertio sequitur ꝙ amoto lapide offensionis seu facto quo alij sunt scandalizati:cōtinuo tamē is q̄ verbis scurrilib⁹ & obscœnis crimine publico seu alias exemplo malo aliorū animos corrupit, manet in peccato quādiu reducti non fuerint qui per illum sic corrupti fuerunt & scandalizati.intelligo si eos reducere seu reuocare pōt,& negligit:patet:quia manet in pc̄tō detētionis alieni donec damnum animę reparauerit,ac si alterius vrnam preciosam vel margaritam rupisset,vel deiecisset in mare. ¶Quarto sequitur ꝙ satisfaciēs ad præscriptionē seu sententiam legis Aquiliæ vel legis serui corrupti non liberat per hoc in foro conscientię ab onere restitutionis dāni animę.patet,quia per illas solū condemnatur ad restitutionē aliquā exsoluendā ꝑsonę cui⁹ interest,puta lege serui corrupti directa dn̄o,vtili etiā patrifamilias de corruptione liberorū.l.vt tm̄.eo.ti. & quāto deterior fact⁹ min⁹ valet, in duplū iudiciū dat.eo.ti.l.j. & datur illud edictū solū in eo q̄ dolo fecerit.i.de industria seu ex aīo fecit corpore aut animo deteriorē,seu dn̄o min⁹ vtilē.Aquilia autē directa datur in eū qui dolo vel culpa corpore suo in aliud corpus dānū dedit:vtilis in eū qui in corpore dānū dedit, sed non suo corpore. Qn̄ aūt nec suo corpore nec in corpus, datur

actio in factum: vt si quis mīa soluerit seruum compeditū vt fugeret. instit. de. l. Aquilia in fine. & ide vide quomō ex. c. j. legis Aqliẹ fit æstimatio quāti plurimi valuit toto anno. & c. iij. quāti plurimi fuerit a. xxx. pximis diebus. Sed postq̄ de his satisfecerit, nihilomin⁹ teneē repare corrupto dānū aīẹ, eundē in viā iustitiẹ reducēdo. ¶ Quinto

K sequiē, quāuis corrupto, puta inducto ad luxuriā, ebrietatē vel aliud peccatū, nulla detur de iure actio in seu aduersus corrūpentem: non minus diuino iure tenetur ei ad reparationem damni animæ, nec satisfacere potest quacūq; æstimatione pecuniaria, nec corrupti remissione liberatur: sed in hoc consimiliter alijs extinguitur obligatio quandocūq; alius & per quemcūq; reductus fuerit, sicut si rem furtim ablatā per quemcunq; recuperauerit. ¶ Sexto sequitur ꝙ licet exemplo corrūpens seu scandalizans, & inducens ad peccatū, iuxta iuris dispositionem non teneatur serui corrupti, vel lege Aquilia ad damni reparationem, nisi exemplo alteri remōstret & ipsum docere velit quomō scelus debeat perficere, vel cōsimiliter aliquid plus sit quā suum peccatum palam seu publicū ponere: non minus tenetur deo serui corrupti, nec solū deo, sed etiam corrupto ad dāni reparationem. & ergo vt vere pœniteat, nō sufficit alium etiā deteriorem forte lucrifacere, vt sic deo satisfaciat, & aliquid lucreē: sed oportet eundē quem exempli pnicie vel alias seduximus, ad viam adducere veritatis. Econtra autem nō stat hominem lege Aquilia vel lege serui corrupti teneri ex peccaminosa deterioratione cuiuscunq; hominis, quin teneatur & deo & illi deteriorato per labem peccati ad reparationem damni animæ. nam si sic, maxime esset quando per culpam ciuilē sine peccato esset hoc damnum datū. sed hoc nō, quia si ratio illa, scilicet ꝙ solum intercesserit vel interuenerit culpa ciuilis, & non peccatū siue offensa: non releuat quo minus contrahat homo obligationē reparandi damnum tēporale: imo & cum augmēto, iuxta dispositionem legis Aquiliæ quanti plurimi fuerit proximo anno, vel proximis. xxx. diebus: & ꝙ inficians seu negans condēnari debeat in duplū. ff. ad legē Aqliā. l. ij. & l. inde Neratius. §. hanc actionē. multo min⁹ releuat in dāno

peccati, quod est verũ damnũ animę. Ex hoc patet, cũ ali quoties nostro veniali per inaduertẽtiã et incõsideratione aliquã alios scãdalizam⁹ inducẽdo ad aliqđ mortale, tenemur ad dãni reparationẽ, eosdẽ ad cõtritionẽ seu statum gratię reducẽdo. sic forte erat de Petro qñ indiscrete a cõmunione gẽtiũ ꝑpter Iudeos se subtrahẽs, gẽtes cogebat iudaizare, ad Gal. ij. ¶ Septimo: his dictis est annotandũ ꝙ licet impossibilitas restitutiõis ablati ex bonis corporis fortunæ vel famæ pariat obligationẽ alicui⁹ qđ possibile est ei qui abstulit, sic ꝙ nõ pure ac in totũ extinguat obligationẽ, sed obligatio talis descẽdit in hęredẽ, vt deduxi in quodlibeto de detractiõe circa sextã difficultatẽ, & facile confirmaẽ ex hoc ꝙ actio legis Aquilię cõtra hęredẽ dareẽ sed solũ tanti quisꝗ obligareẽ quantũ dederit dãni. instit. de lege Aquilia. §. qua ratiõe. &. ff. ad legẽ Aquiliã. l. inde Neratius. §. hanc actionẽ. ergo naturaliter seu naturali rõne obligatur hæres ꝓ rata dãni dati. Sed in casu dãni aĩæ, impossibilitas restituendi ablatũ superueniẽs, puta ꝑ mortem scandalizati, nõ facit resolui obligationem in aliã aliquã tꝑalis recõpensę possibilis, nec descendit in hęredem sed pure extinguiẽ ꝑ supuenientẽ impossibilitatẽ, sicut in eo q vouit ieiunare, ꝑ supueniẽtẽ impossibilitatẽ extiguitur obligatio ieiunandi. Vñ filius in hoc nõ portat iniqtatem prĩs, si pater viuẽs multos exemplo hortatu mãdato vel metu induxit ad peccatũ, vt ꝑpter hoc fili⁹ reducere teneaẽ in vim restitutiõis illos seductos ad frugẽ melioris vitę, quanuis dãna alia q̃ dedit pater, reparare teneatur: Veruntamen pater nõ sufficienter ac vere pœnitet nisi videns mortem sibi imminere, quantũ in se fuerit ꝓcuret per alios reduci quos per seipsum non posse reduci iam videt. Sed etiã illud ꝓ cõsolatiõe peccatorũ est aduertendũ, ꝙ vndecũꝗ reducti fuerint ad frugem melioris vitę quos homo scãdalizauerit: ꝑinde seu æqualiter tolliẽ obligatio ac si ipse reduxisset. in damnis pecuniarijs nisi alius nostro nomine repararet, nos minime releuat; vt si dem Petro pecuniam quantã Ioannes abstulit nõ minus obligatur Ioãnes. An autem sufficiat semel reductos esse ad mẽtem bonam, vel oporteat adduxisse ad eã stabilitatem seu

mentis immobilitatẽ a bono qua erant prius q̃ seducerentur; ꝑ nũc breuitatis causa trãseo. ¶ Ad rõnes ante oppositum. Ad primã, qui per ignorantiã adducitur ad peccatum peccat, & damnificatur inuitus. sunt eñ quędã peccata nolentium quę sunt & nesciẽtiũ. xv. q. j. merito. & ad ꝓbationes quibus deducit ꝙ nemo peccat inuit⁹: verum est quo ad factũ: quia omissio vel cõmissio qua peccat̃, necessario est volũtaria: peccat tñ homo inuit⁹ quo ad incursionẽ peccati vel dãni animę. sed q̃a hæc solutio non releuat in casu peccati scienter admissi, opus est solutiõe gñaliori. Et dico primo ꝙ licet forte seru⁹ nõ sit inuit⁹, tñ dñs eius deus est inuit⁹: sicut in materia serui corrupti, cui volenti demõstratur quemadmodũ ꝓpositũ malũ deducere debeat in op⁹, vel laude aut cõsilio ꝓpositũ malũ in eo firmat̃. Et si tũc inferas, ergo deo tenemur ad restitutionẽ sed nõ seruo, puta homini scãdalizato, dico ꝙ sufficienter inuitus est cuius cõsensus a supiore est reprobat⁹, vt patet ex. c. statutũ. de rescriptis. & c. exigit. de cẽsi. li. vj. vbi nec ꝓdest cõsensus dãtis, nec post factũ remissio quin teneat̃ dãti restituere. In ꝓposito & cõsensus reprobat̃ a superiore puta deo, & remissio. sec⁹ cũ cõsens⁹ solũ est peccaminosus seu culpabilis, & cõtra dei p̃ceptũ, qñ nõ est irritus & reprobat⁹, vt cũ cõtra iuramentũ vel votũ aliq̃d donat, matrimoniũ cõtrahit, & sic de alijs. ¶ Ad secundã dico ꝙ regula ꝓcedit de cõsensu nõ irritato & reprobato a supiore, nã in casu. c. statutũ. & c. exigit. fit iniuria imo pc̃m furti dãti & cõsentiẽti. Etiã in ꝓposito licet seru⁹ cõsentiat, dñs inuit⁹ est: vt dixi. Et ad ꝓbationẽ exemplarem cũ dic̃, inducẽs hoĩem vt sibijpsi manũ vel pedem amputet, non tenet̃ illi ad aliquã restitutionẽ, & tñ non est dñs membrorũ suorũ: vt. l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. Et patet idẽ ex verbo apost. ad Gal. iiij. Testimoniũ ꝑhibeo vobis, q̃m si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & eos dedissetis mihi. Respondeo, aliud est ibi, quia licet non sit dñs membrorũ est tñ dñs ei⁹ obligationis pecuniariæ quę ei quęreret̃ ex delicto amputãdi illius membrum: & quãdo consensu eius fit per seipsum vel alium, non oritur illa obligatio. In ꝓposito autẽ nullius dominium vel arbi-

trium habet, quod patitur ex hoc q per alium dāno peccati læditur. Ex his pōt aliter regula limitari, q. p. cedit de consentiēte in ijs quorum arbitriū vel dominiū habet. homo autem non habet arbitrium & dominiū animę longe min⁹ q̄ suorum membrorū. Vel soluitur q cōsentiēti nō fit iniuria quæ dicit iniustitiā factā inuito. nihilomin⁹ potest ei iniuria fieri quæ dicit nudā iniustitiā seu inęqualitatem iustitiæ oppositā. Nam quantumcūq; qs velit dare vsuram p mutuo, & nolit forte gratis mutuū capere, nihilominus fœnerator iniuste facit fœn⁹ capiēs, & tenet ei restituere, nisi forte liberali animo remittat, vt incipiat gratis habere, & nō p mutuo. Altis. tn̄ in tertia pte dicit soluētem vsuras solū volentē cōditionata volūtate, non absoluta & discreta. vide qūo intelligi debeat. ¶ Ad tertiā nego minorē: quia exempla non solū per occasionē acceptam sed datam inclināt animos hominū ad imitandū. vnde Paulus dicebat Petro ad Gala. ij. Gētes cogis iudaizare. & in hoc ipsum dicebat reprehēsibiliter ābulare, notans eum de solo exemplo subtractionis a cōuersatiōe gētium. Item. j. ad Corin. viij. Sic peccātes in fratres, & percutientes eorum conscientiam infirmā: in xp̄m peccatis. Et ad pbationem, nō ęque inclinant hominū animos ad imitādū facta mortuorū narrata, vt exēpla viua. Et itē aliud est cum sugillatione & reprehensione aliorū facinora referre (quod scriptura sacra facit) aliud cum quadā admiratione, laude, vel delectatiōe, seu gaudio, vt poetę faciūt quod vtiq; diabolo est thurificare, & ad cōsimiliter agendum animos audientiū vel legētiū inuitare. ¶ Ad quartam, q licet in foro iudicij nō cōceditur actio ei qui consilio alterius maleficiū fecit, vt in dicta regula glo. & doct. habēt nihilomin⁹ in foro animę obligat ei reparare dānū æque ac si metu ad maleficiū perpetrandū ipsum impulisset. ¶ Ad quintū nego aliquas absurditates sequi. Et cum primo inducit q sic ex īpossibilitate reducēdi obligaret ad pecuniariā recōpēsā, & sic ex sua obstinatione &c. dico q per obstinationē in hac vita nō debet p̄sumi īpossibilitas: quia de nemine desperadū est in hac vita. Etiā impossibilitas supueniēs (sicut supra dixi) nō mutat seu transfert in

aliam rei pecuniariæ obligationem. Ad deductionem secũdi inconuenientis siue absurditatis, nõ est incõueniens aliquem post mortem incipere obligari ad aliquã restitutionem, quando causam dedit in vita. patet de eo qui posuit in vino toxicũ, vel in domo causam incendij q̃d ad mẽsem post habebit primo effectum. Sed in ꝓposito nr̃o hoc non ꝓcedit, quia (vt dixi) impossibilitas reductionis ꝑ vtriusuis illorum mortem seducentis vel seducti diminuit obligationem: quãto magis p̄cedẽs impedit eã nasci. ¶ Cõtra secũdam ꝓpositionem tactã in .iij. art. j. q̃ exempli pernicie alios ad peccandũ inducit, obligat ad reparãdũ: arguit dñs Quodlibetarius sic. Is cui⁹ peccato alius ad peccandũ inducitur, non efficit in aĩa scandalizati peccatũ: ergo nõ tenetur reparare damnũ aĩæ. Consequentia tenet, q̃a nulla alia ratione tenet̃ damnũ reparare, nisi quia causaliter intulit. Et antecedens probatur, q̃a exemplar nõ efficit exẽplatum, sed is qui exemplar ad conformiter effigiandum exemplatũ refert. Seneca. lxv. epistola ad Luciliũ. Vnde & Plato videtur causam exemplarem distinxisse a causa effectiua. Et confirmatur, quia nihil efficit quando nõ est. sed peccatum hominis vt plurimũ transijt priusq̃ alij imitentur. ergo non efficit imitari peccata. Respondeo, ad primum nego ãtecedẽs: & ad ꝓbationem dico q̃ causa exemplaris quia iuuat & dirigit efficientem sicut doctrina vel cõsiliũ, cõprehendit̃ sub causa effectiua. Et supponamus Platonem voluisse q̃ exemplaris sit species causæ distincta cõtra efficientẽ: nihilomin⁹ exemplar inducẽs ad imitãdũ est efficiens rõne inductiõis, quemadmodũ p̄ces vel cõsiliũ nõ em̃ tũc habet rõnem nudi exemplaris, sed ꝑsuadẽtis, & q̃d inducit. ¶ Ad cõfirmationem dico, sicut cõsiliũ, p̄ces aut minæ sunt causa effect⁹. & sæpe transierũt pri⁹ q̃ sequat̃ effect⁹: sed satis est manere virtualiter, ac put sunt in memoria: ita similiter de exemplari facinore seu pc̃tõ. ¶ Cõtra: is qui aliũ imitãdo peccat, seipsum spũaliter occidit & examinat. ergo is cui⁹ pc̃tõ scandalizantur, põt teneri hoĩs spũaliter vulnerati, sed nõ occisi: & ꝑ cõsequens nõ tenet̃ eũ ad vitã spiritualem reponere. Antecedens ꝓbatur, quia secundũ iura humana qui solũ mortiferũ vul-

nus intulerit: si alius eundē exanimauerit: prim⁹ non tenet hominis occisi, sed tm̄ hominis vulnerati: vt est tex. in. l. ite Mela. §. sed & si seruū. ff. ad legē Aquiliā. Et cōfirmatur: quia vt plurimū sunt in pctō mortali anteq̄ scādalizātur. iā qui mortuus est, nō vltra occidet. Etiā frequēter essent deterius acturi qui nr̄o exēplo minora cōmittūt. ergo illo casu scandalizans non nocet eis, sed seruit eorū vtilitati, & per cōsequens nō tenet ex hoc ad aliquā reparationē. Vltima cōsequētia tenet: quia non obligat eis dāna reparare qui pfuit nec dānificauit. Ad primū nego cōsequentiā: & R ratio est quia dū inducit ad peccandū vel scandalizatur, simul occidit ab inducente & a seipso: ab vtroq;. s. vt a causa partiali: sicut si plures trabē deiecerint, & hoiem oppresserint: oēs lege Aquilia tenent hoīs occisi. l. itē Mela. §. si plures trabē. ff. ad. l. Aquiliā. Et cū dicit in pbatiōe antecedentis ex ea lege eū solū teneri hoīs vulnerati si postq̄ vulnus mortiferū intulerit, alius illū exanimauerit: hoc pcedit qn̄ vuln⁹ a primo ictu dicit mortiferū: qa potēs inferre mortē, sed tn̄ incertū est an medicina curari possit. si aūt certū fuerit q ex vulnere esset vita excessurus, vterq; tenet hominis occisi: sed estimatio diuersa fiet: quo ad primū quāti plurimi fuit in anno priore, a die vulneris dati retrogradiēdo: quo ad secundū quanti plurimi venire poterit in anno pximo quo vita excessit: vt est tex. in. l. ita vulnerat⁹. eo. ti. & sic illas leges cōcordat gl. in verbo teneri. similiter Barto. & alij doc. sed casum nr̄m nō tangit, quia hic simul ab vtroq; occidit. Ad cōfirmationē dico q aīa spūaliter morit quoties peccat mortaliter: & ita q eīt causa mortalis culpe, occidit animā. Nec est incōueniēs mortuā spūaliter adhuc occidi, & pluries mori. Etiā (vt ex dictis patet) q cūq; infert mortiferū vulnus vn̄ necesse sit hoīm mori, tenetur hoīs occisi. quid ergo mirū si in pposito dicat pluries occidi qn̄ mortiferū vulnus dat ex quo necesse sit ipm mori? Etiā si loquamur de morte dānatiōis, adhuc mortu⁹ nō est quādiu vita naturali viuit, sed vuln⁹ habet vn̄ necesse sit sic mori. quātū ad hoies attinet, si resuscitetur, est miraculū, & specialis gr̄a dei. Ad aliud q frequēter deteri⁹ &c. non excusatur ab iniuria amputans manum quāuis alias fuis

ſet ab alijs occidendus, q iam illa pœna ſatiantur, & pter eunt: vel q ſpoliat domū vtenſilib⁹, & alij hoc videtes putant omnia ſublata, alias ſimul luſtraturi āgulos in quib⁹ theſauri ſunt reconditi. ſic in pposito ſatius nobis eſt nō nocuiſſe exempli pnicie in modico, quāuis alias deteriora paſſurus fuiſſet a ſeipſo: quia illorū nos nō fuiſſem⁹ cauſa. falſum ergo aſſumit ꝙ nō nocuim⁹ vel nō dānificauimus quāuis noſtro dāno occaſionaliter a grauiore dāno ſeruatus ſit. Circa hęc tñ aduerte, cū certi ſumus aliquē deteri⁹ acturum niſi vel demonſtremus modum quo min⁹ facere poſſit, vel cōſulamus & hortemur vt ſi alterū facturus ſit, faciat qđ eſt minus: vtiq licet hoc demonſtrare, conſulere vel hortari, iuxta doctrinā Aug. xxxiij. q. ij. qđ ſic verius eſt. ſed nō tangit difficultatē quā prę manibus habemus, cū hic nec certi ſimus ꝙ alias deterius ageret, nec ppter euitandū facim⁹, licet occaſionaliter ad hoc proſit, ſicut pctm̄ ad humiliationem, & vt quis fortius ſurgat. Nec ſub cōditione inuitamus ad minus pctm̄, ſi videlicet alias grauiora admittere omnino vellet, ſed abſolute ad peccatum minus noſtro exemplo inuitamus & allicimus.

PROPTER QVID dicit Sapiēs, Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici: cū ſcriptum ſit: Vniuerſa ęque eueniūt iuſto & impio? Prima ſententia habet Eccli. xxxviij. & ſecunda Eccſ. ix. nec inuicem aduerſantur, quāuis videat. volens nāq deducere ſapiens nullā in pſenti vita certitudinē eſſe homini an amore vel odio dei dign⁹ ſit, adiūgit: Sed oīa in futurū ſeruant incerta, hoc pbat eo ꝙ Vniuerſa ęque eueniūt iuſto & īpio, bono & malo, mūdo & immūdo, immolanti victimas & ſacrificia contēnenti &c. quo nō vult nihil regulariter diſcriminis eſſe bonis a malis quo ad pſpera & aduerſa: ſed ſolū ꝙ nullū ſignū pſperitate vel ſucceſſus aduerſi ſufficienter arguit & neceſſario aliquē iuſtum, vel demonſtret eſſe impiū. Regulariter tñ & plurimū bonis pſpera largitur, malis vero cōtraria. Prima pars patet ex illo Pſalm̄. j. Et erit tanq lignū qđ plantatū eſt ſecus decurſus aquarū: & oīa quęcūq faciet pſperabunt. Item in Pſal. Beati oēs qui

timent dñm: qui ambulant in vijs eius. labores manuum tuarũ quia manducabis &c. Itẽ Prouerb. xvj. Cũ vię hoīs dño placuerint, inimicos quoq; eius conuertet ad pacẽ. Itẽ Eccl'i. iiij. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa ꝓ iuſtitia: & de⁹ expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Item Aug. Semper deus paratus eſt benefacere: ſed malitia hoīm ꝓhibet. xvj. q. j. decimæ. Similiter malos regulariter plagis ꝑcutit, & aduerſitatib⁹ inuoluit. Eſaię. j Si me audieritis, bona terrę comedetis. ſi me non audieritis, deuorabit vos gladius: quia os dñi locutũ eſt. nã & orbis terrarum pugnat cum dño contra inſenſatos. Sapiẽ. v. & Leuit. xxvj. Quod ſi nõ audieritis, viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Ponã faciem meã cõtra vos, & corruetis corã hoſtib⁹ veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos. fugietis nemine perſequente. Si autẽ nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplũ ꝓpter peccata veſtra, & conſumã ſuperbiã duritię veſtrę, daboq; vobis deſuper celum ſicut ferrum, & terram ęneam. conſumetur incaſſum labor vr̃, & non proferet terra germẽ, nec arbores poma præbebunt, mittãq; in vos beſtias &c. Item Deutero. xxviij. numerat benedictiones quib⁹ ꝓſequitur deus bonos, & ex aduerſo maledictiones quæ manent malos. Rebellibus nanq; qui non obediunt, euenire ſolet quod Aggęi. i. ſcribitur, Seminaſtis multum, & intuliſtis parum. comediſtis, & non eſtis ſatiati bibiſtis, & non eſtis inebriati. operuiſtis vos, & non eſtis calefacti; & qui mercedem cõgregabat, miſit eam in ſacculum pertruſum. & infra. Reſpexiſtis ad amplius, & factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exſufflaui illud. propter hoc prohibiti ſunt ſuper vos celi ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germẽ ſuum. Sed extra regulam ad ſpiritualẽ vtilitatẽ aliquoties bonis aduerſa immittit, & malis iratus proſpera, non ex beneuolentia, ſed vt poſt acrius puniat. Ezech. xvj. Receſſit zelus meus a te: iam non iraſcar tibi amplius. vel vt in pręſenti proſperis detractis nobiliores ſuæ calamitates fiant: vt habet Philoſohus. ij. Rheto. c. de locis enthymematum.

Secunda quęstio sine argumentis.



ROPTER quid dicit sapiens: Noli stultus esse, ne moriaris in tempore non tuo. quando apud Iob terminos homini constitutos legimus, qui pręteriri non poterūt? Huius difficultatis solutio perpenditur facile si aduertamus naturæ periodum plurimum differre ab ea quam iuxta meritorum nostrorum futuram qualitatem nobis præfixit deus. Nam vt de⁹ falli non potest nec fallere, ita termini quos vitæ nostræ præscripsit, pręteriri non poterunt: & numerus mensium vitæ nostræ apud eum certissimus est. Iob. xiiij. Numerum vero dierum & mensium ad quos naturalis periodus se ꝓtendit, quos secundū cursum naturæ victuri essemus, frequenter deus exigentibus perditis moribus & peruersitatibus nostris breuiat, præmature nos rapiens de medio, quoniam sumus vita indigni. & hoc voluit sapiens Eccl's. vij. Ne impie agas multum, & noli stult⁹ esse, ne moriaris in tempore nō tuo. Vnde scriptum est, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos psal. xliij. & propheta: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. psal. cj.

Finis. Laus deo.

Queſtio quodlibetica prima magnifici viri artium et ſacre theologie profeſſoris eruditiſſimi Magiſtri Ioannis Briaert de Aeth, clariſſime Academie Louanienſis Vicecācellarii digniſſimi. anno dñi 1508. diſputata.



TRVM confitens omnia ſua mortalia peccata, omittens confiteri voluntarias occaſiones ꝑ quas infoueā peccati incidit, teneat̄ confeſſionem iterare. ¶Pro deciſione hui⁹ q̄ſtionis erūt duo articuli. Prim⁹ an peccator poſt lapſum mox teneatur per contritionem ſeu pœnitentiā reſurgere a peccato. Secund⁹ an voluntariæ occaſiones per quas in peccatum cecidit, ſint neceſſario cōfitendę: Quo ad primum articulum adducam in primis tria motiua quibus pars affirmatiua apparentiſſime probari videtur vt illis ſolutis non facile iudicem⁹ ex ſola temporis mora multiplicari peccata. Primū fundatur in lege charitatis deo debitæ. Secūdū in lege dilectionis quā quiſq̄ tenetur ad ſe habere. Tertiū in lege naturali qua quiſq̄ vitare tenet̄ periculū mortalis pc̄ti. Ex primo fundamento ſic argumentor. Omni præcepto affirmatiuo implicite ꝓhibetur contrariū eius qd̄ cadit ſub obligatione p̄cepti affirmatiui: quo fit vt p̄cepto quo dei amicitia p̄cipit̄: ipſius inimicitia intelligatur ꝓhibita: & per conſequens ꝑmanētia in mortali pc̄tō. ex quibus ſequitur ꝙ peccator poſt lapſum mox obligatur ꝑ contritionem a peccato reſurgere. Antecedens patet exemplariter in ſingulis præceptis affirmatiuis. Præcepto namq̄ de honorando parentes prohibet̄ irreuerentia ad eoſdem. Præcepto de ſanctificādo ſab-

batum ꝓhibetur pollutio sabbati. ꝓpter quod doctores multi dicunt fornicantē, siue aliud peccatū in die festo aut dominica die perpetrantē, duobus mortalibus peccatis manere obnoxium. Primam consequentiam probo: quia amicitia & inimicitia circa idē sunt contraria. Secundam probo, quia permanere in mortali peccato est ꝑmanere in odio & inimicitia dei: quoniā similiter odio sunt deo impius & impietas eius. Sapientiæ. ix. Confirmo idē excludendo solutionē quæ dari potest: peccator nō odit deū & sic nō exercet cōtrariū actū dilectionis debitę, quāuis toto tēpore quo in statu mortalis culpæ est, sit a deo oditus & ideo passiue in odio & inimicitia dei. ¶ Hāc solutionē improbo p̄cepto diligendi deū tenemur ea qualitate & gradu dilectionis eū diligere, vt simul ab eo diligamur. ergo in prohibitiōe est nō solū odire, sed etiā talē se exhibere vt odio habeat. Ex secūdo fundamēto dilectiōis ad seipsum, arguitur. Mortem languētibus censet inferre, qui hanc cum potest non excludit; & hoc vigore & in vim præcepti dilectionis quā proximo debemus. Cū igit non minus obliget nos prçceptū diligendi nosipsos, seq̄turq; nobis mortem animę inferre cēsemur quotiēs cum possumus illam non excludimꝰ. Antecedens est Symmachi papæ dist. lxxxiij. in principio. Non est grandis differētia lethum inferas, vel admittas. Mortem enim languētibus &c. Et Ambro. lxxxvj. dist. Pasce fame morientē. si nō paueris, occidisti. Cum igitur post lapsum statim possumus mortem spiritualem a nobis excludere: si nō facimꝰ censemur illam tunc nobis inferre: quod est cōtra legē dilectionis quam ad nos habere debemꝰ. Confirmo, obligationem indeterminatam præcepti affirmatiui facit ꝓ determinato tēpore currere necessitas occurrēs: sed non potest esse maior necessitas q̄ actualis mortis spiritualis. ergo ꝓ tēpore quo est siue imminet illá necessitas, tenemur illi occurrere, & per consequens &c. Antecedens patet in præceptis eleemosynarum tam corporaliū q̄ spiritualiū respectu proximi, vt dicatur præcepti transgressor q̄ necessitatem proximi vidēs, ab eo clauserit pietatis viscera. j. Ioan. iij. Qui habet substantiam huiꝰ mundi, & viderit

proximũ ſuũ neceſſitatem patientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo &c. Hinc præceptum eſt Deutero. xxij. Non videbis bouem vel ouem fratris tui errãtem, & ꝑteribis, ſed reduces fratri tuo. Et Exo. xxiij. Si videris aſinum odientis te iacentem ſub onere, non ꝑtranſibis, ſed ſubleuabis &c. Ex tertio fundamento ſic arguo: Quiſq; obligat(quãtum poteſt) veriſimile periculũ mortalis peccati vitare: vt in ſecundo articulo oſtenderetur. ſed niſi peccator mox a pc̃ő reſurgat poſt lapſum, veriſimile alterius peccati periculũ imminet. ergo poſt lapſum obligatur quantũ poteſt breuiſſime a peccato per pœnitentiã veram reſurgere. Minorem ꝓbo ꝑ Gregoriũ ſuꝑ Ezechielem homil. xj. Peccatũ quippe qđ per pœnitentiã citi⁹ nõ deletur, aut peccatũ eſt aut cauſa peccati, ſimul & pœna peccati Omne em̃ quod prius committitur, peccatũ eſt: ſed ſi citius pœnitendo non tergitur iuſto iudicio omnipotẽs deus obligatam peccatis mentem etiam in culpam alterã permittit cadere: vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatũ incipiat peccato cumulare. Ad partem oppoſitam adduco vnã rationem hanc. Peccator poſt lapſum immortale peccatum, non obligatur ſemper ſtatim confiteri: ergo nec ꝑ contritionem reſurgere a peccato. Tenet cõſequentia, qa in quocũq; caſu quis obligatur de mortalibus peccatis cõteri, obligatur & confiteri ſi adſit opportunitas confitendi Antecedens probo. Nõ magis obligatur peccator poſt peccatum mox confiteri, q̃ non baptizat⁹ ſuſcipere baptiſma. ſed non baptizatus non obligatur ſtatim ſuſcipere baptiſma: ergo nec peccator mox poſt lapſum in peccatum confiteri. Minorem huius ꝓbationis probo: quia ſi non baptizatus obligaret̃ ſtatim ſuſcipe ſacramentũ baptiſmatis, nunquam in primitiua eccleſia fuiſſet per ſanctos patres ꝓhibitum cõferri illud ſacramentũ præterquã in feſto paſchę & Pentecoſtes: quod tamen fuiſſe prohibitum patet de cõſecratione diſt. iiij. c. non ratione. & plurib⁹ ſequentib⁹: licet illa ꝓhibitio ſit poſtea per eccleſiã relaxata. ¶ Pro reſolutione materię huius articuli pręmitto vnã peccatorũ diſtinctionem. Inueniuntur nãq; in triplici genere ſiue differentia, Quædam ſunt peccata a quibus non ceſſam⁹ niſi

per cõtrarium actum, vt qui damnũ in bonis fortunæ, corporis, famæ vel animæ alicui intulit, censet cõtinue detinere & continuare peccatũ iniustitię quoadusq; velit quãtum in eo est damnum reparare, & alienũ non detinere. Secundi generis peccata sunt quib⁹ iniuriamur, sed nullũ damnum inferimus: vt si blasphemam⁹, periuriũ facim⁹ & sic de alijs sine hoc quod aliqui scandalizent, & impassionis labem cõtrahant: in quib⁹ transeunte actu nõ amplius actu peccam⁹, saltem eodem genere peccati. Tertij generis peccata sunt quibus ab obedientia deo debita discedimus: sed damnum ei nullũ (nisi proprię animę) facimus nec iniuriam contumeliæ seu contemptus inferim⁹: vt cũ fragilitate nos impellente vel infirmitate passionis seu occasionis oblatæ, aut per ignorãtiã in aliquo peccam⁹. His præmissis pro decisiõe pręsentis articuli pono aliquas propositiones. Prima. In peccatis a quibus cessare nõ potest homo nisi contrariam voluntatem habendo, tenetur peccator statim pœnitere, id est nolle peccare, sed nõ immediate per contritionem a peccato resurgere. Primam partem huius propositionis probo tali medio. homo tenetur nunquam actualiter peccare. ergo in quib⁹ ab actualiter peccando cessare non potest nisi pœniteat, obligatur mox pœnitere. Sed fortassis obijciet aliquis: Obligatio de pœnitendo est præcepti affirmatiui: & omniũ doctorũ etiam sanctorũ sententia est quod pcepta affirmatiua obligãt semp non ad semper. ergo non obligamur statim pœnitere. Cõfirmatur, idem est in detẽtione alieni quod deo debetur, & in detentione alieni quod homini est debitũ: maxime cum mitius agat deus quam homo. sed non tenemur statim homini quod illi debemus soluere, sed cum temporis aliquo temperamento. l. quod dicimus. ff. de solutionib⁹. ergo non obligamur statim pœnitere. Secũdo potest qs in prædictis peccatis cessare a peccato absq; hoc quod pœniteat. ergo fundamentũ assumptũ corruit, quod scilicet in istis non potest cessare a peccato nisi pœnitẽdo. Antecedẽs probo: quia stant simul, q nolo continuare peccatũ, & q non doleo fecisse. Exempli gratia, cepi & detinui aliqd alterius, vt hominem irritarem, & gaudeo puocasse: sed no

lo amplius detinere, hic cesso a peccato detentionis, & non pœniteo. Confirmatur, quia potest nolle ampli⁹ detinere, vt dedec⁹ infamię fugiat, vel ne pœnas inferni cumulet, vel in seculo aduersitatem ex peccato patiatur: quocũq₃ istorũ modorum cesset a peccato, non pœnitet, cum pœnitẽtia sit actus virtutis, & isti sunt act⁹ vitiosi & peccaminosi: sicut facere opus de genere bonum propter inanem gloriã. ergo in istis peccatis non obligaẽ quis statim pœnitere. Respondeo ad primam, non sequitur. nullum pręceptum affirmatiuum obligat semper: ergo nullum obligat statim. Committitur enim fallacia consequentis arguendo a non semp ad non statim; sicut arguendo a non semper ad non nunc. Et pro materia dico quod præcepta affirmatiua obligant statim quando statim est necessitas. nulla autem est maior necessitas, q̃ cessandi a pct̃o. Ad confirmationẽ dico, aliud est de actuali solutione, aliud de volũtate soluendi. quãdiu non assumit voluntatẽ soluendi (intelligo post terminum quo cœpit debere) manet in pct̃o detẽtionis. In ꝓposito loquitur de mutatione volũtatis. ¶ Ad secundũ dico ꝙ tenetur pœnitere non detentionis prius factæ, sed sic qđ nolit amplius detinere. & hoc proposito nostro sufficit. Ad confirmationem dico ꝙ cessat a peccato detẽtionis in casu posito: sed non bene cessat, cũ cesset peccaminose: & tenetur cessare non de nouo peccando: & ideo tenetur pœnitere, vt dicit nolle peccare. Nec miretur quisquam quod sic accipio pœnitere, cum aliquando in scripturis accipiatur pro actu vitioso, sicut Sapientię. v. Pœnitentiã agentes &c. Secundam partẽ conclusionis, videlicet quod non obligatur quis per cõtritionem statim ab illis peccatis resurgere probo: quia si sic, sequitur prima hęc absurditas, quod nullus possit per integram horã manere in vnico peccato mortali, puta in peccato voluntatis fornicandi, vel in peccato furti &c. Sequela patet: quia ꝓ secunda medietate horę currit præceptũ contritionis, & ita peccat duobus peccatis, & non vno tm̃. Si dixeris ꝙ teneẽ immediate cõteri postquã pct̃m̃ transijt, non cũ illud habet: contra, nõ excusaẽ magis a transgressione ꝓcepti cõtritionis, quia vnico actu manet volens fornicationẽ, q̃ si distinctis actib⁹, sine tamẽ inter-

ruptione per tēpus vel instans mediū. sed si in prima medietate horę vellet fornicari cum Bertha, & in secunda cū Catharina, sine intermissione voluntatis fornicandi: tūc ꝓ secunda medietate horæ currit ei præceptum contritionis. ergo &c. Pręterea non peccat qui immediate atteritur de peccato, & se disponit ad contritionē. ergo non obligatur quis statim conteri. Tenet consequētia, quia pro tempore attritionis, & quo se ad contritionē disponit, non est adhuc contritus. Confirmo: quia in nullo passu scripturę habetur quod pręceptum sit homini statim de peccato conteri. modo (teste Hieronymo) quod non ex scripturis sacris habet fundamentum, eadem facilitate contemnitur qua dicitur. Secunda propositio. Quoties peccatum tale fuerit, vel talis status peccatoris, ꝙ verisimiliter deus vel criminib⁹ indignitatem offensę statim sit vindicaturus, vel populū ꝓpter eius offensam percussurus: tenetur statim de peccato conteri & pœnitere. Prima pars patet, quia de tali peccato intelligit Greg. Peccatū quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit: quo fit vt non solum peccatū, sed & causa peccati sit. Cum ergo nemo ab euentu peccare iudicādus sit: necesse est fateri quoties hoc verisimiliter imminet: nisi statim conuertaṫ & pœniteat, ꝙ de nouo peccat. Confirmatur: quia hoc est se exponere discrimini seu periculo peccati. quicunqȝ vero se tali periculo exponit, peccat. Secunda pars patet: quia qui occasionē dāni dat, damnum dedisse videtur. de iniu. & dam. dato. ca. finali. Nec releuat (vt ibi dicitur) ignorantia quādo ex facto suo scire debuit iniuriam vel damnū verisimiliter posse cōtingere. sed peccata sodomitica seu contra naturā sunt huiusmodi, vt patet Genesis. xix. simile est de blasphemijs in iuramentis & alijs, propter quę dominus non solū personas, sed & ciuitates absorberi facit, famē & plagas in terram immittit. in authē. vt non luxurientur homines cōtra naturam. colla. vj. Pręterea Exo. xxj. Si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum, nec recluserit, occideritqȝ virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. sed satis contestatus videtur quando bouem cognouerit cornupetā, vel

cognoscere seu aduertere deberet. ergo non recludens seu potius occludens pctm̄ pœnitentia, dei iram placando, ne in alios sequiat in plaga & aduersitate: aliorū se reum mortis constituit. Ex his sequitur tertia ꝑpositio: Habens nūc opportunitatē impetrandę absolutionis, quā verisimiliter intra annum amplius habere non poterit. obligat non differre necꝫ pœnitentiā siue contritionem, necꝫ confessionē: Probatur exemplariter: habens casum reseruatū sedi apostolicę: si nunc habet pręsentem eum qui potest absoluere, nec est verisimilecꝫ intra annum talē habere poterit a quo absolui valeat: differendo pœnitentiam & confessionē vel contēnit præceptum ecclesiæ de confitendo semel in anno vel ad minus periculo transgrediendi illud pręceptū se cō mittit: ergo peccat: nec potest sine peccato differre confessionem & pœnitentiam. Quarta ꝑpositio sequitur: Non licet differre pœnitentiam contritionē vel item confessionē illi qui se articulo seu dubio ꝓbabili mortis exponit. similiter sacramenta pertractaturo aut suscepturo necesse est ad minus lamenta pœnitentię contritionis assumere. Omnia enim sacramenta obsunt indigne tractantibus, licet prosint per eos digne sumentib⁹. j. q. j. omnia sacramenta. Quinta ꝑpositio, Certioratus vel reuelatione vel coniectura ꝓbabili ꝙ offensam admissam in terris vindicare nec velit de⁹ criminib⁹, nec flagello plagę punire in alijs: monit⁹ vt de iniuria dei satisfaciat ꝑ dei vicariū: tenetur statim post monitionem de pctō conteri, & vere pœnitere. Et loquor in casu quo nō tenetur ad aliquam restitutionem propter lęsionem diuini honoris, vel corruptionem suorū seruorū christifideliū. vt plane differat a prima propositione & in materia peccati, & in genere actus adhibendi: quia hic de actu placante deum, ibi de actu solum intermissionem peccati inducēte. Hanc ꝑpositionem probo. Pręcepti est reddere omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: cui timorē, timorem: vt nulli quicquā debeamus, nisi vt inuicē diligamus. ad Ro. xiij. quod ꝓcedit quando vel dies interpellat pro homine, vel homo ipse creditor per se vel procuratorem legitimū solutionē requirit & exigit. sed pręlati sunt Christi vicarij

in terris, & eius procuratores legitimi. ergo per illos moniti vt deo iniuriā illatam compensemus (quod solū contritionis placatione facere possum⁹) sequitur ꝙ sic moniti ad contritionem siue pœnitentiam statim obligamur. Pro quo videtur esse sententia Grego. ca. si is qui prę latus est. xxiij. quęst. iiij. Si is qui prælatus est, debitori dn̄ico culpas impune dimittit: non mediocriter ꝓfecto offendit qui debita celestis regis & domini sua prę sumptiōe resoluit, quāto magis monere tenetur & exigere satisfactionem. Huius simile est de ꝓcuratore terreni principis vel ciuitatis, si nomine dn̄i sui de iniuria illata etiā si nullū dānum sequutum est, requirit satisfactionem. Aduertendum tamen est ꝙ aliud est monere creditorem remonstrando ei obligationē, siue illud ad quod tenetur, & exigere vel requirere monendo solutionem. nam primū non obligat in vim prę cepti, sed secundo modo factū monitionis adhibēs currere facit prę ceptum, ita ꝙ non statim satisfaciens constituitur in mora. Sexta propositio. Etsi specialiter monendo possit ecclesia constringere hominem vt deum de offensis cōmissis placet, non tamen per sabbati sanctificationē. Pro huius probatione est aduertendum ꝙ Alexander de hales & plures alij doctores ꝓbatissimi in hac sentētia fuerunt, ꝙ maximū prę ceptum legis, quod est de diligendo deū suꝑ omnia, siue ex toto corde, tota anima &c. ꝑpter indeterminationē tēporis a paucis recte obseruaret. Ideo ecclesia propter confusionem quę fomentum dilationis & ex consequenti transgressionis parere videbatur, limitauit ipsum ad certū & determinatum temp⁹, videlicet ad diē dominicum. Et quoniā actus dilectionis dei super omnia, ad min⁹ ꝓ statu naturę corruptę sine charitate seu gratia haberi non potest: dicunt quemlibet hominem obligari vt semꝑ die dn̄ica charitatē aut habeat, aut se ad statum gratię reponat. Sed hęc opinio nec veritatē attingit, & multis peccatoribus laqueū inijcit. Quod veritatē non attingit, probo. Prę ceptum sanctificandi diē dn̄icā, succedit præcepto sanctificandi sabbatū in lege veteri: vt oēs concedunt: nec arctius ligat, imo multo min⁹ q̄ prę ceptū illud de sabbato ꝓ tempore veteris legis quo ad vacationē a seruili

opere saltem seruitute corporis. Sed pcepto sanctificandi sabbatum non obligabantur Iudæi ad dilectionem dei super omnia habendam: alias primū & maximū eius mandatum esset pars tertij præcepti decalogi, & incomparabiliter mai⁹ & difficilius erit in lege illa sanctificādi sabbatū implicatum quā expressum, cōtra ration& & naturā legis, quæ lucida & clara esse debet scđm Isidorū.c. erit autem lex.iiij.distinct. Confirmaē, q̄ a potestas data est ecclesiæ a deo in ædificationē, non in destructionem .ij. ad Cor. vlt. Sed pcepto sanctificandi diē dominicū non posset pcipere christifidelibus omnibus actum dilectionis dei sup omnia sine graui dispendio & iactura salutis animarum, q̄ a plures ex illo pcepto constituerentur transgressores, cū paucissimi aut nulli ad causam illius pcepti se disponant ad eliciendum actum dilectiōis dei super omnia. ergo in destructionem fuisset sua potestate abusa ecclesia, quod nephas est sentire: nec velet rorum motiuū: quia licet indeterminatio quibusdam possit esse transgressionis accepta occasio non tamen data. Item restrictio ad certum & frequenter occurrens temp⁹, multo magis esset occasio transgressionis. Ideo magis esset in laqueū quam in remediū. Præterea pceptum confitendi semel in anno omnia sua pctā sacerdoti, non adstringit eos qui post nouissimam cōfessionem nullum mortale admiserunt. Illis enim (vt est communis doctorum sententia, præsertim theologorum) sufficit in hoc pastori vultum agnoscendum offerre, dicendo a nouissima confessione nullius mortalis peccati se esse conscios. ergo pręceptum sanctificandi sabbatum non obligat hominem dominico die ad dei amorē super omnia, quādo alias diuino pręcepto dilectionem illam elicere minime obligatur. Cōsequentia tenet, quia minus difficultatis habet & oneris secundo eadem peccata confiteri in fine vni⁹ anni, quam singulis diebus dominicis ad actum eminētissimæ bonitatis astringi, qui est deum super omnia amare. In huius confirmationē accedit declaratio Benedicti in decretali extrauaganti quæ incipit inter cunctas, quod absurditas est dicere confessum rite fratribus propter decretalem omnis vtriusq; sexus, si alia peccata non habet,

eadem debere confiteri proprio sacerdoti. imo mãdat papa Sixtus vt contra illos procedatur de hæresi. Ex quo infero ꝙ hæresis est contra fidem dicere ꝙ ecclesia hoc possit per suum præceptum inducere. Cõsequẽtiã probo: qa error circa dispositionẽ actualem ecclesiæ. in quib⁹ tamen potestatem habet a deo, non est hæresis, ex quo nihil ad fidẽ catholicã verũ ecclesia fecerit an non fecerit qđ faciẽdi habet potestatẽ. Ex quo vlterius sequitur: si hoc nõ põt ꝓcipere, vt quis eadem peccata q̃ semel rite confessus est, & ab illis absolutus, iterum confiteatur, vtputa ꝙ iteret in mortis articulo in quorum memoriam deuenire põt, vel semel in generali confessione, aut dum alia nõ habet: qđ etiam non potest hominem obligare ad illud qđ incomparabiliter est difficilius, videlicet quolibet dominico die diligere deum super omnia. Fortassis obijciet aliqs: Summus pontifex est vicarius Christi cum plenitudine potestatis: alias non reliquisset Christus ecclesiam sufficienter ordinatã & prouisam in necessarijs. ergo põt ꝑcepta dei ampliare, interpretari, & restringere: & per consequens præceptum diligendi deum super omnia, quod indeterminate & confuse obligat: vt aliquo tempore illud faciamus ad certa tẽpora restringere & limitare: vtputa quocꝫ die dominico &c. Confirmatur: quia sic limitauit pręceptum confitendi, & præceptum sumendi corpus Christi, quæ indeterminate & absqꝫ certi tẽporis ꝑfixione obligabant: vt circa festũ Paschæ illa explere teneamur. Ex quo sic argumentor. Qui circa festum Pasche non confitetur necꝫ sumit Eucharistiam, est transgressor diuini præcepti. ergo ecclesiæ limitatio circa dei præcepta eandẽ vim habet cũ diuina ordinatione. Tenet cõsequentia, quia alias talis nõ diceretur ꝑuaricator diuini mandati, sed positiui præcepti humani. quod valde confirmare videtur. c. sic oẽs. xix. di. Sic omnes sanctiones apostolicæ sedis accipiendę sunt, tãq̃ ipsi⁹ diuina voce Petri firmatę. Pręterea nemo dubitat qn diebus festis teneamur deo cultũ latrię exhibere, vt ip̃m deũ creatorẽ & dominũ omniũ agnoscam⁹: ad qđ dei lege solũ indeterminate & absqꝫ omni tẽporis ꝑfixiõe obligamur. sed cultus latrię cõsistit in recognitiõe affect⁹ quo

nos deo subdimus vt patri creatori & domino omniū, qđ solum sit per amorem dei super omnia. ergo ad illum obligamur quolibet die dominico &c. ¶Pro clara istorū solutione prǽmitto ꝙ sicut ab obligatione diuini prǽcepti ecclesia nemiuem eximere potest: ita nec obligationem diuini p̄cepti strictiorē vel largiorē facere potest. Sed ex causa illud quod de præcepto diuino est in obligatione indeterminata, potest sub obligatiōe limitata & determinata ponere. sed illius determinationis transgressor non ex hoc dicit̄ diuini mādati violator. hoc patet in exemplis de cōfessiōe facienda, de sacramento eucharistiæ sumēdo. Primo, quia potest papa ab illa lege hominē eximere, & ꝙ teneat̄ solū quantum ius diuinum ipsum adstringit. Secundo q̄a princeps legibus solutus est. l. princeps. ff. de legibus. ergo papa illo iure suo non ligatur: ligaretur autem si esset iuris diuini, cum nullo diuino iure solutus habeatur. Ex hoc patet verus intellectus sententiæ doctorum dicentiū principem imo & consuetudinē posse ius diuinum limitare. Nō enim fieri potest vt limitatio diuini iuris fiat: alias papa nō maneret exemptus: sed peccaret sicut quiuis alius trāsgrediendo: sed ponitur aliquid sub obligatione humana circa diuinū prǽceptum, quod alias & de iure diuino nō ligat. Hoc exemplariter declarari potest in præceptis legis naturæ. Nam multa illorum iure ciuili reperiūtur limitata, cuius limitationis transgressio non est ex hoc naturalis iuris prǽuaricatio. aliter etiam princeps sua constitutione teneretur. Hoc prǽmisso respondeo ad obiectiones. Ad primā licet papa sit vicarius Christi in terris cum plenitudine potestatis circa necessarium stabile quod humana traditione obligationis vim habet: in necessario tamē inuiolabili qđ diuina institutione est positū, immutare nihil potest: quēadmodum nec deus ipse circa necessarium incommutabile, vt prolixe declarat Bernardus lib. de præcepto & dispensatione in prin. & ideo non potest papa facere vt aliquid sit diuini iuris quod deus non instituit: nec efficere quod a deo institutum fuit, hominem vel semetipsum non obliget. Ad secundum patet ex nunc dictis. qui circa festum paschǽ non confitetur, non potest ex hoc dici diuini

ſed tantum humani iuris tranſgreſſor, aliter papa illa cō- ſtitutione quaſi diuino iure ligaret. poſſet tamen accidere ꝙ tunc humanum ius tranſgrediens etiam diuini iuris eſ- ſet tranſgreſſor, vt ſi illo tempore curreret caſus ſecundę aut tertiæ vel quartæ ꝓpoſitionis prius poſitę. ſed de hoc nihil ad propoſitū. Ad tertiū dico ꝙ cultus latriæ non ſo- lum conſiſtit in exhibitione ſummi amoris, ſed in omnibꝰ quibus deus vt deus agnoſcitur, omniſcius, omnipotens, & ſic de alijs. Vnde iuramentū eſt cultus latriæ, ſimiliter ſacrificatio, imo proteſtatio omnipotentię &c. quæ tamē deo frequenter fiunt ſine illa ſummi amoris exhibitione & ſacrificio. Si quis replicet, ſaltem poſſet eccleſia limitan do ſecundum intellectum doctorum obligare homines vt quolibet die dominico teneantur elicere actum dilectio- nis dei ſuper omnia: Dico primo quod hoc non fecit, ſed tantum ad cultum & recognitionem omnipotentis dei nos adſtrinxit. Secūdo dico quod hoc non poſſet, ſicut nec virginitatem hominibus indicere. xxxij. quæſtione pri. integritas. & erit poteſtate ad deſtructionem abuti, laque- um peccati infinitic hominibus inijciendo: quod ſumme ca uere oportet, ad Roma. xiiij. Hoc iudicate magis, ne pona tis offendiculum fratri vel ſcandalum. & infra. Quæ pa- cis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, inuicem cu- ſtodiamus. Ad rationes ante oppoſitum, ad antecedēs pri mæ rationis dico quod præcepto affirmatiuo prohibetur contrarium poſitiuū eidem quod cadit ſub obligatione il- lius præcepti: non autem contrarium negatiuum. & per hoc ad improbationem ſolutionis dicendum, quanuis te- neamur deum diligere ea qualitate & eo gradu dilectio- nis vt ſimul ab eo diligamur, ad illam tamen qualitatem ſiue diſpoſitionem habendam ſolum obligamur præcepto affirmatiuo, videlicet pro tempore quo ad actū dilectio- nis ſumus obligati: & ideo negatio illius non eſt ſimplici- ter in prohibitione, ſed actus tantum illi repugnans, per quem illa diſpoſitio perditur. Ad ſecundam rationem dico quod aliud eſt mortem corporalem vel ſpiritualem a ſe vel a proximo excludere, ne adueniat, aut inſit: ali- ud poſtquam ineſt, ſe vel proximum ab ea reſuſcitare. nā

primũ eſt neceſſitatis, quia ſemper affert proximo vel ſibi damnum niſi ſtatim repellatur. Secundum vero non ſemper affert nouum damnum corporale aut ſpirituale. Sicut ſi medicus haberet poteſtatem reſuſcitandi mortuum corporaliter, non obligaretur ſtatim illum reſuſcitare, ſed poſſet ad tempus differre: obligatur autem mortem ab ęgroto repellere quantum poteſt ſi immineat: ita ſimiliter licet viuẽtem ſpiritualiter teneamur a ſpirituali morte (quam adducit peccatũ) prę ſeruare: a nobis tamẽ iam ſpiritualiter mortuis non obligamur ſtatim illã expellere ſub pœna noui peccati, ſicut nec a ꝓximo, pręſertim cũ maiorem opportunitatem id faciendi expectam⁹. Hinc Aug. j. de ciui. c. ix. ait: Si propterea quiſquis obiurgandis & corripiẽdis male agẽtibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eiſdẽ ipſis metuit ne ex hoc deteriores efficiant, & ad bonam vitã & piã erudiẽdos impediant infirmos alios, & premant, atq; auertant a fide: non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſiliũ charitatis. Verba autẽ Exodi ſimiliter & Deutero. allegata intelligunt in caſu in quo ꝓximo imminet damnũ niſi eius aſinus ſubleuet, aut ei⁹ bos vel ouis errans ei reducat. ſed pctõri non ſp imminet damnũ noui peccati ſi nõ ſtatim pœniteat. Ad tertiã rationẽ negat minor: & ad ei⁹ ꝓbationẽ dico verbũ Gre. eſſe intelligendũ in caſu .i. partis ſecũdę ꝓpoſitiõis: vt ibidẽ dixi. Vel itẽ dici pꝫ ꝙ verbũ Grego. veritatẽ habet de eo q̃ expectat⁹ a deo vt pœniteat, contemnit pœnitere, ſcdm illud Apoſt. ad Ro. ij. An diuitias bonitatis ei⁹ & patientię & lõganimitatis cõtẽnis? Ignoras q̃m benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? ſecundũ autẽ duritiã tuã & impœnitẽs cor theſaurizas tibi irã &c. Vñ Ezechie. iij in verbo, Si cõuerſus iuſt⁹ fecerit iniquitatẽ. ſoluens quęſtionẽ cur de⁹ oĩpotens offendiculũ ponit ei quẽ cecidiſſe iã conſpicit, & feciſſe iniquitatẽ: ſic inquit: Diſtricta ſunt oĩpotẽtis dei iudicia. qui pctõrem diu expectat vt redeat: non redeunti & contemnẽti ponit offendiculũ, vbi graui⁹ impingat. ¶ Secund⁹ articul⁹: An volũtarię occaſiones per quas in pctm̃ quis lapſus eſt, ſint neceſſario cõfitẽdę, ita ꝙ ꝓpter earũ omiſſionem oporteat confeſſionem iterare? Et primũ oſtendo nullas pctõrũ oc-

casiones esse confitēdas necessario, nulla occasio peccati est peccatū mortale. sed solū mortale peccatum est materia confessionis: vt patet ex.c.oīs vtriusq; sexus. de pœ.& re. vbi iubemur semel in anno oīa nostra peccata cōfiteri. qd intelligi debet de mortalibus, secūdum cōmunem docto-rum sententiā. Nam venialia per orationem dñicam de-lentur, & per aquā bñdictā. de pœni.dist.iij. de quotidia-nis. & dist.vj. qui vult. ergo nullas peccatorū occasiones necesse est confiteri: & ita ppter earum omissionem non oportet &c. Maiorem pbo, quia sicut voluntas & homo non sunt peccatum, sed solum causa peccati: multo minus videtur occasio peccati esse peccatum: sed est illud vñ ho-mo impingit & labitur in peccatum. Sed quia turpe est dialectico instare ad nomen.j.Topi. ideo ad rē seu intelle-ctum doctorū ostendo quod non oportet confiteri hoc φ occasiones peccatorum non vitauimus, seu quod illis nos immiscuimus seu volūtarie submisim⁹. Primo sic. Nemo peccat occasionibus peccatorum se immiscens: ergo non oportet hoc confiteri. Antecedens pbo, ad impossibile ne-mo obligari potest, vt patet per Hierony. de expositione fidei ad Damasum papā dicentem: Execramus eorū blas-phemiam qui dicunt homini impossibile aliquid a deo prę ceptum. sed impossibile est vt omnes peccatorum occasio-nes vitemus. ergo nemo peccat illorum occasionib⁹ se im-miscens. Minor patet: primo quia illę sunt necessitates hu ius erumnosę vitę, a quibus propheta petit liberari dicēs, A necessitatibus meis erue me domine psal.xxiiij. & heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. psal.cxix. Con firmo p illud apost.j.ad Corin.v. Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicarijs. additur, non vtiq; fornicarijs huius mūdi: alioqui debuissetis de hoc mundo exisse. Mul to magis de hoc mundo exire oporteret si omnes peccati occasiones deberemus vitare. Etiam secundum apost. ad Ro. vij. quisq; ex corpore suo habet incitamenta & occa-siones quæ ipsum inuoluunt & implicant ad pctm̄. Scio inquit quia non habitat in me (hoc est in carne mea) bonū, Nam velle adiacet mihi: perficere autē bonū non inuenio: Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malū

illud facio &c. Sed quia hęc omnia solui possent dicẽdo ꝙ procedunt de occasionib⁹ venialium peccatorum, de quibus nihil ad ꝓpositũ, cum venialia non sint necessario confitenda, vt statim dictũ est, & per consequens nec illud qđ est voluntarie se occasionibus illorũ immiscere: q̃m exponere se periculo peccati, nõ excedit in grauitate peccatum cuius periculo se quis exponit: ideo secundo ꝓbo ꝓpositũ de occasionibus peccatorũ mortalium: non tenemur occasiones mortaliũ peccatorũ vitare, ergo nec confiteri si voluntarie illis nos immiscuimus. Antecedẽs probo, quia si sic, non liceret militare vel negociari, non liceret prelaturã assumere, non ministeriũ curę animarum vel audiendi cõfessionem petere vel exercere, nõ ad doctrinę siue sciẽtiæ gradũ eminentem tendere. sed hęc videntur falsa & absurda: ergo & illud ex quo sequunẽ. Sequela quo ad militiã patet, quia ad recte militandũ oportet neminem concutere, vltra stipendium non quęrere. Lucę. iij. deinde propter salutem reipu. non ꝑ gloria triumphi, non pro præda pugnare, aut ꝓ huiusmodi periculo mortis se exponere: quæ supra hominẽ esse videntur, & longe a militãtibus nostri temporis: & ideo qui militãt, multis peccatorũ occasionibus se subdunt. hinc de pœni. dist. v. c. contrarium. dicit Leo papa. Non est libera laqueis diaboli q̃ se militiæ mũdanæ obtulerit implicare. De negociatiõe patet idẽ. c. qualitas. eadẽ dist. vbi dicit̃ difficile esse inter emẽtis vendentisꝗ cõmercium non interuenire peccatũ. Quod si glossetur de veniali peccato, adduco verbũ ꝓphetę Psal. xvij. Q̃m nõ cognoui literaturã (alia translatio habet negociationẽ) introibo in potẽtias dñi. ergo q̃ nouit, id est negociationẽ facit, non introibit. & ꝑ hoc est sententia Chrysostomi in. c. eijcies. lxxxviij. dist. De prelatura patet ꝑ illud Prouerb. xvij. Qui altã facit domum suam, quęrit ruinã. De ministerio curę animarũ & audientia cõfessionum ꝓbo idem per Augustinũ ad Valerium. & ponitur. xl. dist. ante oĩa. dicentẽ. Nihil est in hac vita & maxime in hoc tẽpore difficilius & laboriosius & periculosi⁹ episcopi presbyteri aut diaconi officio. Hinc Chrysostom⁹. c. multi. eadẽ dis. Qui primatũ desiderat, cõfusionem inueniet in cœlo. De emi-

nentia scietiæ idē patet.j.ad Corin.viij.Scietia inflat,charitas ędificat.si quis existimat se scire aliquid, non dū cognouit quemadmodum oporteat eū scire.ergo quęrens scientiam regulariter peccat vel de ea superbiēdo, vel in modo sciendi: vt verificet illud Eccl's.j.In multa sapientia multa indignatio. De eminentia virtutū idem osten do per Aug. in expositione Psal.lxiij.tractatu.ij.Omnia vitia in malefactis timēda sunt:superbia in benefactis plus metuēda est. Falsitas sequelę patet:quia hoc esset vniuersum mundum dānare,seu dānabilem prædicare. Tertio adduco fortiorē rationē.Frequenter ad vtrūq; contradictoriorū occurrunt homini ęqualiter laquei occasionum trahentiū ad peccatum.ergo non tenemur illas occasiones verisimiles etiam mortaliū pctōrū vitare,tenet cōsequentia,quia sic essem⁹ ad impossibile obligati,cū necessario nos habeamus committere alteri parti contradictoriorū. Antecedens ꝓbo de contrahendo matrimoniū,nam ex nō contrahendo immi net homini fornicationis occasio & adulterij.ex cōtrahendo occasio cognoscendi vxorem tempore menstruorū,itē zelotypię ad vxorē,ac etiā immoderatę libidinis, & nonnunq̄ extinctiōis fœtus.Item quibusdam ex solitudine est malę volūtatis & prauorum desideriorum occasio. Hinc apud Senecam episto.x.ad Luciliū. Crates Stilbonis auditor cū vidisset adulescentē secreto ambulantē,interrogauit quid illic solus faceret:cui respondenti, Mecū loquor:dixit Crates, Caue rogo & diligēter attende ne cū homine malo loquaris. Et ex societate hoīm seductionis occasio. Pro parte opposita adduco hanc rationem efficacem & vnicā. Qui se exponit occasioni mortis corporalis, nisi ex iusta causa qua aliq̄d pręfert corpori qd licite pl⁹ amat q̄ corp⁹: peccat.ergo exponens animā occasioni & periculo interitus spiritualis peccat.Tenet consequentia:quia nihil licite pręferri potest spirituali vitę animę,quę est ex cōiunctione ad deū.¶Pro responsione ad hunc articulum pręmitto primo ꝙ vt dicit Cancellarius Parisieñ. Gerson in cōpendio suo theologię tractatu de tertia parte pœnitētię: Occasiones peccatorum sunt duplices, quædā sunt propinquæ: & hæ sunt in nostra potestate: & eas possumus amouere

ſiue repellere: quemadmodum cœna ſiue refectio delicatā & exceſſiua eſt cauſa propinqua luxurię, ſecundum illud Prouerb.xx. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. quicunq̧ his delectaẗ, non erit ſapiens. & .xliiij. diſtinctione, in ſumma. Vẽtris nanq̧ ingluuies ad luxuriā ꝓuocat facile: & omne op⁹ bonū diſſoluit. Aliæ ſunt occaſiões peccatorū remotæ, quę in noſtra poteſtate nõ ſunt, vt ſuggeſtio diabolica, vel alicuius rei delectabilis oculis nr̃is facta oblatio: nec eſt in noſtra poteſtate arcere diabolum q̄n talia noſtræ menti offerat: ab illis tamen auertere intellectum quantum poſſumus tenemur. Secundo p̄mitto ꝙ occaſiones ꝓpinquæ peccatorū ſunt in duplici differẽtia: q̄dā acceptæ: quędā datę. Occaſio accepta eſt quum factū vel res ex ſua natura non inducit ad illud cui⁹ occaſio dicitur: quomodo dicit apoſtolus ad Ro.vij. Occaſiõe accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiā. Lex nanq̧ de ſui natura cohibet appetitū a peccato, ſed ea eſt noſtrę carnalitatis conditio, vt ardenti⁹ deſideret prohibita, quibus non memoratis iaceret: quaſi ſopita, vt dicit ſup glo. verbo apoſtoli, nunc allegato. ſimiliter ratio de ſui natura ſedatiua eſt iræ, ſed ea eſt maleuoli cõditio, vt rõne magis irritetur, inquit Chryſo. ſup Mat. Sicut fieri nõ poteſt vt ligna mittendo ignem extinguas, ita fieri nequit vt rationem reddendo places hominẽ malum. Occaſio data dicitur q̄ de ſui natura inductiua eſt ad illud cuius occaſio dicitur, licet non ſit eius cauſa efficax, id eſt neceſſaria illud ponens in eſſe. hoc modo ventris ingluuies aut venter mero æſtuans eſt occaſio peccati luxuriæ. His p̄miſſis pono aliquas ꝓpoſitiones. Prima. De neceſſitate ſalutis obligamur vitare oẽm occaſionem proximā mortalis culpæ quæ per ſe inductiua & implicatiua eſt ad peccatum. probo per illud Mat.v. & .xviij. Si oculus tu⁹ ſcandalizat te: erue eum, & proijce abs te. bonum eſt tibi vnū oculum habentem vitam intrare, q̄ duos oculos habentẽ mitti in gehennā ignis. Et Eccleſiaſtici. vij. Noli quærere fieri iudex, niſi virtute potẽs ſis irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciẽ potẽtis, & ponas ſcandalū in agilitate tua. i. in leuitate affectus ſiue actus tui, ſecundū gloſ.

Secunda propositio, Idem censendũ est de occasionib⁹ acceptis quando verisimiliter ex illis aduertim⁹ nos declinaturos in peccatũ. Probo primo per. c. falsas. de pœni. distin vj. vbi dicit text⁹ Gregorij: Miles negociator, vel alicui officio deditus quod sine peccato exerceri nõ possit (per qđ denotatur difficultas nõ impossibilitas secũdũ glo.) recognoscat se veram pœnitentiã agere nõ posse per quam ad æternã vitã peruenire valeat, nisi negocium relinquat, vel officium deserat. & eadem sententia habetur per plura capitula ibi posita. Prȩterea qui amat periculum, ꝑibit in illo. Eccł. iij. Sed qui non fugit quãtũ potest huiusmodi occasiões, exponit se ꝑiculo mortalis culpæ: ergo peccat, & per consequens obligatur eas vitare. Tertio probo idem. Qui administrat gladiũ ei qui per occasionẽ acceptã ꝑnoscitur illo abusurus, peccat: ergo non min⁹ peccat cum sibi exhibet quo verisimiliter ꝓuidet se abusurũ. Item perinde est hominem occidere per occasionem datã, vel acceptam ergo perinde est occasioni occidendi se ingerere datæ, vel acceptȩ. Quarto probo idem sic. Scandalũ passiuũ nõ minus vitandum est q̃ actiuum, sed quisq; quantũ põt obligatur scandalum actiuum vitare: vt patet ex verbo Saluatoris Math. xviij. Vȩ hõi per quẽ scandalũ venit &c. ergo & scandalum passiuum obligamur vitare. Maior patet xvj. q. j. vbi dicit textus Hieronymi cap. Si cupis. Nõ multũ distat in vitio, aut decipere posse, vel decipi Christianũ. quod etiã dicit glo. Mat. xviij. ꝓpter quod Saluator Mat. x. ꝑcipit nobis habere simplicitatẽ colũbinã, & serpẽtis astutiam. simplicitatẽ, ne cuiq̃ machinemur dolos. serpentis astutiam, ne aliorum supplãtemur insidijs: secũdũ Augustinum exponentem illud Psal. lvij. Furor illis secundũ similitudinem serpentis &c. Astutia serpẽtis est vt cũ cœperit pati incantatorem suum marsum, qui eam quibusdam carminibus proprijs euocat, sicut sunt multa magica: illa amãdo tenebras suas quibus se inuolutã occultare dicit: cũ exire latebras noluerit, recusans audire illas voces q̃bus se cogi sentit, allidit vnam aurem terræ, & de cauda obturat alterã: atq; illas voces quantũ põt euitãs nõ exit ad incantantẽ, similes nos esse oportet cõtra diaboli insidias, id est

peccatorum occasiões. Hinc Philosoph⁹ circa finẽ.ij.Ethi. tria documenta assequendi virtutem tradens, primũ dicit esse ante oĩa abire longi⁹ a magis cõtrario: vt Calypso monebat dicẽs: Extra fumũ & vndã custodi nauẽ. Secũdũ considerandũ esse ad quę nos proniores sum⁹. nam alij ad alia natura feruntur. in contrariũ aũt nosmetipsos retrahere ac reniti oportet. Tertium, in oĩbus cauendum esse a voluptate. non eñ interrupti de illa iudicamus. Q̃d igit seniores populi passi sunt erga Helenam, hoc pati nos cõuenit erga voluptatem, & illorum per omnia dicere vocẽ. Tertia ꝓpositio. Non cẽsetur peccare qui necessitate siue inuolũtarie in discrimine etiã mortalis peccati est: sed qui voluntarie tali discrimini se subdit. Primam partem ꝓbo per Augu. in de vera religione. Vsq; adeo peccatum volũtarium malũ est, vt nisi sit voluntariũ, nullomodo peccatum sit: & hoc quidẽ adeo manifestũ est, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorũ turba dissentiat. quare aut negandum est peccatum cõmitti, aut fatendũ est cũ voluntate committi. Ex qua ꝓpositione seqtur alia: Cum ad vtranq; partem ęquales siue æque fortes peccati occasiones imminent, nõ peccat in alteram partẽ occasioni etiam multum forti se commitens. Ex his propositionibus infero hoc corollarium. Cõfiteri oportet quoties sponte occasioni mortalis culpæ quis se submisit, etiam si ex ea deduct⁹ non fuerit in aliud peccatũ. Et ideo hoc omittens confiteri, obligatur confessionem reiterare. Probo hoc corollarium. Spõte se cõmittere siue ingerere occasioni mortalis culpę est mortale peccatũ, vt patet ex ratione post oppositũ adducta, & ex ijs q̃ adducta sunt pro probationib⁹ primę & secundę propositionũ. sed oĩa pctã mortalia sunt necessario confitenda. ergo si quis omittat cõfiteri quoties occasioni mortalis culpæ se cõmisit, obligatur confessionem reiterare. Minorem probo: quia cõfessio oris correspõdere debet cõtritiõi: vt patet ex. c. j. agite pœnitẽtiã. de pœni. di. j. sed contritio esse debet de oĩbus peccatis saltem mortalibus, ergo & cõfessio, & per consequens &c. Minorem probo per Augu. in lib. de vera & falsa pœni. & ponit de pœnitentia di. iij. sunt plures. dicentem, Nunq̃ aliquem sa-

nauit dñs quem omnino non liberauit. totum enim hoiem sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & aiam ab omni contagione liberauit; indicans pœnitentes oportere simul dolere de omni crimine orto i aia & corpe. Quęda dam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iust⁹ & iustitia est, dimidiā sperare veniā. Cū igitur secundū Aug. confessio sit per quā aperitur moribus in spe venię, sequitur φ oportet confitentē oīa mortalia sua peccata in confessione detegere, & nullū pretermittere: quod etiā expresse precipitur in. c. omis vtriusq sexus. de pœ. & re. Ex hoc corollario sequitur alia ppositio. Qñ aliquis cōfitens inferiori, ab eo remittitur ad superiorē, pter casus reseruatos: si confitetur supiori solum peccata reseruata, nō absoluit ab eo sacramentaliter: sed solum a vinculo ecclesiæ, quod reseruationis dicim⁹: post qd inferior auditis omib⁹ pctis etiam reseruatis, sacramentalem absolutionē de omib⁹ potest impendere. Probo, nō potest quis absolui sacramētaliter nisi ab omnibus peccatis suis saltem mortalib⁹ absoluat, sed nō potest sacerdos quicunq sacramētaliter absoluere a peccatis ei per cōfessionē sciēter aut ex negligētia nō detectis. ergo vbi supior solū audit peccata reseruata si cōfitēs habet alia mortalia cōfitēda, nō pōt eū sacramētaliter absoluere. Maiorē probo: Absolutio sacramētalis a dei ministro imptita, cōformis esse debet dei absolutioni; vt patet ex dicto magistri dist. xviij. iiij. sed de⁹ neminē absoluit nisi ab oib⁹ pctis absoluat simul; vt declaratū est in pbatione pcedentis corollarij. Minor ab oib⁹ conceditur, & patet ex ijs q adducunt a Gratiano de pœni. di. vj. c. qui vult. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt qd debet iudicare discernat. diligēs igitur inqsitor sapiēter & q astute interroget a peccatore qd forsan ignorat, vel verecūdia velit occultare. Seqt alia ppositio. Sine sufficiēti cōsciētiæ examine puio confitēs, etiā si oīa priora pctā cōfiteat, non absoluit sacramentaliter: & tenet cōfessionē iterare. Idem est si de aliquo mortali nō atterit, vel si cōfitet nō habens actuale ppositū vitādi oia mortalia pctā. Primā partē pbo: quia talis se cōmittit discrimini diuidēdę cōfessiōis, tiue nō faciēdi integrā confessionē. Vñ scdm doctorē sub-

tilem in.iiij.volens rite cõfiteri, & sacramẽtaliter absolui, adhibere debet tantã diligentiã examinãdi suã conscientiã quantã adhiberet circa aliud multũ arduũ & difficile qđ sibi esset cordi. Secundã partẽ pbo. ad veram cõfessionem requiritur dolor de peccatis cũ actuali pposito vitãdi oia mortalia peccata. ergo qui hęc nõ habet, tenetur cõfessionem iterare. Antecedens patet per Bernardũ de modo viuendi, ad fororẽ. ca. xxvij. Nihil aũt peius q̃ culpã cognoscere nec deflere. Idem pbo. non est vera cõfessio sine pœnitentia, vt patet ex. c. quod quidam. &. c. deus qui ecclesiã. de pœni. & re. sed pœnitentia (vt dicit magister in. iiij. dist. xiiij.) est virtus qua cõmissa mala cũ emendationis pposito plãgimus & odim⁹ &c. Tertio fundo illud efficacius in scriptura sacra. Ad hoc ꝙ quis restituatur ad statũ salutis, nõ sufficit malũ detestari, sed oportet etiam adhęrere bono, vt patet per pphetam Psal. xxxiij. Declina a malo, & fac bonũ. inquire pacẽ, & psequere eã. Quę verba allegantur. j. petri. iij. & p apl'm ad Ro. xij. Odientes malũ, adhęrentes bono. & Esa. j. Quiescite agere puerse, discite bene facere. Sed nemo adhęret bono, nisi pponat bene agere. nõ pponit aũt qs efficaciter bene agere, nisi velit vitare omne impediẽs, quod est mortale pctm̃. ergo &c. De alijs casibus qb⁹ est iterãda cõfessio, remitto ad doctores in. iiij. nõ tñ credo verũ (qđ a multis dicit) iterãdã cõfessionẽ qñ pœnitentia p peccatis iniũcta omittit impleri: vt satis haberi põt ex prius dictis: quia rite cõfessus & absolut⁹ nõ tenet eadẽ peccata iterũ confiteri. Ad ratiões ante oppositũ. Ad primã, solũ pcedit de occasionibus venialiũ peccatorũ: & cõcedo nõ esse nos obligatos illas cõfiteri, necꝙ quoties volũtarie illis nos ingessim⁹, aut volũtarie submisim⁹: quãuis, volũtarie illis se submittens venialiter peccet, & coget hic vel in futuro de hoc satisfacere pœnã sustinẽdo. Ad secundã, pcedit de occasionib⁹ acceptis: & illas quisꝙ vitare tenet, q suę fragilitati cõscius p qualitate psonæ aduertit siue pbabiliter credit se in peccatũ declinaturum ex ipsis. si aũt possit & velit a prędictis amputare quod sibi erat occasio pertrahens ad peccatum, vel si constantior & firmior factus pposuerit & se conseruaturum credat ꝙ occasione

talium amplius non ruet in peccatū:non peccat se talibus miscendo,cum non sint de se peccata: vel si etiam aduertat verisimiliter hęc vitādo maiores & periculosiores peccati occasiones sibi imminere,nō peccat his se immiscēdo: cū omnes peccati occasiones vitare non possit,sequēs doctrinā Tholetani concilij.in.c. duo mala.positā.xiij.dist. Duo mala licet omnino cautissime sint pręcauenda,tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrate cōpulerit: id debemus resoluere,quod minori nexu noscit̄ obligari. Ad tertiam relationem,solum concludit quando ad vtrāq; partē cōtradictiōis quis aduertit ęqualiter imminere peccati occasiones: alias si voluntarie quis se cōmittit vni⁹ partis occasionibus non considerato alteri⁹ partis periculo: peccat, quantum ad animam periculo peccati sponte se exponēs.

Argumenta Quodlibetarii.

¶Contra duas primas ꝓpositiōes argumētor. Nemo tenetur vitare aliquod opus supererogationis,seu cōsilij euāgelici: ergo non tenemur vitare omnes peccati occasiones. Antecedens ꝓbatur secundum Bernar. in lib.de dispensa. & prę.circa principiū. Oīa ꝑ dn̄m tradita in sermone dn̄i in monte(q̄ incipit M.t.v. & ꝓtendit̄ vsq; in finē. vij.ca.) nunq̄ nisi innocēter nunq̄ nisi salubriter aut imperant̄ aut obseruantur.In quib⁹ capitulis dn̄s suadet opera cōsilij & perfectionis,Si q̄s te angariauerit,&voluerit tunicā tollere:dimitte ei & pallium &c: Consequentia tenet, quia illa opera cōsilij multis sunt occasio scandali siue peccati: vt si dimiserint sua raptorib⁹, paupertate cōpulsi furantur, & alia crimina fornicationis & adulterij ꝓ subleuanda paupertate & tollenda fame cōmittūt. ¶Respōdeo. Ad ꝓbationē antecedentis dico ꝙ Bernardus intendit ꝙ illa opera consilij vt sunt actus virtutum nunq̄ nisi innocenter aut salubriter pręcipiūtur aut fiunt: sed vt sint actus virtutum, non satis est vt ꝓpter deum fiāt, quod est recte offerre:sed etiam oportet congruentes circunstantias adhibere,iuxta illud Gen.iiij.secundū translationem.lxx.Si recte offers,recte autem non diuidis:peccasti. Sic est in proposito quando pręsci⁹ suę fragilitatis verisimiliter aduertit ꝙ tale erit ei

peccati occaſio. ¶Contra. Laudabile videt̃ & fortitudinis actus ob pericula ſeu diſcrimina deficiendi a pſecutione cõſiliorũ Chriſti minime deterreri. ergo non eſt pctm̃ ſponte ingerere ſe occaſionibus peccatorum in ſpe ſaltem euitandi peccatum. Antecedens patet: quia niſi ſic, nulli liceret penitus abdicare ꝓprietatem, vt faciunt fratres minores, cũ hoc ſit exponere corpus diſcrimini, & animã multis periculis, ad quæ mẽdicitas ſeu extrema illa paupertas inducit. propter quod orauit Sapiens. Mẽdicitatem & diuitias ne dederis mihi; ne egeſtate cõpulſus furer &c. Prouer. iij. ſed hoc eſt falſum, vt patet ex determinatiõe eccleſiæ ca. exijt qui ſeminat. & in cle. exiui. de verborum ſigni. Reſpondeo ad antecedens: Quando homini veriſimile eſt vel ꝓbabile dubium ꝙ ex ſtatu conſilij peccata incurret, temeritatis eſt non fortitudinis illum ſtatũ aſſumere vel ſubire cum periculo animę: & tunc ꝓcedit illud Sapiẽtis: Qui altam facit domũ ſuam, petit ruinam. ſecus quãdo de domini adiutorio confiſus ſperat immaculato calle iter cõſilij trãſire. Et ad confirmationẽ, ſtatus ille perfectionis ex ſe non eſt implicans ad peccatũ, tamen ab imperfectis poſſet aliquãdo temere aſſumi: ſicut ſi ꝓ̃ter neceſſitatẽ offerrẽt ſe martyrio pręſcientes veriſimiliter aut dubitantes ꝙ ſub tormentis a Chriſto deficerent. ¶Contra corollariũ reſponſiuũ argumẽtorũ ſi oporteret cõfiteri quoties ſponte nos ſubmiſimꝰ occaſionibus mortaliũ peccatorũ, ſequeretur ꝙ aliquando oporteret nos confiteri de neceſſitate venialia peccata. hoc falſum eſt. vt tenet communis doctorum ſententia. ergo &c. Sequela patet, quia cum venialia peccata ſaltẽ multiplicata ſint occaſio lapſus in mortalia, vt colligi põt ex ijs quę adducit Gratianus de pœni. diſt. j. c. tres actiones. oporteret confiteri ꝙ illa non vitauimꝰ. ſed hoc non eſt niſi veniale peccatum. ergo &c. Dico ꝙ quando aliquis aduertit ex peccatis quę de genere non ſunt niſi venialia, imminere ſibi periculũ mortalis peccati: niſi ab illis tũc abſtineat, peccat mortaliter. quare tũc cõfiteri habet ꝙ illa non vitauit: nec eſt hoc magis abſurdũ ꝙ̃ ꝙ cõfiteri habeat ſe nõ vitaſſe res in ſe licitas, vtputa militiã, aut negociationem quãdo ex illis aduertit ſibi imminere mortalis peccati periculum.

O

¶Contra. Ex quolibet veniali imminet mortalis peccati periculũ siue occasio. si ergo ꝓpter hoc non vitare veniale peccatum esset mortale, sequeretur ꝙ de quolibet veniali oporteret confiteri ꝙ illud non vitauimus. Antecedẽs patet Eccl'i. xix. Qui spernit modica, paulatim decidit. Dico negando antecedens. ad ꝓbationẽ dico ꝙ verbum sapiẽtis solum concludit peccatum veniale disponere quodãmodo ad mortale, non quidẽ de directo, sed per quandam consequentiam; aut sicut remouens ꝓhibens: vt declarat doctor sanctus. j. ij. q. lxxxviij. art. iij. ex quo non sequit̃ quodlibet esse occasio mortalis, cũ occasio peccati (vt in ꝓposito de ea loquor) habeat periculum annexũ. Periculum, vt dicit Philosophus. ij. Rhetoricę, est timendę rei appropinquatio. quod non conuenit cuilibet peccato veniali.

Prior quęstio sine argumentis.

PROPTER quid Saluator Mat. vij. dicit, Angusta porta & arcta via est q̃ ducit ad vitam: cũ ꝓpheta de hac via sermonẽ faciẽs Psalm̃. cxviij. dicat: Ambulaui in latitudine, q̃a mandata tua exquisiui. ¶Pro solutione hui⁹ quęstiunculę p̃mitto ꝙ virtutes tam morales quã theologicæ sunt via siue iter perducens rationalẽ creaturam ad vitam ętemam: quæ iuxta certissimum Saluatoris testimonium consistit in clara dei visione. Hæc est autem vita ęterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioan. xvij. Prima pars hui⁹ præambuli ꝓbatur Psalm̃. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur de⁹ deorum in Sion. quod verbũ pertractans August. inquit, Virtutes agendę vitę nostrę quatuor describuntur a multis, & in scriptura inueniuntur. Prudentia, qua dinoscim⁹ inter bonũ & malum. Iustitia, qua sua cuiq; tribuim⁹, nemini quicquã debentes, sed omnes diligentes. Temperantia, qua libidines refrenamus. Fortitudo: qua oĩa molesta toleramus. Istę virtutes nunc in cõualle ploratiõis ꝑ gratiam dei donantur nobis: a quibus imus in illam virtutem quę est solius contemplationis dei. Idem sentit Ambrosius in vno sermone dę martyrib⁹, exponẽs illud Psal. xv. No-

tas mihi fecisti vias vitę. Ipse dominus notas fecit mihi vias vitę, cū me docuit fidem, misericordiam, iustitiā, castitatem. His enim itineribus peruenitur ad salutē. Hinc August. libro de beata vita circa finem tertię disputatiōis approbat sententiam matris dicentis. Ad beatam vitam quę vita perfecta est, nos festinanter posse perduci solida fide, alacri spe, flagrante charitate, p̄sumendū est. Secūdo præmitto ꝙ carentibus habitu virtutis, via virtutū difficilis & angusta apparet, propter tres causas, quas pulchre ptractat Buridanus. ij. Ethico. q. xiij. Prima se tenet ex pte intellectus: quando scilicet notitiam agendorū nō habet. Cum enim secundum Dionysiū bonum sit ex integra causa, malū aūt ex defectu cuiuslibet: & vt ait Philosophus. ij. Ethico. delinquere multipharium est: (nam malum quidē infiniti est, vt Pythagorici putāt, bonū autem finiti) sequit (vt ibidem concludit) facile quidem non cotingere signū id est opus virtutis, quod in medio consistit. Difficile autē contingere, presertim nō habētem illius notitiam: de quo vij. Ethicorum dicitur: Quemadmodum corpori forti sine visione moto accidit falli forti⁹ propter non habere visum sic & hic. Si autem accipiat intellectum in operari, differt. Secunda causa est ex parte appetitus hominis quæ vel ratione fomitis peccati, vel vitiosi habitus ex prauis actibus acquisiti fortiter inclinatur: & impellitur ad operationes contrarias actionibus virtutū. de primo scribit Geñ. viij. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescētia. ppter quā pronitatē difficile est homini recte operari. Hinc aposto. ad Rom. vij. Video aliā legē in mēbris meis rępugnātē legi mētis meę. Et Philosoph⁹ circa fi. j. Ethi. vt resolutę corpis ptes si ad dextrā mouere velis, in sinistrā ferunt: sic & in animo ferunt incōtinētium appetitus. De difficultate operādi bonū pueniente ex vitioso habitu siue ex praua cōsuetudine dicit Hiere. xiij. Si mutare pōt ęthiops pellē suā, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cū didiceritis malū. Tertia causa prouenit aliquando ex parte corporis aut membrorum corporis: quæ quia non sunt assueta ad exteriores actiōes virtutum, sæpenumero in illis lassantur, & eas difficulter

exercent: quemadmodum ad voluptuosam vitam assueto difficile est dura pœnitentię opera assumere. His p̄missis ad quæstionem respondeo. Amatoribus seculi & volupta tum carnalium via perducens ad vitam angusta & arcta videt̄ q̄ t̃n virtutes & dei dilectionē habentibus latissima & facillima patet. Prima pars huius quęstionis euidenter sequit̄ ex ijs quæ nunc in secūdo p̄ambulo dicta sunt. Hinc Christus Math. xix. ait: Facilius est camelum per foramen acus transire, q̄ diuitē intrare in regnū cœlorum, id est diuitias amantem, vt vult glo. Luc. xviij. Omnib⁹ eñi malis lapis offensionis est Christus. q̄cquid dicit Christ⁹, amarum est illis teste Aug. in epistolam Ioannis tractatu. iij. Non potest quis dēo seruire, & mammonæ. Mat. vj: Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & palliū breue vtrūq; operire nō pōt: Esaiæ. xxviij. Coangustatum stratū dicitur cor hominis, quod amorē dei cū amore mundi simul capere non potest. Vnde Chrysosto. sup Math. Omnis iustitię introitus ad vitam æternam angustus est viuenti in carne, propter aduersitatē naturę carnalis: cui graue est & difficile a sua natura carnales passiōes præcidere, pręsertim quæ sunt circa delectationes gustus & tactus, assumendo laboriosa pœnitentię opera. Secunda pars conclusionis probatur per Augustinū tractantē illud Psalm̄. xxx. Statuisti in loco spatioso pedes meos &c. id est facilem mihi fecisti iustitiam, quæ mihi aliq̄n erat difficilis. Via iustitiæ laboranti angusta est, amanti lata & facilis. & ad Ianuarium, Sicut corpus suo pondere facile nititur vel deorsum, si graue: vel sursū, si leue: ita aīæ in id q̄d amāt, facile feruntur amore. sicut eñi sunt pōdera & collocationes corporum, sic amores & delectationes animarum. vi. de trinitate. c. vlt. Hinc in sermone de charitate, ait idem Aug. Diuinarum scripturarum multiplicem abundantiam latissimamq; doctrinam fratres charissimi sine vllo errore comprehendit, & sine vllo labore custodit. cuius cor plenum est charitate: dicente apostolo: Plenitudo legis est dilectio. ad Roma. xiij.

Secunda quęstio sine argumentis.



Ropter quid Sapiens Prouerbiorum.xvij.dicit, Quis euitat discere, incidit in malum cũ idem Eccles.j.dicat, Qui apponit scientiã, apponit & dolorem? ¶ Partes huius quæstiũcu-
lę repugnare ideo vident, quia primæ partis verba innuunt eũ qui discit, vitare malum, in qđ eundem incidere affirmant verba secundæ partis dicendo apponẽtem scientiam apponere dolorẽ, qui est quoddam malum Pro huius quęstionis solutione, & eius partium apparenter repugnantium concordia, præmitto ꝙ secũdũ Augustinum Sapiens per scientiam hic intelligit notitiam qua quis suam infirmitatem & imperfectionem attẽdit & cognoscit: quam cuius alij præponendam dicit Augu. in prolog. iiij. lib. de trini. sic inquiens. Scientiam terrestrium celestiumꝗ rerum magni æstimare solet genus humanũ: in quo profecto meliores sunt qui huic sciẽtiæ præponũt noscere semetipsos: laudabiliorꝗ est animus cui nota est vel infirmitas sua, ꝙ qui ea non respecta vias syderum scrutatur etiam cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorãs ipse viam qua ingrediatur ad salutem, ac infirmitatẽ suã. hanc scientiam qui apponit, apponit & dolorem, dolorem scilicet peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suę, & cõditoris eius beati dei. Vnde Bernardus super Cantica sermone.xxxvj. Quomodo non vere contristabit homo ex vera sui cognitione, cum se perceperit oneratum peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatum. terrenis intricatum curis, carnalium desideriorum fece infectum, cęcũ, curuum, infirmũ, implicitum multis erroribus, expositũ mille periculis, mille timoribus trepidũ, mille difficultatibus anxium, mille suspicionibus obnoxium, mille necessitatibus erumnosum, procliuem ad vitia, inualidum ad virtutes? propter quorum considerationẽ cogitur cum propheta exclamare: Quare misero data est lux, & vita ijs q in amaritudine animę sunt? Hanc sententiam qui euitat discere, incidet in malũ. Esaiæ.v. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiam nobiles ei⁹ interierunt famæ, & multitudo eius siti exaruit. In captiuitatẽ videlicet carceris infernalis. ideo ibidẽ subditur, Pro-

pter hoc dilatauit infernus animam suam,& aperuit os suũ absq; vllo termino. In malum hoc incidunt qui se ignorãt: primo quia in detestabile præsumptionis vitiũ facile labũtur, teste Lactant. Hæc enim prauitatis est causa, ignoratio sui: quo fit vt tales cæteros quosq; leuiter despiciãt, nihil rectum putantes nisi quod ipsi fecerint festucam q̃ in oculo fratris est, cõsiderant: sed trabem in oculo nõ vident proprio. cõtra quos in persona iustorũ dicit scriptura Neemie. iiij. Audi deus noster, quia facti sumus despectui. Cõuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. Secũdo in malũ incidũt, qa volentes plus sapere q̃ oportet, atq; naturalem imperfectionem nostri intellectus non attendentes, omniũ cognoscibilium ab homine notitiam virtute naturalis luminis intellectus posse attingere contendunt: & ideo diuinam sapientiam (in cuius obsequiũ oportet captiuare intellectũ) stultitiã arbitrantur, ab eius studio se & alios auertentes & hoc est vnum genus peccati quod deus statim alijs criminibus vindicat. ad Rom. j. Sicut non probauerũt deum habere in notitia, tradidit eos in reprobum sensum, vt faciant ea quę non conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia &c. propter quod etiam de⁹ populũ pcutit. Esaiæ. v. Abiecerũt legem domini exercituuum & eloquiũ sancti Israel blasphemauerunt, ideo iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum suam super eum. & percussit eum. Tertio suam perfectionem non considerantes, in malum incidunt: quia nunquã vere se humiliãt: & ideo de suis peccatis perfecte non pœnitent: cum teste Chrysostomo perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. in corde contritio: in ore confessio: in ope tota humilitas. quibus hoc malum Saluator prædicit futurum quod omnes simul peribunt. sicut illi decem & octo super quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Lucæ. xiij.

Secunda quodlibetica quęstio eiusdem, anno 1510, disputata.



TRVM DAMNABILIVS SIT curam animarum appetere, illam ve in ſtatu mortalis peccati ſeruare: an propter religionem vel maius bonũ deſerere & reſignare? ¶ Pro deciſione huius quæſtionis iuxta quatuor quæ in ea tanguntur, erunt quatuor articuli. Primus, vtrum appetere curam animarũ, ſit damnabile. Secundus, vtrum exercere miniſterium curæ in ſtatu mortalis culpæ, præſertim quo ad orationes & ſuffragia (ſine quibus a nullo animarum cura licite tenetur) ſit etiam dãnabile. Tertius, an dãnabile ſit ob frugem melioris vitæ ſeu propter relgionis ingreſſum eam deſerere & reſignare, intellige cum digne adminiſtrauerit, & gregi aliũde prouiſum non erit. Quartus, quodnam horum damnabilius eſſe videatur. ¶ Quo ad primum videtur inprimis illicitum & damnabile curam animarũ appetere, primo ex verbo apoſto. ad Heb. v. Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ, ſed qui vocatur a deo tanquam Aaron: ſicut nec Chriſtus ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu. Hinc Auguſt. xix. de ciui. dei. ca. xix. dicit, Locus ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita adminiſtretur atq; teneatur vt decet: indecenter tamẽ appetitur. Confirmatur ex verbo ſaluatoris Mat. xxiij. vbi ſcribas & phariſæos arguit dicens, Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis &c. Secundo non licet animarum curam niſi digniori cæteris committere. ca. licet. & alijs capit. viij. quæſtio. j. Sed nemo ſine temeritate poteſt exiſtimare & credere ſe alijs digniorem & magis idoneum: ergo nullus poteſt licite curam animarũ appetere. Minor patet ex verbo Saluatoris Luc. xviij. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Tertio ad idem arguitur ex ca. ſicut. j. quæſtio. vj. Sicut is qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouendus: ſic qui vltro ambit, vel importunum ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Confirmatur ex. l. ſi quenquam. C. de epiſco-

pis & cleri. quę sic habet, Antistes tantū ab ambitu debet esse sepositus, vt quęratur cogendus, rogat⁹ recedat, inuitat⁹ effugiat. sola sibi suffragel necessitas excusandi. Profecto em̄ indignus est sacerdotio nisi fuerit ordinat⁹ inuitus. In contrariū est illud Ecclesiastici. vij. Noli q̃rere fieri iudex, nisi virtute potens sis irrūpere iniquitates. ergo ab exceptiua ad partem exceptam argumentando, cōcessum imo consultum intelligitur vt dum quis virtute potēs est irrumpere iniquitates, quærat fieri iudex. sed idem iudiciū videtur de quærenda & appetenda animarum cura: ergo non est illicitum quærere animarum curam & appetere. Ad idem etiam est practica cancellariæ apostolicæ quæ in concessionibus gratiarū etiam ad curas vtitur hac forma, Precibus tuis inclinati &c. ¶ Pro solutione huius quęstionis pręmitto ꝙ exigente proximorum necessitate, non solum licet, imo necesse est vt homo erudit⁹ se ingerat ad fratrum directionem: & nonnunquā vt scientiam ministret, quamuis curatus eorum non sit. Patet ex pręcepto fraternæ correptionis. Patet etiam, quia parum refert ad mortem animæ, eam inferre, vel admittere cum possis ꝓhibere. lxxxiij. distinctione in principio, & in diuina lege fundatū Exodi vicesimotertio, & Deuterono. vicesimosecundo de oue & boue proximi errantibus reducendis & seruandis donec proximus iam̄ absens redierit. Nam sicut in temporalibus eam curam adhibere tenemur, vt proximis ꝓhibeamus damnū, ita multo magis curare & occurrere tenemur, etiam si inuiti sint, vt damnum animę impediamus: vt recte infert Augustinus scribens Bonifacio: xxiij. q. iiij ipsa pietas. Quo ad ministranda sacramenta patet quod dixi in art. necessitatis, qn̄. s. curatus abest, vel ministrare recusat, aut forte nescit: pro quo videtur esse textus xxvj. q. vj. c. si presbyter. & c. agnouimus. Secūdo ꝓmitto aliud esse aliquē assumere sibi honorem, aliud instare vt scd̄m merita dignitatis honor sibi tribuat. Vnde Matt. ix. Saluator misert⁹ turbę (quę vero pastore carebat) discipulis (qui pastores destinādi erant) inquit, Messis quidē multa, operarij vero pauci: rogate ergo dominū messis vt mittat operarios in messem suā. Quid autē aliud in discipu-

lis futurum erat rogare dominum vt operarios mitteret,q̃ vt eos pastores designaret qui curã gregis habituri essent? Et quis dubitat sine peccato fieri vt quis deũ roget vt sibi de cura prouideat, in qua populum verbo & exemplo sit ędificaturus?sic em̃ Esaiam sese obtulisse vt mitteretur legimus dicentẽ,Ecce ego,mitte me. Sed assumere honorẽ, temeritatem notat:cum videlicet pręter aut supra merita seu alijs vijs illicitis contendit quis ad honorem:de quo & similib? Osee.viij.scribit:Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt,& non cognoui. Vnde Augu.(cuius verbis & non sententia quidam moti iudicant illicitũ q̃tumlibet doctis & bonis viris appetere curam animarum) Qui episcopatũ inquit desiderat, bonum opus desiderat, deducens licitum appetere,modo illum quis vt prosit non solũ vt pręsit desideret. & Greg. Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam,sed ad vtilitatem adipisci desiderat:prius vires suas cum eo quod est subitur? onere metiatur.i.q.j.non est putãda. Et Vrbanus papa. Ad presbyterij fastigiũ talis accedat, vt & nomẽ ætas impleat,& meritum probitatis stipendia anteacta testẽtur. inde summi põtificis iure locũ sperare debebit.lix.dist.si officia. Idẽ habetur in.lxxvij.dist.in singulis.imo & hoc ꝓbabiliter arguendo,quemadmodum pręlatus regimẽ animarũ committẽs indignis,discrimẽ auget,& grauissime peccat,subditorũ aĩas sub tali pastore perditionis periculo exponẽs: ita & is qui idoneũ se cognoscens quantum humana fragilitas nosse se permittit, si illud non ꝓhibet vbi instando & preces fundendo per se prohibere posset: quãuis pauci hoc tempore tam scrupulosi sint, vt petere metuentes locũ cedant lupis. Ex quibus ꝓ responsione ad quæstionẽ huius articuli hanc conclusionẽ infero. Viro digno & sufficienter erudito appetere imo & solicitare curã animarum non est damnabile,imo licitum & laudabile.quę etiam satis patet ex Amb.j.ad Ti.iij.super illo verbo apl̃i:Oportet episcopum esse irreprehensibilẽ &c.dicente, Qualis debeat esse episcopus,describit:vt nemo episcopatum, nisi qui fuerit fidus,appetat,& qui ab omnibus contrarijs sese abstinere põt.Ex quo sequitur argumẽtando ab exceptiua ad partẽ

exceptam, ꝙ qui sentit se fidum & idoneum, potest appetere. his tamen hoc moderamen addi dicit, ne quis facile ac temere se idoneū vel ex sola doctrina vel ex vitæ puritate credat, cū ad digne preessendū vtrūq; noscat necessarium. Præceptū enim legimus non plus sapere q̄ oportet, sed ad sobrietatem, & vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. ad Ro. xij. ¶ Ad rationes ad oppositum, dico ad primam: Nemo assumit sibi honorem cū medijs opportunis & licitis ad honorē pertingit, vt patet ex dictis in secūdo preambulo: & satis vocatur a deo qui non pompam appetit, non de prelatione gaudet, sed necessitas aut vtilitas fratrū trahit, fructū querit, ecclesie vtilitatem expetit. Ad cōfirmationem ex Aug. solum vult Augustinus non esse appetendum locum superiorem ad elationis pōpam. ¶ Ad secundam rationē dico. Licet quisq; debet ex humilitate (cōstat de stultitia vel improbitate) se alijs inferiorem putare vite conditione aut merito, non tamē quo ad directionē aliorū verbo doctrine, & exemplaritate vite: & hoc principaliter attendi debet in cura animarū. potest etiam sine temeritate quis iudicare ꝙ magis idone⁹ nollet acceptari, aut ꝙ alteri minus idoneo prouidebitur. ¶ Ad tertiam rationē dico ꝙ ambire est supra dignitatis proportionem honorem querere: nō autem si quis querat iuxta ꝓportionem meritorum & virtutum. hoc em̄ licitum est, modo referatur ad aliorum salutem, & ecclesie edificationem ꝓcurādam. Ad confirmationem dico Leonem imperatorem hoc cōstituisse eo tēpore quo magis idonei exquirebant & cōpellebantur suscipere ꝓlationes. sed hoc t̄pe calamitoso cū digni negliguntur, nec aīabus ꝓuidet, fratrum necessitas exigit vt digni se ingerant, & opportune importune prelationes petant & aīarū curas. ¶ Secundus articulus est: An exercere ministeriū cure animarū in statu mortalis culpe, presertim quo ad orationes & suffragia, sine quibus a nullo aīarū cura licite tenetur, sit etiā damnabile, ita ꝙ continuo quis peccet qui ex officio vel alias obligatus orare, orat in statu mortalis culpe? Ad hui⁹ articuli veritatē inquirendā inducā ad vtrāq; partē argumēta q̄ plus difficultatis afferre vident. Ad partē affirmatiuam sic argumentor. Nullus

soluendo pecuniã quę sit nullius valoris aut põderis, satis facit. sed oratio eius qui est in statu mortalis culpę, caret & põdere & valore, cũ põd⁹ & valorẽ accipiat ex charitate. ergo obligat⁹ orare, si in statu mortalis culpę oret, nõ satisfacit. Cõfirmaẽ. Null⁹ satisfacit deo ea re qua illũ ꝓuocat & offẽdit. sed qui in statu mortalis culpę orat, oratiõe offẽdit deũ & irritat: ergo sic orãs nõ satisfacit. Minor patet ex verbo Grego. iij. q. vij. c. in grauibus. Cũctis liquet cũ is qui displicet, ad intercedendũ mittitur, irati anim⁹ ad deteriora ꝓuocaẽ. Scriptũ quippe est: Victimę impiorũ abominabiles sunt deo. neq; ei omipotẽtis dei iudicio q̃d sed a quo datur inspicitur. hinc scriptũ est: De⁹ respexit ad Abel, & ad munera ei⁹. ad Caim aũt & ad muuera ei⁹ nõ respexit. Secundo arguitur ad idẽ. Actus redditur vitios⁹ seu moraliter mal⁹ nõ ex indebita circũstãtia finis tm̃, sed etiã ꝑsonę q̃ actũ facit, itẽ & modi & qualitatis qua agitur. sed dũ orat peccator, est indebita circũstãtia personæ: ergo peccator in statu mortalis peccati orans nõ satisfacit obligationi de orando. Antecedẽs patet ex philosopho. iij. Eth. Itẽ etiã ꝑ illud Gẽn. iiij. scd̃m trãslationẽ. lxx. Si recte offers, recte aũt nõ diuidis: peccasti, q̃d Au. tractãs in. xv. de ci. dei dicit eũ recte offerre, q̃ videlicet vero dño (cuivtiq; offerẽdũ dignoscit) offert. Sed recte non diuidit si nõ omnem circunstanciã debitam adiungit. cõcludẽs Caim peccasse quia in statu mortalis culpę obtulit sacrificium altissimo, non obseruans circũstantiã debitam personę. Minor patet, quia oratio est sacrificiũ labiorũ. secũdũ illud psal. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo: & ad Heb. vl. Offeram⁹ hostiã laudũ ꝑ deo: id est fructũ labiorum cõfitentiũ nomini ei⁹. & idẽ habetur in cle. j. de celeb. missarum circa principiũ. Est eñ oratio actus latrię, vt cõmuniter doctores sentiũt. Tertio arguitur ad idẽ ex verbo Sapientis Prouer. xxviij. dicentis. Qui declinat aures suas, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. sed peccator a lege declinat aures, ergo &c. Cõfirmaẽ ꝑ Apostolum. j. ad Corinthios. xiij. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil

mihi pdest. In oppositum arguitur per Aug. super Ioan. tractatu. xliiij. pertractantem verbum cæci Ioan. ix. Scim⁹ quia peccatores deus non exaudit. vbi dicit quod cæc⁹ hoc dicẽs adhuc inũctus loquitur. Nã & peccatores exaudit deus. Si enim peccatores deus nõ exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terram dimittens, & pectus suũ percutiens, diceret: Deus propiti⁹ esto mihi peccatori. ¶ Pro decisione huius articuli pręmitto ꝙ nemo soluit seu satisfacit obligationi orans cum voluntaria vagatione, distrahendo scilicet mentem a deo, a terrena cõuertendo. Probat, Oratio secundum Damascenum est ascensus mentis in deum & petitio dicentium a deo, sed huiusmodi ascensus mẽtis stare nõ potest nisi orans deum attenderit, quãtũcũqꝫ pferens verba labia mouerit. ergo propositũ. Hinc Hugo de sancto Victore, Si cum orationem fundim⁹, quodlibet aliud in corde versam⁹, etiam si illud bonũ sit, a culpa liberi non simus. Et Chrysostomus in homilia de oratione, q̃ incipit. Magnum vero bonum est oratio: inquit. Si corpe humi prostrato, & ore incassum nugãte, mens totã domũ & forum circumeat: quomodo dicere talis poterit ꝙ in cõspectu dei precatus sit? Nam orat in dei cõspectu totã colligens animam suam, & nihil habẽs cum terra commune. Nec enim tam voce opus est, q̃ cogitatione: neqꝫ tam manuũ extentione, sq̃ animi intentione: neqꝫ figura, sed intellectu. Confirmatur ex. c. dolentes. de celeb. miss. vbi p̃latis & minoribus clericis in virtute obedientiæ p̃cipitur vt diuinum officium nocturnũ pariter & diurnum quantum eis domin⁹ dederit studiose celebrẽt pariter & deuote. Ex quibus patet q̃ sit præter rationẽ & inopinabilis quorũdã doctorum opinio dicẽtium ꝙ legens horas canonicas aut intentione sinistra, vt puta ad vanam gloriam, aut absqꝫ attentione, absoluit se a p̃cepto ecclesiæ de legendis horis: licet apud deũ de negligẽtia & peruersa intentione culpetur. cui opinioni Gerson in suis conclusionibus adhęrere videtur. similiter & dominus Petrus de Palude in iiij. distinc. xv. q. v. arti. ij. conclusione. iiij. dicens ꝙ euagatio mentis deliberatiua sine exteriori occupatione in oratiõe quę est diuini p̃cepti est mortalis, & arguit præcepti trãsgressio-

nem: nō autem in illa oratione quę est humani pcepti seu ecclesię. innitens huic fundamento ꝙ actus interior nō potest cadere sub humano præcepto. cuius fundamenti falsitatem pulchre & admodū erudite declaruit superioribus annis dominus & pceptor meus decanus sancti Petri Louanien. in vna. q. quodlibetica. Pro intellectu tamen nunc dictorum aduertendum est ꝙ triplex est attentio q̄ vocali orationi adhiberi potest, vt dicit Tho. secūda secundę. q̄st. lxxxviij. art. xiij. Vna qua orās attēdit ad verba, ne in illis erret: & hæc non est simpliciter necessaria quo ad om̄es, licet fortassis sit necessaria in ministris ecclesiæ quo ad oēs nes quas tenentur in ecclesia publice facere; vt patet ex. c. dolētes. superius allegato. & cle. graui. eo. titu. Secūda attētio est ad sensum verborum, & hæc nō est necessaria nisi propter quandam refectionē mētis spiritualem seu delectationem quam ex sententia verborum mens orātis cōcipit. sine qua tamen potest orans orationis effectum cōsequi. Tertia est attentio ad finem orationis, videlicet ad deum & rem quæ petitur a deo, & hęc necessaria est cuilibet vtiliter volenti orare: quæ aliquando tanta est vt omniū aliorum mens orantis obliuiscatur: dicēte Hugone de sancto Victore, Pura est oratio quando ex abūdātia intētiōis mens ita accenditur, vt cum ad deū se cōuertit, etiam suæ petitionis obliuiscatur. Ad valorem tamen seu efficaciam orationis non requiritur de necessitate vt hæc attentio comitetur totam orationem, sed sufficit vis primę intētiōis, qua aliquis orandum accedit, modo per contrariam intentionem non interrumpatur. Interrumpit autem per volūtariam mentis euagationem. Secundo pmitto ꝙ accedere peccatorem ad orationem imparatum, videlicet sine displicentia peccatorum, & forte cum proposito peccādi, vel pro opportunitate seu prosperitate impetrandi ad peccandum: est facto tentare deū, vt puta effectualiter velle experiri eius scientiam aut bonitatem seu virtutem videlicet an etiam videat occulta nostri dedecoris, & quales mente in abscondito sumus, vel certe an etiam vitijs nostris aliquādo faueat, & mala ac damnabilia nostra proposita nō execretur, neq; exhorreat. Hinc Eccli. xviij. pręceptū legi-

mus. Ante orationē p̄para animam tuā, & noli esse quasi vir tentans deum. Sed accedere in spiritu humili, aut saltē attrito, seu cum peccatorum displicentia, ob id orās vt in veram cōtritionem & peccatorum remissionem adducat: virtutis est opus, nec deum prouocat: sed mouet poti⁹ ad miserandum. Tertio præmitto, oportet recte orātē parati animi se exhibere vt diuinę cedat volūtati, neq; remurmurare velit aut reniti si contra q̄ petim⁹ ipse disposuerit. Probatur ex verbo Cypriani in.c. q̄ præposterum. xiij. q. ij. Quā præposterū, quāq; peruersum, vt cum dei volūtatē fieri postulemus: quando vocat nos & accersit de hoc mundo, non statim volūtatis eius imperio pareamus, obnitimur & reluctamur, & pertinacium more seruorū ad conspectum domini cū tristitia & mœrore pducimur, exeuntes hinc necessitatis vinculo, non voluntatis obsequio: & volumus ab eo præmijs celestibus honorari, ad quē venimus inuiti. Quanuis igitur non sumus obligati oīa velle quę scimus aut supponim⁹ deum velle: nequaquā tñ repugnare licet, neq; contrarium eius velle aut petere quod ipsum velle scimus aut credimus, nisi præcepto & sua voluntate ad hoc obligemur. Itaq; in omni oratione oportet totū diuino arbitrio actu virtute vel habitu cōmittere: nec vltra aut citra q̄cq̄ orare, aut absolute petere. Ideo saluator inter orationes contentas in oratione dominica hāc apposuit: Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. His p̄missis pono aliquas propositiones. Prima. Inficiēs orationem suā per subtractionem attentionis, vel cōmixtionē prauæ intentionis non satisfacit præcepto ecclesię seu obligatiōi aliunde contractæ de orando. Probatur, p̄cepta tam dei q̄ ecclesiæ sunt de actibus moraliter bonis: propter q̄d audiens missam die dominica propter vanam gloriā, nō satisfacit prçcepto ecclesię de audiendo missam. Et ideo Aug. in regula iuris dicit: Qui ex timore implet prçceptū, aliter q̄ debet facit: & ideo iam non implet; quia talis oratio non est moraliter bona, sed vitiosa: vt patet ex primo prçambulo, ergo sic orans non satisfacit. Sed contra hanc arguitur, deus sic oranti sæpe concedit quod petit: ergo talis oratio videt̄ licita, & per consequēs satisfactoria. Antece-

dens patet: quia sic habetur Iob primo & secundo, satanæ petenti facultatem Iob flagellandi & affligendi deus petitum concessit. Similiter legioni dæmonum petenti introire in porcos, id eis annuit: vt habetur Mat. viij. & Mar. v. Item populo Israel petenti regem cõtra Samuelem & dei voluntatem, etiam ad votum annuit: vt scribitur. j. Regũ. viij. Secundo arguitur contra probationem conclusionis: Actu peccaminoso seu moraliter malo aliqs satisfacit pręcepto legis naturę & diuinę: ergo simili actu contingit satisfieri pcepto ecclesiæ. Antecedens patet: in casu quo quis obligatur & potest innocentem liberare a morte: si mendacio eum liberet, videtur satisfecisse huic pręcepto, Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Ad primum dico cum glossa Ioannis decimoquarto, Sicut deus quædam concedit propiti⁹, quæ non concederet iratus: ita quædã concedit iratus, quę non concederet propitius, in malum ipsius petentis. Hoc modo satanæ petenti potestatem flagellandi sanctum Iob, & legioni dæmonum petenti introire in porcos, concessit petita in eorum malum, & horribilis damnationis pœnã. Et simile accidit populo Israel petẽti regem. Vnde ibidem subditur: Hoc erit ius regis qui imperabit vobis: filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursores &c. Ad secundum nego antecedens. Ad probationem nego talem satisfecisse huic præcepto: Erue eos &c. Nec valet consequentia, Ammodo non manet obligatus illum eruere, ergo adimpleuit præceptum: quia obligatio ad factum ex recta voluntate extinguitur facti exhibitione, quamquam in hoc obligationi non satisfiat: vt qui iurauit vel vouit deo donare centum florenos: si dederit mala intentione, vt. s. in nequitia pspercetur, vel solo metu pœnæ, non manet obligatus alios centum donare, & tamen præcepto reddendi votum vel iuramentum deo non satisfecit. Vnde in multis possumus obligationem præcepti extinguere, præceptis non satisfaciendo: vt si occido illum quem tenebar docere vel alere, dirimo obligationem: tamen præcepto non satisfacio. Item quandocunque reddo id mihi impossibile ad quod eram obli-

gatus. Fortassis obijcies. preceptum obligat transgressorem ad mortale peccatum. sed qui per actū venialiter culpabilem implet actum precepti, peccat solum venialiter: vt patet si quis mendacio officioso liberet innocentem a morte: ergo talis videtur satisfecisse precepto. Respondeo. Praeceptum obligat ad actum mortaliter bonū, & recte seu debito modo faciendū: tamen qui paulo remissius q̄ conuenit, vel paulo feruētius, aut cū aliquali indiscretione facit, non statī mortaliter peccat: sicut etiā surreptio a mortali trāsgressione excusat. Sed qui illud omittit quod principale est in precepto, vel quod principale est in ꝓhibitione, mortaliter peccat: & ideo qui scienter orationē ad quam obligatur, inficit veniali culpa: peccat mortaliter ꝓpter omissionem orationis debite: licet cōmissiue seu peccato commissionis solum venialiter peccat. Aduertit em̄ vel aduertere debet sic orans talem orationem quantum in se est ꝓdesse non posse Ex his infero secundā propositionem. Qui ratione beneficij aut eleemosyne accepte obligatꝰ orare, mortaliter peccat non minꝰ q̄ si orationē omitteret, si oret aut horas canonicas legat cum ꝓposito peccandi seu perseuerandi in peccato. Probatur. talis tenetur quātū in se est sua oratione prodesse, & deum laudare. Principale em̄ de quo preceptum orādi fertur, seu quod est materia precepti, est prodesse quantū in homine est: sicut in correptione fraterna: sed qui sic orat, de directo ponit impedimentum ne sua oratio prosit. ergo non implet preceptū de orando. Minor patet: quia iuxta verbū Isidori quē allegat magister distinctione decimaquarta quarti sentētiarū, talis videtꝰ deū nō poscere subditus, sed subsannare superbꝰ. Hinc Esaiæ primo ad tales dicit dominus: Cū multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiā. Manus enim vestre plene sanguine sunt. vbi dicit glossa: Hoc testimonio vtendū est contra eos qui cum quotidianis operibus sanguineas manꝰ habeant, in oratione noctes dies ꝗ inuigilant. & Threnorū. iij. super illud, Opposuisti nubem (scilicet peccati) ne trāseat oratio: dicit glossa: Qui em̄ preterita peccata nō plangunt, & nouis peccatis prouocant deum: quotidie delinquendo deum reddunt inexorabilem. Ideo ꝗ in cōmentarijs. Amos pro-

phetę a beato Hieronymo credo dictum, Odit de⁹ sacrificia hęreticorum, & a se proijcit:, & quotienscūq; cōgregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorū, & a se ꝓijcit. j. q. j. odit deus. opinor enī de talibus regulariter accidere:ꝙ eorū opera non solum mala sed etiā ex genere bona deus detestatur, respuit, & frequēter in eorū malū vertit: scđm illud Aggei. ij. Sic populus iste & sic gens ista āte faciem meam, dicit dñs, & omne opus manuum eorū, & omnia quę obtulerunt, contaminata erunt. vbi dicit Hieronymus: Omne quod fecerint, omne qđ mihi obtulerint vel vota vel ꝓ salute vel pacifica vel pro peccato vel holocausta vel eleemosynas siue ieiunia vel corporis castitatē, cōtaminata erunt. Tertia ꝓpositio. Peccator si oret cū reuerentia debita, & peccatorum displicētia, quāuis non sit tanta ꝙ eū ad statum gratię restituat: licite orat, & satisfacit obligationi de orando, si solū sit obligatus orare vt pro se sit quantū est in se: secus si obligatur orando & alias satisfacere ꝓ alijs: vt in obligatis ad orandum ex beneficio seu eleemosyna: hi secūdū cōmunem & veriorem doctorum sententiā ꝙ satisfactio non fit extra statum gratiæ, & hoc maxime ꝓ alio, omittunt orare quēadmodū tenentur, & ideo obligationi non satisfaciunt: & ideo executores testamentorū volentes (vt tenentur) suffragijs aliorū aīas defunctorū a penis purgatorij redimi, maxime curare debēt illa per sanctissimos hoies fieri. Illi vero de quib⁹ loquitur prima pars hui⁹ ꝓpositionis, satisfaciunt obligationi quādo orationē nō inficiunt, seu moraliter malā non reddunt. Pie enī credendū est ꝙ talis peccatoris oratio per viā gratię sępe impetrat a deo quod petit, etiam ꝓ defunctis purgatorię pœnę relaxationē, licet nō per viam satisfactiōis. Huius etiā veritas clare patet ex sententia August. adducta in ratiōe post oppositū. Quarta ꝓpositio: Sicut multis laborantibus inedia non satis est homini vt secundū facultates quas habet, eleemosynam distribuat: sed ꝓcurare tenetur ac manuū labore quærere vt eorū releuet necessitates: sic deſæuiēte in populum maxime christianum ira dei, necesse est eos maxime qui propugnatores & medij inter deum & populum dati sunt, vehemētius feruo-

rem deuotionis intendere,& pręclarā ac desideratam vim quandam deo inferre,manus eius tenere, ne indignationē suam in populum effundat. Patet exemplo Moysi,qui deo volenti perdere populum eius directioni commissum,precibus se opposuit, & dei iram placauit: vt habetur Exodi xxxij.&. Numeri.xj.Probatur. Esaię.lix. Conuersum est retrorsum iudicium:& iustitia longe stetit:quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuione:& qui recessit a malo,prędę patuit:& vidit dn̄s,& malum apparuit in oculis ei⁹: quia non est iudicium:& vidit de⁹ quia non est vir:& aporiatus est:quia non est qui occurrat. Quibus verbis notatur zelo dirupt⁹ & frustatim conscissus dominus præ nimietate doloris ac displicentiæ dum conspicit tantis malis nullum curare vt remediū ferat. Hinc Ezech.xiij.damnantur a dn̄o ꝓphetę qui non ascenderunt ex aduerso,nec opposuerunt se murū pro domo Israel vt starent in prælio in die domini. ¶ Ad quęstionem igitur huius articuli,an tenere animarum curam in statu mortalis culpæ, sit damnabile: respondeo sub distinctione,vel ad momentum solum,& breuissimū tempus,intra quod nec ministrare tenetur, nec pro subditis satisfacere:& tunc non peccat nouo peccato tenens curā animarum, seu beneficium curatum. vel ad tantum tempus intra quod obligatur vel ministrare vel satisfacere ꝓ animabus subditorum qui vel in humanis adhuc degunt, vel defuncti sunt:& tunc peccat: quemadmodum voluntarie se impediens a ministerio quod alijs tenetur impēdere ratione officij,villicatus, aut alterius quod tenet. Habendum ēm est ꝓ regula quod sacerdotes & alij ecclesiæ ministri ea quæ sunt ordinis vel officij a Christo instituti exercentes peccant si sint in statu mortalis culpæ.Probatur ex hoc quod scribitur Leuitici vigesimoprimo: Omnis qui habuerit maculam de semine sacerdotis,non accedet offerre hostias domino,nec panes deo suo. vbi dicit glos. Hoc secundum literam accipere nimis videtur absurdum: quoniam maculę corporum non sunt in hominum potestate vel volūtate.Per maculas ergo corporum,vitia animorū describit. cum ēm causam populi præsul suscipit, quasi ad ægrū

medicus accedit: qui si eger est, qua psumptione vult mederi? Ille ergo ad exemplum vult pertrahi qui cunctis passionibus mortuus spiritualiter viuit. Secundo ostēdo principale ex hoc qđ habetur Malachiæ.ij. Et nunc ad vos mādatum hoc o sacerdotes si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo: mittā in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris: & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Ecce ego proijciam vobis brachium, & disperdam super vultū vestrum stercus solennitatum vestrarum: & assumet vos secum. Recte igitur vobis sacerdotibus illud prophetę dixerim: intelligite hæc qui obliuiscimini deū: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. psalmo. xlix. ¶ Ad rationes ante oppositum. Prima cum assumit ꝙ peccatoris oratio caret valore & pondere, veritatem habet quo ad satisfaciendum pro redemptione animarum viuorum aut mortuorum, & pro pœnis ad quas ꝓpter peccata dimissa obligantur, sed non de valore orationis quę est ad impetrandum: Potest enim peccator orans sibi aut alijs a deo impetrare quod petit, saltem de congruo, modo oret secundū tenorē & sententiam tertiæ propositionis nunc positæ. Secunda ratio & verbum Sapientis adductum ꝑ tertia ratione ꝓcedunt de peccatore orante secundum modum aut tenorē primæ aut secundæ propositionis: de quo etiam debet intelligi verbum Gregorij adductum in cōfirmationem primæ rationis. Similiter & illud prophetæ: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meū per os tuū? Item illud Gregorij. x. moralium. Oratio fit execrabilis cū a cēsura auertitur legis: qa dignū profecto est vt ab eius beneficijs fit quisqȝ extraneus, qui nimirum passionibus non vult esse subiectus. ¶ Tertius articulus est, an damnabile sit ob frugem melioris vitę seu propter religionis ingressum curam animarū relinquere. Et primo ostendo hoc nunquā esse dānabile: quia nulla ratio exigit, qui priuata lege ducitur, vt publica restringatur lege. xix. q. ij. duæ sunt leges, sed speciali lege spiritus sancti ducitur quisquis ad eminētiora ac magis bona mouetur. ergo sequitur nūquā esse damnabile ob frugē melio-

ris vitæ curam animarum relinquere. Cōfirmatur: q̄a hæc sola est causa quare professus laxiorem regulā vel religionem potest de sola licentia petita etiam nō obtēta ad religionem strictorem se trāsferre. c. licet. de regularib⁹. Secundo ostendo idem. Inter cæteras obligationes obligatio voti ex maximis videtur esse. sed non obstāte obligatione voti ad illud quod est minus, pōt quis ab illa obligatione se eximere vouendo quod est mai⁹: propter quod nō pōt dici voti transgressor qui temporale obsequiū qđ vouit dignoscitur in perpetuam religionis obseruantiam cōmutasse. c. scripturæ. de voto & voti redēptione. ergo nūquā damnabile est &c. Tertio arguitur ad idē. Consilia euangelica in omni casu sunt honesta & licita. sed ingredi religionē est vnum de consilijs euangelicis: vt patet Mat. xix. Si vis perfect⁹ esse, vade & vēde omnia q̄ habes: & da pauperibus. ergo nunquam dānabibe est &c. Maior patet per Bernardum libro de dispensatione & p̄cepto de huiusmodi consilijs dicentem: Hæc quippe talia sunt, quæ nec liceat nec expediat aliquando nō habere. Eo siquidē immobiliter quo & naturaliter bona, nunquam nisi innocenter, nunquam nisi salubriter aut imperantur aut obseruantur omni tempore omni personæ mortem contēpta, salutem custodita operātur. Hinc Hieronymus in epistola ad Heliodorum hortās eum ad religionis ingressum dicit: Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus te nutrierat ostēdat mater: licet in limine pater iaceat: per calcatum perge patrē: siccis oculis ad vexillum crucis euola. Summū genus pietatis est in hac re fuisse crudelē. ℂ Ad oppositū arguo ex textu Gangren. cōcilij. xxx. distinctione posito. Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus, hoc iustū esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, qđ fideles sunt: anathema sint. Et videtur fundari in eo qđ scribitur Matthæi. xv. & Marci. vij. vbi Christus reprehendēs scribas & pharisæos dicit Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque est ex me, tibi proderit. & non honorificauerit patrem suum & matrē

suam: & irritum fecistis mandatū dei propter traditionē vestram. Ibi dicit Hieronym⁹: Præceperat domin⁹ vel imbecillitates vel ætates vel penurias parentum cōsiderans, vt filij honorarent etiam in vitæ necessarijs ministrādis parentes suos. Prouidentissimam hanc dei legē volētes scribę & pharisei subuertere: vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt filios vt si quis ea q̄ parētib⁹ offerēda sunt, deo vouere voluerit, qui ver⁹ est pater: oblatio domini prępon atur parētū muneribus. Secūdo arguo ad idem ex .§. illa semper. de regul. & transe. ad religionē. vbi dicitur; Sicut maius bonum minori bono prępōit, ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur. & in hoc casu recte præponitur doctrina silentio, solicitudo contemplationi, & labor quieti. propter quod in fi. huius .§. cōcluditur ꝙ quando potest episcopus prodesse pariter & pręesse, non debet cedendi licentiam postulare aut obtinere. Stando autem in limitibus iuris diuini & naturę, idē iudicium videtur esse de ipso curato: ergo ꝓpter religiōis ingressum non semper licet curam animarū relinquere & resignare. Pro solutione huius articuli p̄mitto ꝙ obligat⁹ alteri ad seruitium non potest dominio inuito religionem profiteri. Probatur. xvij. q. ij. c. fin. vbi dicit text⁹: Si q̄s incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triēniū monachi habitus non p̄stetur, & si intra tres annos aut seru⁹ aut liber aut colonus quęratur a domino suo, reddat ei cū omnibus quę attulit. Et clarius patet idem. liiij. dist. c. generalis. & c. seru⁹. Et licet negligētia domini puniat si seruum permiserit trienniū stare in monasterio, vt illū vendicare non possit: exceptio tamen est si tam longe domin⁹ absfuerit, quod seruus ab eo inueniri nō posset: vt est text⁹ in dicto. c. fina. & glossa huius capituli super verbo intra trienniū, in hac sententia videtur esse ꝙ serui professi post triennium debeat per ecclesiam vero domino fieri damni recompensatio. Secundo pręmitto quod obligatus alteri in pecuniario debito quod nisi laborando in seculo soluere nō potest, obligatur in seculo remanere, & pecuniarij debiti solutionem laborando procurare. Hoc ponit Gerson expresse in opusculo suo an licet grauato debitis religionē

ingredi afferens facientē oppositū peccare cōtra legē natu ralem, diuinam, & humanā de ablatorū aut debitorū solutione, de reddendo vnicuiq; quod suum est, de nō facien do alteri qđ sibi nollet fieri. Nec valet allegatio ꝙ ad frugem melioris seu altioris vitæ aspirat, quoniā nemo ditā dus est cum iactura aliena. Non obstat etiam quod ꝓ con traria sententia dominus Petrus de Palude inducit de cessione bonorum, ad quam alieno ære grauatus potest cōfugere: quia etsi quolibet casu hoc possit iure fori, nō tñ iure poli: imo q̄cūq; labore manuū pōt debitū extinguere, obligatur illo iuris remedio creditores nō fraudare: qđ osten do ex verbo domini Ezechielis. xxxiij. vbi demōstrās im pio viam qua possit viuere, dicit: Si egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritq; iudiciū & iustitiā, pignus restituerit, rapinamq; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet. & Apostol⁹ ad Roma. xiij. Reddite omnibus debita &c. nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Tertio præmito, si alicui⁹ parentes necessitatem patiuntur in seculo, quib⁹ sine manuali labore aut alio modo in seculo manens filius subuenire nequit pro conditione & statu: si derelictis parētib⁹ in religione se deo offert: imprudens de rapina holocaustū offerre videtur. Patet veritas huius p̄ambuli ex prima ra tione post oppositū facta: & etiā ex Ambrosio in. c. cæterū. lxxxvj. dist vbi dicit, Dei traditio est vt pri⁹ pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur: quanto magis fames, quę multo grauior est: Quarto p̄mitto ꝙ magis obligamur deo & reip. Christianę aut patrię q̄ priuatis parentib⁹. Hoc patet per Ambrosium primo officiorū. c. xxvij. dicentē iustitię primam pietatem esse in deū, secundam in patriā, tertiam in parentes. Hinc est ꝙ ad Roma. xvj. laudant Prisca & Aq la, & eis gratias agūt ecclesię gentiū quod pro Pauli apostoli aīas suas ceruices supposuerint: & Philosophus primo Ethicor. Etsi enim idem est bonum vni, & ciuitati, maius tamen & perfectius ciuitatis videtur & in capiendo & in conseruando. Amabile quidem & vni soli: pulchrius tamen & diuinis genti ciuitatibusq;. Ex his pręam

bulis pro deciſione huius articuli infero aliquas ꝓpoſitiones. Prima eſt, Quando veriſimiliter gregi deſerẽdo imminet periculũ ſubuerſionis fidei aut morũ: donec illi ſufficienter prouiſum fuerit, obligať paſtor differre religionis ingreſſum, nec ſinere curam vacare ad manus collatoris: qui (vt nũc regulariter fit) fauore carnali aut magnatum precibus impulſus veriſimiliter ſine delectu illam cõferet non ſatis idoneo. Hanc propoſitionem probo, ſtando in limitib⁹ iuris naturæ aut diuini nõ videtur magis licere paſtori animarum relinquere ſeu reſignare curam, quam liceat epiſcopo petere licentiã cedendi, & ad frugem melioris vitæ ſe transferẽdi a ſede apoſtolica. ſed iuxta ca. niſi cũ pridem. de renun. non licet epiſcopo petere cedendi facultatem, & ad frugem melioris vitę ſe transferre, niſi ꝓpter aliquam illarũ ſex cauſarum quę ibi enumerantur, videlicet ꝓpter cõſcientiam criminis, corporis debilitatem, defectum ſcientię, malitiã plebis, graue ſcandalum, aut irregularitatem perſonæ: vbi in. §. verum. dicitur quod ſi ꝓpter alias cauſas quis ceſſionem affectet, non eſt in hoc taliter poſtulanti fauendum: cum huiuſmodi poſtulatio videatur non eſſe diſcreta. ergo cum quæritur vtrum liceat curam animarum relinquere ſeu reſignare, an non reſolui debeat recurrendo ad apices iuris naturę vel diuini; concludendũ eſt ꝓpter religionis ingreſſum nõ eſſe licitũ cedere niſi gregi aliunde prouiſum fuerit: vbi pręcipue gregi deſerendo imminet periculum ſubuerſionis fidei aut morũ. Secundo patet veritas huius propoſitionis: quia magis obligamur deo & populo Chriſtiano, quã priuatis parẽtibus noſtris: vt patet ex quarto pręambulo. ſed ꝓpter neceſſitatem parentum licet religionis ingreſſum differre aut omittere: vt patet ex tertio p̃ambulo: ergo multo magis hoc licet quando gregi deſerendo imminet periculum in ſubuerſione fidei aut morũ. Secunda propoſitio quę ſequitur, eſt: Cum fides nutat apud plurimos (vt timeo nunc temporis accidit, tum propter raritatem excellenter doctorum in ſacris literis, tum etiam propter gentilium & hæreticorum libros qui nunc in lucẽ prodeunt) obligan̄ qui ſunt acutiori ingenio, & tenaciori memoria ſupra quã ſunt cõmunes hoĩes, qui

nõ censent hebetes: sacris literis diligenti⁹ q̃ possint operã dare vt habeant vnde communem populi necessitatem in doctrina aut morib⁹ releuare, & catholicã veritatem defendere possint. Probatur. Lex erat populo Israel a deo data per Moysen vt qui fratri prẹmortuo nollet suscitare semen, discalciaretur vno pede, ac ei in faciem conspueretur. viij. q. j. olim. ad quod faciendum quo ad Christum ꝓ nobis mortuũ naturalis ratio ligat. sed qui valẽt ingenio & tenacitate memoriẹ, possunt Christo prẹmortuo suscitare semen, si velint diligentissime sacris literis operã dare: igitur si ad quẹstuosas artes sese conferant, negligentes agrũ dominicum colere: non videntur posse a peccato excusari. Prẹterea exactio lucri fit a quolibet ad ꝓportionem commissi talenti. sed stante casu dictæ ꝓpositionis hi homines non afferunt lucrum secundum talenti eis cõmissi ꝓportionẽ, nisi sacris literis diligẽtissime operã dederint ad vtilitatem populi Christiani. ergo sequitur ꝙ ad hoc obligantur. Minorem ꝓbo. huiuscemodi homines non afferũt lucrum ad ꝓportionem talenti nisi excellentissimo operi intellectus & memoriæ operã dederint: hoc autem opus est sacras literas explanare & interpretari: vt patet ex apostolo. j. ad Corinthios. xiiij. Sectamini charitatẽ, æmulamini spiritualia: magis autem vt prophetetis. Est autem ꝓphetare (vt dicit. interlinearis glossa) sacras scripturas interp̃tari, quẹ multis sunt occultẹ. Maiorẽ ꝓbo ꝑ Augustinum de fide ad Petrum. & ponit. xv. q. j. in capi. firmissime. § ex eo. vbi dicitur, Homines quia ratiõabiles sunt facti, & de se & de omnibus reb⁹ quas in vsum vitẹ prẹsentis acceperũt, rationẽ reddituri sunt deo: & pro suorũ actuũ qualitate recipient aut gloriã aut pœnã. Secundo euidentius ꝓbo eandẽ maiorẽ ex verbo Gregorij homilia nona euangeliorum, vbi ꝑtractans illud euangelij Matth. xxv. Homo quidã peregre proficiscens &c. dicit: Lectio sancti euãgelij nos admonet ne nos qui plus cẹteris in hoc mũdo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi graui⁹ inde iudicemur. Cum enim augentur dona: rationes etiã crescunt donorũ. Et Ambrosi. lib. de dignitate sacerdotali, capi. iij. ait Cui plus creditur, ab eo plus exigitur. Aliud est ẽm quod

ab episcopo requirit de⁹, aliud quod a p̄sbytero &c. Subdit, Licet omniū hominū opera deus in suo examinat iudicio: plus tamen ab eo exigitur cui plus cōmittitur. Tertio patet huius ꝓpositionis veritas ex statuto Lateranēsis cōcilij in cap. quia nōnullis. de magistris: vbi statutum habeť ꝙ quęlibet metropolis ecclesia habeat magistrū in theologia, q̄ sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, atq; in his pręcipue informet quę ad curā animarum spectare noscuntur. & ne aliqui ꝓpter raritatem magistrorū ab obseruatione hui⁹ statuti se excusarēt, præcipitur in cap. super specula. eo. ti. ꝙ aliqui dociles iuuenes ad studia generalia mittanť literis sacris daturi operā, qui postea alios docere valeant. Hinc glo. in cle. ij. de magistris, super verbo honorē, dicit, Honorē hunc, scilicet magisterij aut doctorat⁹, sine peccato quis postulat in quacūq; sciētia si est dignus: quia ex hoc petit opportunitatē cōmunicādi quod habet: quod laudabile est, & ad charitatē pertinens. Obijcies fortassis, nemo obligať ad ea quę sunt consilij. xiiij. q. j. duob⁹. c. fi. sed consiliū est eminentiori scientiæ operam dare, & eam eminēter ꝓsequi: quia vt dicitur in. c. nisi cum pridē. de renun. §. pro defectu. etsi eminens sciētia sit desideranda in pastore, mediocris tamen est toleranda. ergo saltē male dictum est p̄dictos hoīes obligari sacris literis diligētissimā operam impendere. Præterea satis videť cuiq̄ bene agere, quāq̄ non optime agat. ergo tales non obligantur diligentiss: me sacris literis operā dare, aut ad eminentem scientiæ gradū niti. Ad primū dico sicut dicit doctor sanctus. ij. ij. q. cxxxiij. art. iij. post Aug. in lib. de adulterinis coniugijs: Nihil est adeo consilij quin aliquo casu sit p̄cepti. sic & in ꝓposito necessitas ecclesiarū aut animarū quæ directione egent & defensoribus in ijs quæ ad fidē & mores ꝑtinēt, seu q̄ agēda necessaria ad æternę beatitudinis cōsecutionē concernūt: facit quo ad dare operā eminētiori scientiæ, & in eminenti gradu eam ꝓsequi, id esse pręcepti quod alias esset consilij. Sicut em̄ peccare conuincitur q̄ vel habet vel sibi ꝓcurare potest facultatem qua tueri potest christianū populū ab inuasione infidelium, nisi cum effectu ꝓcurauerit & fecerit: sic peccare conuincuntur qui facultatem sibi

colligere possunt vt populum ab errore ac alijs diaboli laqueis seruare possint, nisi ad hoc operā omnem impēdant neglecta vtilitate &c. Ad secundum dico, sicut collator beneficij secundum verisimiliorem multorum doctorū opinionē nō bene agit si scienter prętereūdo magis idoneum conferat min⁹ idoneo: vt fundari solet in.c. vnico vt beneficia eccle. sine dimi. confe. ita in proposito nisi huiuscemodi hoīes ad eminentem scientiæ gradū nitantur, sed contenti mediocritate quadā circa ardua & nondū satis explorata torpeāt: nō bene agunt, imo peccāt: non nego tamen quin possent idē opus modo minus conuenienti facere, & excusari a peccato. Ex quib⁹ patet q̄ male mereanƭ de religione christiana q̄ prętextu religionis aut alteri⁹ priuatę vtilitatis tales iuuenes a studijs generalib⁹ retrahūt: & ne ad eminentē scientiæ gradū pertingāt impediunt, se & alios paralogizantes ob dictum apostoli, Sciētia inflat: charitas vero ędificat. Tertia ꝓpositio quæ sequitur ex secūda nūc posita, est huiuscemodi. Homines de quib⁹ loquitur secunda ꝓpositio, si aliquando vt homines peccant: cęteris paribus graui⁹ peccāt hebetibus & eodem genere peccati nūc magis cum christifidelibus eorū lumen est necessariū, & ad ecclesiæ ædificationem obligantur ꝓportionabiliter ad talentū operari, q̄ alio tempore dum tāta necessitas nō occurrit. Prima pars huius ꝓpositionis ꝓbatur: Prædicti homines magis dei beneficium q̄ alij acceperūt: ergo eodem genere peccati alijs graui⁹ peccāt. Tenet cōsequentia: quia sicut tradit Thom̄ j. ij q. lxvij. art. vlt. quælibet maioritas etiā de bonis tēporalibus pctm̄ aggrauat. & Chryso. Homo christianus fortiter cadit in pctm̄ ꝑpter duas causas, aut ꝑpter magnitudinē peccati, aut ꝑpter altitudinē dignitatis. xl. dist. c. homo. Deinde secūdā partē simul & primā ꝓbo sic. Quisq̧ obligaƭ gratias siue naturales siue alias a deo collatas ꝑ conditione suę vocationis ad spūales vsuras ponere: & ad hoc faciendū se deteriorē aut inhabilem non reddere. qui eīm seruū deteriorē reddit, de seruo corrupto tenetur. ff. de seruo corrupto. l. j. Sed ex peccato lumē etiā intellectus obtenebratur & deterioratur & hebetetur quo ad intuendas & contēplandas multas veritates. ergo

tales homines eodē genere peccati graui⁹ peccāt q̄ alijs, & magis eo tēpore quo eorū lumen eſt neceſſariū, q̄ alio tēpore. Minorē huius ratiōis oſtendo, & p̄cipue ꝙ circa diuinas veritates maxime obtenebrāt intellect⁹ p pc̄tm̄. primo ex hoc quod ſcribitur Sophoniæ.j. Ambulabūt vt cæci q̄a dn̄o peccauerūt. Et ex glo. ad Ro. xj. ſup illud, Cęcitas ex parte cōtigit in Iſrael: q̄ dicit, Cæcitas cōtingit nō natura, ſed culpa. vbi dicit Amb. zelo em̄ excæcati ſūt putātes legē factorū nūq̄ debere ceſſare. offenſiōe em̄ obtuſi ſunt, vt p incredulitate ſua cruciarent. Hic gl. ſup illd̄ Iob. xij. Ipſe (ſcilicet de⁹) cognouit decipientē, & eū q̄ decipit: adducit cōſiliarios in ſtultū finē: ait, Q̄m ſępe cōmittūt homines q̄ ſciunt, ꝑmittuntur decipi vt cadāt in mala q̄ neſciūt. Secūdo ꝓbo idē ex verbo ꝓphetę Ezech. xiiij. vbi habet: Hæc dicit dn̄s deus homo de domo Iſrael qui poſuerit immūdıtias in corde ſuo, & ſcandalū iniquitatis ſuę ſtatuerit cōtra faciē ſuā, & venerit ad ꝓphetā interrogās p eum me: ego dn̄s reſpōdebo ei in multitudine iniquitatū ſuarū. ſubdit infra ꝓpheta, Cum errauerit, & locut⁹ fuerit verbū: ego dn̄s decipi ꝓphetā illū: iuxta iniquitatē interrogantis, ſic iniquitas prophetę erit. Tertio patet idem quia Socrates (ſicut narrat Au. viij. de ciui. dei. c. iij.) cauſas rerum primas atq̧ ſummas putabat non niſi mūda mente poſſe cōprehendi: & ideo purgandæ morib⁹ bonis vitę cēſebat inſtandū, vt deprimentib⁹ libidinibus exonerat⁹ animus, naturali vigore in æterna ſe attolleret, naturāq̧ incorporei & incōmutabilis luminis (vbi cauſę oīm factarū naturarū ſtabiliter viuūt) intelligentiæ puritate cōſpiceret. Et tertio de ciuitate. c. vij. dicit cauſam erroris multorum Philoſophorū fuiſſe eorū ſuperbiā, ſecūdū illud apoſtoli ad Rom. j. Quia cum cognouiſſent deū, nō ſicut deū glorificauerūt. obſcuratū eſt em̄ inſipiēs cor eorū. Quarta propoſitio quæ ſequit̄ eſt. Magis pium eſt, & plus merentur diuites qui hoc tēpore tenebricoſo a lumine doctrinæ & fidei fouēt & nutriunt p̄dictos hoīes tanq̄ futuras columnas & baſes eccleſiæ, q̄ ſi beneficia erigāt, vel ad monaſterij erectionem contribuant: imo ad hoc præcipue obligantur diuites prælati: qui micis Chriſti ſarcinati, ne

glecta Christi & fidei causa, in ædificiorum solennitatẽ, organorum pompam & mensæ splendorem, innumeras pecunias expendunt & cõsumũt: ad quos Christ⁹ dicere intelligitur propter dispensationẽ ecclesiæ suę: Quę vtilitas in sanguine meo, dũ descẽdo in corruptionẽ? Item & illud Esa. v. Cithara & lira & tympanũ & tibia & vinũ in cõuiuijs vestris: & op⁹ dñi nõ respicitis nec opera manuum eius cõsideratis. Prima pars hui⁹ ꝓpositiõis patet ex quarto præambulo & ei⁹ ꝓbationib⁹. & certe sicut ingenio & memoria vigẽtes obligant colligere & ediscere doctrinas quibus hominum illustrent tenebras, cõsimiliter & alij illis quasi lucernis ministrare oleũ obligant: ne lumen ꝑeat seu extinguat deficiẽte oleo. Hoc patet ex glo. Iosue. xiij. vbi habet ꝙ quib⁹ cõmittit & iniunctũ est vt verbo dei & legi ei⁹ operã tribuant, & absqꝫ vlla vacẽt solicitudine, laicorum & aliorum ministerijs sustẽtari debent. Si ẽm necessaria non præbuerint, minus legi dei vacabunt, occupati corporalibus curis, & periclitabũtur laici. Obscurabit ẽm lux scientiæ q̃ in illis est, te nõ ministrante oleũ lucernæ & culpa tua cæcus cæco ducatũ ꝑbens in foueã cadet cum eo. Ad rationes ad oppositũ. Ad primã dico ꝙ nũq̃ priuata lege spiritussancti quis ducit vel inclinat ad malũ, prout in proposito. si gregem deserat periturum, peccaret multo magis q̃ si quis vxorẽ desereret inuitã pro religiõis ingressu. & cum in minore assumitur ꝙ lege priuata ducitur quisquis ad eminentiora & magis bona mouetur, veritatem habet, cum eminentiora bona & maiora cõueniunt & meliora sunt ei. Alias dicendũ esset ꝙ sacerdoti liceret ꝑterire & non leuare eum qui in puteum mergitur, ne a missa illo die celebranda impediatur. Ex hoc ad cõfirmationem, illo casu nihil arctat quare arctiorẽ religionẽ non possit adire. Sed si ponamus talẽ habere curã animarũ fratrum laxioris ordinis, qui verisimiliter eo decedẽte sint in errorem deducẽdi, vel in manifestum vitiũ: dico ꝙ tenetur oues Christi nõ perdere, sed pascere manendo in laxiori religiõe. Vnde Bernar. in episto. iiij. quæ est ad abbatem morimundi. eũ arguens ꝙ relinquere voluerit fratres quibus præfectus erat, ait scribens ad eum: Nõne si recte

offers, & non recte diuidis: peccas? Recte enim forte diuidere dices esse soli saluti tuæ consulere, & filios tuos quos or phanos relinquis, cō filio paterno destituere. Hinc glos. Mat. xxv. Multi ac sibi blandiunt peruersitate dicētes, Sufficit mihi de me rationē reddere, quid opus est alijs ministrare, vt de eis cogar rationem reddere? Ad secundā rōnē ꝓcedit solum de obsequio ad qđ quis alias non obligatur nisi ex voto: aliud cum ad illud ex alia causa quis obligat vt patet ex dictis in. i. præambulo. & .ij. de obligatiōe seruitutis & debiti pecuniarij. Ad tertiam, verbum Bernardi ꝓcedit cum seruare consilia euāgelica est liberi arbitrij: & obligatione speciali quis præuentus nō est. cui repugnet executio consilij. Quarto restat cōparare quodnā horum dānabilius sit, vtrū videlicet seruare curā animarū in statu mortalis culpæ, an eā resignare ob frugē melioris vitę, currente casu quo vtrunqꝫ est damnabile. Et sine inuolutiōe breuitati consulens dico: Cum ex statu mortalis culpæ solum fraudentur animæ temporalis subuētione quo ad ex expiationem pœnæ purgatorij, & quo ad desertionē curę pastoralis: verisimiliter sinūtur perdi animæ in dānationē æternam. Grauius autem & damnabilius est nō succurrere seu eripere a damnis maiorib⁹. Damnabilius est ob frugem melioris vitæ curā animarū relinquere, casu quo ex desertione verisimiliter perdētur multæ animę, q̄ eā tenere in statu mortalis culpæ. Verū si ponam⁹ in statu mortalis culpæ per talē sacramenta scienter cōtingi & ministrari, augebit contemptū dei: sed nō quātū ad hoc quod est sciēter permittere animas perire Christi sanguine emptas: & sic in effectu admittere vt preciosus sanguis in corruptionem descendat.

Argumenta Quodlibetarii.

Iuris auctoritate permittitur cuilibet clerico nō episcopo ad religionem conuolare, ergo illud non est damnabile. quo fit non esse damnabili⁹ propter religionis ingressum curā animarū relinquere, q̄ eā in statu mortalis culpæ tenere. Antecedēs patet. xix. q. j. c. vnico. Clerici q monachorum ꝓpositū appetūt, quia meliorē vitā sequi incipiunt,

liberos eis ab episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus &c. Respondeo antecedēs & ei⁹ probationē veritatē habere de clerico q̄ nō est lege diuina aut naturali ad aliquid incōparabile statui religiōis obligat⁹: quēadmodū pastor animarū ligat⁹ est suis ouib⁹ vbi ex desertione verisimiler incurrēt notabile dānū animæ. Replica. Nihil prodest homini si totum mundum lucretur animę vero suę detrimētum patiatur: vt habetur Mat. xvj. ergo nō est pastori damnabilius curam animarū relinquere ꝓpter religionis ingressum, q̄ eā in statu mortalis culpæ tenere. Tenet consequentia, quia tenēdo curā animarū in statu mortalis peccati, consequitur detrimentū animę, vt patet ex dictis in secundo articulo. Dico negando cōsequentiā: & ad eius probationem dico ꝙ licet talis detrimētum animę ꝓprię ex hoc assequatur, longe tamen maius assequitur relinquendo oues sine pastore a lupis deuorandas.

Prima quęstio sine argumentis.

Propter quid Saluator Mat. vj. nos ꝓhibet esse solicitos de crastino, cum Sapiens Prouerb. vj. nos hortetur instar formicę cōgregare in ęstate quod comedamus in hyeme? Multi verba Saluatoris peruersæ intelligentes crediderunt eum prohibuisse quamuis curam seu solicitudinem de tēporalibus habendam, nihilꝙ a quoquam præsertim ecclesiastico seu spirituali viro in futurum seruādū: & ob id sapientis verbum nunc in mediū adductū non quemadmodum sonat litera, sed spiritualiter seu mystice intelligēdū: nec hoc quidem solum, verum etiam & illud apostolicum præceptum: Si quis non vult operari, nec manducet. ij. ad Thessalonicen. vlti. asserentes sic debere intelligi, vt nemo pascatur verbo dei nisi inde aliorum ædificationē operetur. Illud vero sapientis hunc habere intellectum, q̄d in æstate hoc est tempore huius vitæ fructus bonorū operum nos colligere oportet, quibus in die iudicij ad æternam deputemur vitam. Pręsens enim vita (teste Hieronymo) messi et æstati comparatur; quod nunc inter ardores tentatio-

num tempus est colligendi futurorum merita præmiorũ: Dies vero iudicij, hyemis simulatur rigoribus: quia tunc nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantũ cogitur quisque de horreo priscę actionis quod recõdidit proferre. Sed hunc errorem aperte confutat Augustin⁹ libro de operibus monachorum fere per totũ. c. xxvj. dicens saluatorem prędictis verbis non prohibere quãuis solicitudinem de tẽporalibus vel acquirendis vel cõseruandis quantum huius vitę necessitati satis est, sed vt non ista intueant̃ homines, & ꝑpter ista faciant quicquid in euãgelij pręconio facere iubentur: hoc est superfluã & illicitam solicitudinem prohibet. Redditur autem horum solicitudo tribus modis illicita. Vno modo ex parte timoris superflui illa ꝑdendi, quando videlicet aliquis timet ne faciẽdo quod debet, necessaria sibi deficiant: & ideo illud ad quod obligat̃, agere omittit, quia tepide agit. Secũdo modo fit illicita ꝑpter nimiũ studium adhibitum in cõparandis aut conseruandis tẽporalibus: vtputa quando solicitudinẽ circa spiritualia, & salutaria adhibendam omittit aut negligit ꝑpter studium ad temporalia adhibitũ, aut si eo tempore de illis sit solicitus quo vacare debet & intentus esse spiritualib⁹. Tertio modo quãdo quis tẽporalia sic amat, & de illis solicitus est, ꝙ propter hæc deo principaliter seruit, & eius mandata facit: quod certe illicitũ & peccaminosum est: dicente Bernardo de diligendo deo. Etsi sine pręmio non diligitur de⁹: sine tamen pręmij intuitu diligẽdus est. Et Augustinus de vera innocẽtia ꝑpositione. xx. dicit. Hoc affectu & desiderio colendus est de⁹: vt sui cultus ipse sit merces. Nam qui deum colit vt aliud magis q̃ ipsum ꝓmereatur: non deum colit, sed illud quod assequi concupiscit.

Secunda quęstio sine argumentis.



VARE quidam propter virtutem & sapientiam adipiscendas diuitias abijciunt, cũ sapiẽs dicat Eccl's. vij. vtiliorem esse sapientiã cum diuitijs, & magis prodesse vidẽtibus solem? Pro resolutione huius quęstionis pono aliquas ꝑ-

positiones. Prima est. Sapientia & virt⁹ prestātiores sunt & magis optandę atq; eligēdę q̄ diuitię. Probaт: quia sunt bona animi atq; interna: diuitiæ externa sunt bona. Verū (vt inquit Aristoteles. j. Ethi. lib.) bona animi principalissima sunt, & maxime bona. Ideo ibidē & in. x. Ethic. ponit in operatione quę est secundum virtutem & secundum sapientiam consistere humanam fœlicitatem. Secundo patet idem Prouerb. viij. Vbi dicitur: Melior est sapientia cūctis opibus preciosissimis: & omne desiderabile ei non pōt cōparari. Et infra loquens sapientia inquit: Melior est fruct⁹ meus auro & lapide p̄cioso, & genimina mea argēto electo. Secunda ꝓpositio est. Ad pręclara opera virtutis & sapientię exercenda multum conferunt diuitię. patet ex Philosopho. j. Ethico. dicente: Impossibile est aut certe non facile p̄clara ab eo agi cui desunt facultates. Multa em̄ ꝑ amicos, per diuitias, per ciuilem potentiā, quasi per instrumenta quędā fiunt. Et Hieroñ. tractans illud sapientis in quæstione positū: Vtilior est sapiētia &c. dicit. Maioris est glorię sapiens cum diuitijs, q̄ tantum sapiens. Qui sapiēs est & nō diues: potest quidem docere quod bonum est: sed interdum non potest pręstare quod petitur. Hinc dn̄s Salomoni solam postulanti sapientiā: nō solum sapientiam, sed & amplissimas cōcessit diuitias. iij. Regū. iij. Tertia ꝓpositio est. Acquisitio diuitiarū sæpenumero impedimēto est acquisitioni sapiētię & virtutis. Veritas huius ꝓpositiōis patet. Acquisitio diuitiarū regulariter multas & graues habet solicitudines ānexas, animiq; distractiōes & inquietudines. Sapientię vero ac virtutis acquisitio animū requirit liberū, soli veritatis contēplationi intentum igitur &c. Prima hui⁹ syllogismi ꝓpositio patet ex parabola Saluatoris Mat. xiij. vbi in expositiōe illi⁹ Saluator solicitudinē seculi & diuitiarum comparat spinis suffocantibus semen: hoc est verbum dei, quod est verę sapientiæ verbum. Hinc Eccl's. ij. dicit Sapiēs: Peccatori dedit deus afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit deo. innuens solicitudinē & curam acquirendi temporales diuitias non pertinere ad eū qui sapientiæ & virtutibus acquirēdis dat operam. Secunda propositio patet ex

Philoſopho.vij.Phyſico.vbi dicit,in quieſcendo & ſedendo anima fit ſciens & prudens. Et in prologo Metaphyſicę inquit ꝙ ſuprema ſapientia inquiri cœpit omnib⁹ exiſtentibus quæ ſunt ad vitam & eruditionem neceſſaria. Ex his ſequitur quarta propoſitio reſponſiua ad queſtionem. Quando acquiſitio atꝗ poſſeſſio diuitiarum impedimentum præſtant acquiſitioni & poſſeſſioni virtutis & ſapientiæ,recte facit rerum verus ac iuſtus æſtimator qui propter virtutem & ſapientiam habendas atꝗ ſeruādas, diuitias abijcit ac contemnit, Quando autem nullum impedimentum afferunt perfectioni virtutis & ſapiētiæ,ſtultum eſt illas abijcere ac cōtemnere, niſi ſaltem hoc fiat ꝓpter altiorem finem conſequendum, quem Chriſtus Mat. xix.conſuluit adoleſcenti, Vade,vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹. Prima pars huius propoſitionis patet ex prima propoſitione. Recte enim & iuſte facit qui propter maius bonum contemnit & abijcit minus bonum quando vtrunꝗ aſſequi nequit. Secunda pars ſequitur ex ſecunda propoſitione, in quo caſu veritatem habet allegatum verbum ſapientis Eccl's.vij.

❧ Tertia Quodlibetica queſtio eiuſdem.



TRUM LEGE CHARITATIS obligemur proximum etiam nolentem ab oppreſſione,infamia vel morte liberare, quamuis id efficere non poſſimus ſine noſtro damno aut periculo?Pro deciſione huius quæſtionis ponentur tres articuli. Primus, an cōtra charitatis legem peccet qui pro virib⁹ a proximo damna rerum famæ aut corporis non ꝓhibet. Secundus erit,an illud charitatis officium obligemur ꝓximo inuito ſeu nolenti exhibere. Tertius,an etiam ad illud obligemur dum nobis vel rerum vel corporis periculum imminet. Pro deductione primi articuli argumētor ad partem negatiuā tribus medijs. Primū eſt,nullus adſtringitur ꝓpriā iniuriā repellere,

ergo nec iniuriam proximi. tenet consequentia: quia nemo tenetur lege charitatis magis diligere pximū q̄ seipsum: vt aperte declarat magister dist. xxiij. de ordine diligēdorum ex charitate, differens. Antecedens patet: quia potest quisq̄ amplecti consiliū Saluatoris Matt. v. scriptū. Ego aūt dico vobis, non resistere malo: sed si quis te pcusserit in dexterā maxillam tuā, præbe ei & alterā &c. Et apl'us ad Rom. xij. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū iræ. Secūdo argumentor ad idē. Si non pōt subueniri alteri, nisi alter lædatur: cōmodius est neutrū iuuari, q̄ alterū grauari: vt habet text⁹ Amb. xiiij. q. v. c. deniq̄. Sed regulariter nō pōt a proximo seu socio repelli iniuria nisi iniurians lædat: igitur ad eā repellendā non sum⁹ lege charitatis obligati. Minor patet: quia ad min⁹ lædit iniurians in honore, cū repellens iniuriā ostendat facto ipsum iniuste agere. Tertio ostendo id nunq̄ licere saltē priuatæ psonæ occidendo aut mutilādo iniuriantem, ex Augustino ad Publicolā. & ponitur. xxiij. q. v. de occidēdis. vbi dicit, De occidendis hoībus ne ab eis quisq̄ occidat, non mihi placet consiliū, nisi forte sit miles aut publica functione teneat vt non p se hoc faciat, sed p alijs, vel p ciuitate vbi etiā ipse est, legitima accepta potestate si eius congruit psonæ. Pro veritate ptis affirmatiuæ argumētor ex Amb. li. offi: dicente: Nō inferēda, sed depellenda iniuria lex virtutis est. Qui em̄ non repellit iniuriā a socio si pōt: tā in vitio est q̄ ille q facit. Hinc sanct⁹ Moyses pri⁹ orsus est tentamenta imbecillis fortitudinis. Nā cū vidisset Hebrçū ab Aegyptio iniuriā accipiēte, defēdit, ita vt Aegyptiū psterneret, & in arena abscōderet. xxiij. q. iij. nō inferēda. Et Symmach⁹ papa. Mortē infligere pbatur qui hanc cū pōt non excludit. lxxxiij. dist. in principio. ¶ Quantū ad materiam hui⁹ articuli variç & multū confusæ atq̄ perplexç inueniunt opiniones doctorū. Nam (vt dicit glos. in summa. xxiij. q. j.) quidā dicunt nulli licere vim repellere repercutiēdo. Alij dicunt laicis id esse licitū, nō clericis. Alij vero asserunt clericis licere, dicētes (sicut refert glos. eadem causa. q. viij. in summa) q̄ clerici possunt vti armis non modo p defensione, vt clypeo, lorica, & similibus, sed etiā armis impugna

torijs ad sui defensionem, nõ ad aliorũ ꝓtectionem, dũ tñ illud incontinenti fiat, & pro se tantũ nõ ꝓ alijs, & in necessitate ineuitabili: vt extra de homicidio. c. ij. sed si alias possunt euadere, non sumant arma. extra de homici. suscepimus. Gratianus dicta causa. q. viij. §. his ita respondetur determinat ꝙ sacerdotes ꝓpria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiẽdũ hortari possunt ad oppressorum defensionem, & inimicorũ dei expugnationem. Cuius opinionis fuit Tho. ij. ij. q. xl. art. ij. accipiens fundamẽtum ex illo verbo Saluatoris qđ Math. xxvj. in ꝑsona ecclesiasticorum dicit dñs Petro: Cõuerte gladium tuũ in vaginam. Vnde in corpore quæstionis resoluendo dicit: Ad bonum societatis humanæ plura sunt necessaria: diuersa vero a diuersis melius & expeditius q̃ ab vno peragũtur: vt patet per philosophũ in libris Politicorũ. Hinc. l. consulta diualia. C. de testa. ait. Absurdum est si promiscuis actibus rerum turbentur officia: & vni creditũ, alius subtrahat, ac præcipue clericis, quibus opprobriũ est si peritos se velint disceptationum esse forensium. Bellica aũt exercitia (vt dicit idem doctor) maxime repugnant illis officijs quibꝰ episcopi & clerici ascribuntur, propter duo. Primũ quia bellica exercitia maximas inquietudines habent, distrahentes animum a contemplatiõe diuinorũ, & orationibus ꝓ populo faciendis: quæ ad ecclesiasticarũ personarum officiũ pertinent. Hinc Amb. Non pila quęrunt ferrea non arma Christi milites: coactus repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lachrymę fuerunt mihi arma aduersus milites. talia enim sunt munimẽta sacerdotis. aliter nec debeo nec possum resistere. xxiij. q. viij. ca. nõ pila. ¶ Secũdm propter quod bellica exercitia incõpatibilia sunt officio clericorum, est, quod om̃es clerirorum ordines ordinantur ad altaris ministeriũ, sub cuius sacramento passio Christi repręsentatur, secundũ illud. j. ad Corin. xj. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Et ideo eis non competit occidere vel effundere sanguinem, sed magis paratos esse ad proprij sanguinis effusionẽ pro Christo: vt imitentur opere quod gerunt ministerio. Sed hęc opinio gene

raliter intellecta pro omni casu qui potest secundũ cursum humanarũ rerũ accidere, nõ videt vera, sicuti ex sequentibus patebit. Itaq; pro decisione materiæ hui⁹ articuli p̃mitto duo p̃ambula. Primũ est, sicut dicit dis. v. decretorũ ius naturale inter oĩa primatũ obtinet tẽpore & dignitate cœpit em̃ ab exordio rõnalis naturæ. qđ nec variat tẽpore, sed immutabile permanet, p̃sertim quãtũ ad prima ei⁹ principia & cõclusiões immediate ex illis sequẽtes, q̃ nulla hũana vel diuina lege vel ordinatiõe immutari possunt Naturalia em̃ iura q̃ apud oẽs gẽtes peræque obseruant, diuina quadã ꝓuidentia cõstituta, semp̃ firma atq; immutabilia ꝑmanẽt. Ea vero q̃ ipsa quæq; ciuitas sibi cõstituit. sæpe mutari solet vel tacito cõsẽsu populi, vel alia postea lege lata. insti. de iure natu. gẽtiũ & ciuili. §. sed naturalia. Ad ius aũt naturale ꝑtinet defẽsio cũ moderamine inculpatę tutelæ: vt patet in dec. di. j. c. Ius naturale: vbi inter cętera ad hoc ius ꝑtinẽtia ponit violẽtiæ p̃ vim repulsio. & idẽ habet in. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & in. j. c. si vero. de sen. excõica, dicit q͂ vi vi repellere oẽs leges oĩa q; iura ꝑmittũt. Scđm p̃ambulũ est. E a charitate tenemur erga ꝓximos esse etiã inimicos. q͂ si vires nobis suppetãt, eorum damna prohibere debem⁹ hoc patet. Exo. xxiij. vbi p̃ceptũ habem⁹. Si occurreris boui inimici tui aut asino errãti, reduc ad eũ. Itẽ si videris asinũ odiẽtis te iacere sub onere, nõ ꝑtransibis, sed subleuabis cũ eo. & Deute. xxij. Non videbis bouẽ fratris tui aut ouẽ errantem, & p̃teribis: sed reduces fratri tuo. etiã si nõ est ꝓpinqu⁹ frater tu⁹ nec nosti eũ, duces in domũ tuã: & erunt apud te quãdiu quærat ea frater tu⁹, & rcipiat. similiter facies de asino, et de vestimento, & de omni re fratris tui quæ perierit. si inueneris eã, ne negligas quasi alienam &c. Nomine autem fratris seu propinqui inimicum etiam comprehendi, nulli sacrarum literatum perito dubium est: sicuti aperte ꝓbat Augustin⁹. j. de doctrina christiana. His præmissis tãq̃ ex ipsis sequentes pono aliquas ꝓpositiones. Prima est: Cuiq; licet, nõ solum laico, verum etiam clerico, vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Patet veritas huius propositicnis ex primo p̃ambulo, item ex. c. dilecto.

de senten. excommu. in. vj. vbi dicit: Cū omnes leges oīaq; iura vim vi repellere, cūctisq; sese defensare permittant, licuit vtiq; ipsi decano si prędictus baliuus eum bonis suis mundanis iniuriose spoliare, vel ea violenter occupare p̄sumpserit: contra illius violentā iniuriam se tueri. Sed p intellectu vltimę partis hui9 ꝓpositionis aduertendū est ꝙ non est inculpata tutela si scādalū pusillis afferat, vel si modum iustę defensionis excedat. Primum ostendo, quia lege charitatis obligat quisq; poti9 quælibet tormenta & mala subire q̄ proximum scandalizare, iuxta doctrinā Saluatoris Matth. xviij. Qui scandalizauerit vnū ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo ei9, & demergatur in ꝓfundum maris. Et apostolus. j. ad Corin. viij. tractās quomodo licet idolothytis vesci, limitando subiungit: Videte ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eū qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nonnne conscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducādū idolothyta. & peribit infirm9 in tua conscientia frater, ꝓpter quem Christus mortu9 est? Sic aūt peccātes in fratres & percutientes eorum conscientiam infirmā, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizet fratrem meū, nō manducabo carnes in æternum, ne fratrem meū scandalizem. Hinc Eleazarus vir ętate prouect9 potius elegit gloriosam mortē, q̄ simulare se comedere de sacrificij carnibus iuxta regis imperiū. Nam cū quidā iniqua miseratione moti carnes illi attulissent quib9 viro Iudęo vesci licitū erat, vt sic simularetur comedisse de sacrificij carnib9, dixit Nō eīm ętati nostræ dignū est fingere, vt multi adolescētes arbitrātes Eleazarū. xc. ānorū trāsisse ad vitā alienigenarū, & ipsi ꝓpter meā simulationē & ꝓpter modicum corruptibilis vitę tēpus decipiātur, & per hoc maculā atq; execrationem meę senectuti cōquiram. ij. Macca. vj. Pro intellectu secūdę, vt appareat non esse inculpata tutela si modus iustę defensionis excedatur: videndum est quid sit moderamen inculpatę tutelę, seu mod9 iustę defensionis. Panorm. in. c. olim. i. de resti. spo. dicit de hoc nō posse dari certam regulam, sed ꝙ bon9 iudex arbitrari habeat vtrum

vi repellens iniuriā steterit in limitibus merę defensiōis, an modū excesserit, considerando qualitatē personarū, & actuū verisimilem timorem imminentē. Pro informando aūt boni iudicis arbitrio dicit idē Panor. post plures alios docto. esse aduertendū ꝙ aut vis infertur ꝑsonis, aut reb⁹ Primo casu anteq̄ q̄s ꝑcutiat pōt incōtinēti inuadētē ꝑcutere ad effectū euadendi ꝑcussionē seu iniuriā: & tūc dicit potius repellere iniuriā q̄ inferre. sed si iniuria iam facta est personæ, nō est licitū repercutere etiā incōtinenti, q̄a non esset defensio, sed vindicta, q̄ nō est permissa priuatis personis, sed iudici: vt. l. nō est singulis. ff. de reg. iu. & hoc verū, nisi timeat geminata ꝑcussio. Ex quo sequit ꝙ ꝑcussus non debet insequi ꝑcussorē cū amplius nolit percutere tñ si de facto inseq̄t, & eū vulnerat, nō debet puniri vt dolosus, sed vt culpabilis: quia incōsultus calor vitio calumniæ caret. ij. q. iij. c. si quē pœnituerit. §. notādū. Si vero vis infertur rebus, debet repelli incōtinenti. i. q̄ primū poterit licet iniuria sit facta, quia illa nō est vindicta, sed potius quædā defensio. Sed dimissis multis & varijs doctorū sententijs qui hāc materiā q̄ perplexam & intricatissimā faciunt, dico inculpatā tutelā & moderamē iustę defensiōis esse qn̄ nil vltra ad repellendū vel defendendū adhibet q̄ verisimiliter ad violentiæ seu iniurię illatę ꝓhibitionē sufficit. Quod si vltra proceditur, ad vindictā seu inuasionē accedit. Dico verisimiliter, q̄a in incertis & dubijs vti oportet cōiecturis & verisimilitudinibus. Quāuis em̄ min⁹ q̄ quod fit, sit necessarium ad defensionem: si tū iniuriā repellens moderetur actum secundum id qđ verisimiliter apparet necessariū ad defensionem, excusat a culpa nō solū ciuili seu in foro contentioso, verū etiā a peccato in foro conscientiæ quia debitū ordinē virtutis seruat, neq; etiam ab ea diligētia quā quisq; diligentissim⁹ eiusdē ꝓfessionis & conditionis adhibiturus esset, recedit: q đ requirit vt culpæ leuissimæ argui nō possit. Sed qm̄ sermones vniuersaliores de actib⁹ sunt magis inanes, quatuor particulari⁹ inquirēda decreui. Primū, si ad defensionē seu cōseruationē vitæ necessaria sit inuadentis occisio, an liceat inuadētē iniuriose occidere. Scdm, an etiam liceat inuadentę occide-

re si hoc appareat necessariū pro conseruatione mēbri, videlicet pedis aut brachij. Tertiū an hoc etiā sit licitū ꝑ cōseruatione honoris aut famę. Quartū, vtrū ꝑ tuendis fortunę bonis pctm̄ sit inuadentē seu ea auferre volentē occidere, aut mutilare. Pro primi absolutiōe pono aliquas ꝑpositiones. Prima est. Dum quis vel se vel ꝓximū in hanc necessitatem incidisse viderit, ꝙ nisi inuadens occidat̄, ipse vel ꝓximus iniuriosam mortē euadere non poterit: licitū est nō solū laico, verum etiā clerico & sacerdoti ꝑ sua vel ꝓximi vita seruāda occidere inuadentē. Veritas hui⁹ propositionis patet ex textu Amb. allegato post oppositū. patet etiā ex. c. quia te. l. dist. vbi Stephanus papa scribēs cuidam episcopo dicit: Quia te quasi obnoxiū iudicas eo ꝙ a Sarracenis capt⁹ hoīes interfecisse videris, bñ facis: sed qm̄ nō tua spōte id fecisse cognosceris, inde canonice nullo modo iudicaris. Dico notāter de vi iniuriosa, quia vim q̄ iure infert̄ ab habente potestatē, et si fugiendo aut alio modo similifortassis liceat vitare: non tñ licet hmōi vim inferenti resistere eū lædendo aut quouis mō nocumentū inferēdo, vt pulchre declarat doctor sanctus. ij. ij. q. lxix. art. vlt. Etiā scdm doctores ea est differentia inter eū qui occidit sui inuasorem, & inuasorē ꝓximi: ꝙ occidēs sui inuasorē secundum casum dictę ꝑpositiōis excusat̄ ab irregularitate: sed pro ꝓximi vita cōseruanda occidens inuasorē, fit irregularis: qđ vtrum verū sit, nunc indiscussum relinquo. Primū patet ex cle. vnica de homici. vbi dicit̄: Si furiosus aut infans seu dormiens hoīem mutilet aut occidat, nullā ex hoc irregularitatē incurrit. Et idē de illo censem⁹ q morte aliter vitare nō valens, suū occidit vel mutilat inuasorē. Sed cōtra hanc ꝑpositionē vident̄ esse aliquę pręgnātes obiectiones. Prima est ex. c. de his clericis. j. dist. vbi Nicola⁹ papa sic dicit, De his clericis ꝑ quibus consuluistis. s. q se defendendo paganum occiderunt: si postea per pœnitentiam emendati possint ad gradum pristinū redire, aut ad altiorem ascēdere: scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licētiam quemlibet hominum quolibet modo occidendi: Ex quo apparet non licere alicui pro sui defensione alium occidere. Secunda obiectio est ex. ca. interfeci-

sti.de homi. §. si autem. vbi dicit textus: Si autem sine odij meditatione te tuaq; liberãdo, hmõi diaboli mẽbra interfecisti (loquitur de furibus & latronibus) secundũ indulgentiam dico, ꝓpter imaginẽ dei si aliquid ieiunare volueris, bonũ est tibi, & eleemosynã fac largiter. Si pſbyter eadem fecerit, non deponatur: tamen quandiu viuit pœnitentiam agat. sed pœnitẽtia non imponitur alicui nisi ꝓpter peccatum. ergo saltem non videtur licitũ presbytero pro sui defensione alium occidere. Tertio cõtra hanc ꝓpositionẽ videtur esse manifesta Augustini sentẽtia primo de libero arbitrio. c. v. vbi loquens de lege quę cõcedit viatori potestatem occidendi latronẽ, ne ab eo ipse occidatur, vel viro aut fœminę vt violenter irruentẽ stupratorem ante illatũ stuprũ si possit interimat: qui hoĩes inculpata lege quomodo inculpati queant esse, dicit se non videre. Non enim lex cogit eos occidere, sed relinquit in potestate. subdit: Quomodo enim apud diuinã prudẽtiã sunt isti a peccato liberi, qui ꝓ his rebus quas contẽni oportet, humana cæde polluti sunt? Ad idem etiam est eius sententia in ca. de occidendis. vt patet in tertia ratione ante oppositũ. Confirmatur per Ambro. iij. libro officiorum cap. iiij. vbi respõdens quorũdam quęstioni: Si sapiens in naufragio positus insipiẽti naufrago tabulã extorquere possit, an debeat, dicit: Mihi quidem etsi præstabilius communi videatur vsui sapientẽ de naufragio quã insipientem euadere: tamen non videtur ꝙ vir christian⁹ & iustus & sapiens quęrere sibi vitã aliena morte debeat, vtpote qui etiã si in latronem armatũ incidat, ferientem referire non possit: ne dũ salutem defendit, pietatem contaminet. Hinc apl'us. j. ad Tim. iij. & ad Titũ. j. dicit: Oportet episcopũ non esse iracundum, non percussorẽ &c. Ad primã obiectionẽ dico cũ glo. illius ca. super verbo defendendo, ꝙ textus loquit̃ in casu quo q̃s se defendẽs incaute & sine moderamine inculpatę tutelę aliũ occidit, nõ quãto seruato hoc moderamine & in necessitate ineuitabili. Ad secundã dico cum secundo intellectu quem dat Panor. ad clausulam textus dicti capituli allegatam, quod tali sacerdoti imponitur pœnitentia nõ quia peccauerit se & sua liberans latronem occidendo: sed imponitur ei pœni-

tentia ad cautelã propter aliorum scandalum vitandũ, aut si forte aliqd vltiõis aut vindictę admixtũ fuisset in hmõi defensione: ne disciplina ecclesiæ in opinione vulgi videaẽ deseri: sicut in simili dicit glos. fi. in: c. in lectũ. xxxiiij. q. ij. Ad tertiã respõdet doctor sanctus. ij. ij. q. xliiij. arti. vij. ꝙ sentẽtia Augustini intelligitur eo casu quo quis ꝑ sui defensione intendit occidere hominẽ. Nostra autẽ decisio qñ solũ intendit sui defensionẽ, ad quã forte verisimiliter sequetur mors quã ipse non intendit: sicut medic⁹ dans fortẽ medicinã necessariam in casu ad curã, quæ fortassis mortẽ accelerat. Aliter (saluo meliore iudicio) ad auctoritates Augustini & Ambrosij rñdeo ꝙ veritatẽ habẽt qñ iniuste inuasus ꝓbabili cõiectura scit aut sperat (vt de cõi lege sciri põt) ꝙ sit in statu gratię & salutis, & inuasor in mortali peccato. tunc eñ debet ex charitate potius mortẽ patienter ferre, q̃ ꝓximo in statu damnationis existenti auferre tẽpus pœnitendi. secus cũ sibi timet, aut fortassis scit se nõ esse in statu salutis: quo casu pietatẽ nõ cõtaminat si vtriusque saluti spirituali consulere non valens, primũ sibi cõsulat. Vnde ꝑ maiore declaratione pono hanc aliã ꝓpositionem. Quãuis in casu pręcedẽtis ꝓpositionis possit quis ꝑ sui defensione inuasorẽ occidere: tñ ad hoc faciẽdũ nõ obligatur, imo meritoriũ est non repugnare mortẽ inferẽti: & vt dixi, sciẽs ꝓbabiliter se in statu salutis, ad hoc obligatur magis q̃ inuadentẽ occidere qui iniuriose inuadẽs mortaliter peccat, & ideo in statu dãnationis est. ꝓbatur: Nullus sequens cõsiliũ Christi peccat, imo maius quiddã adipiscitur. xiiij. q. j. quisquis. sed consiliũ Christi est de iniurijs & damnis proprijs patiẽter ferendis: ergo mortẽ iniuriosam patienter tolerare est meritoriũ. Minor patet Mat. v. Ego autẽ dico vobis, nõ resistere malo. Suꝑ quo verbo dicit gl. Malũ tpale dicit: qđ tribus modis fit, cruciatu corporum, dãno rerũ, angarijs operũ. Tria ponit saluator in textu: qa in hoc numero notatur ꝑfectio: vt q̃ hoc impleuerit, videlicet hęc mãsuete & patienter ferens: ꝑfectã iustitiã se habere nouerit. Confirmaẽ per exꝑssam Hiero. sententiã in ca. nõ est nr̃m. xxiij. q. v. sic dicentis: Non est nr̃m mortẽ arripere: sed illatã ab alijs libẽter accipere. Vñ & in ꝑsecutio-

nibus non licet mihi propria perire manu: sed percutienti colla submittere. Et Augu. in ep̄la. cxxvij. dicit dē mansuetudine ecclesiasticorū hoc esse, vt poti⁹ eligant a sceleratis hoībus occidi, quā eos occidendos iudicibus ingerant. Hinc Anto. iij. parte sūmę. tit. iiij. āte. §. fi. dicit post Tho. ꝙ licet quis possit ꝑ suę vitę defensione inuasorē occidere: nullus tamen ad hoc tenetur: sed maioris perfectionis esset si potius permitteret se occidi qn̄ aliter euadere nequit. Tertia ꝓpositio. Quantū ad defensionē ꝓximi cęteris parib⁹ in arbitrio defendentis est inuasum iniuste defendere, aut sinere eū occidi qn̄ defendi non pōt nisi inuasor occidatur. Probat̄: quia cęteris parib⁹ æque obligat̄ potens defendere, saluti vtriusq̄ cōsulere: ergo pōt vt libet sinere īuasum occidi, aut cū iniuria inuadentē occidere. Dico notāter cæteris parib⁹: quia posset q inuadit iniuste, esse tam vtilis & necessarius ecclesiæ, vt potens eū defendere obligaret̄ pro eius liberatione poti⁹ mortē subire, q̄ eū indefensum relinquere: quō Prisca & Aquila supposuerunt suas ceruices ꝑ anima Pauli: vt habet̄ ad Roma. vlti. Etiā si inuasus sit p̄r aut filius, obligamur eū defendere a morte, etiā interficiēdo inuasorem. Dico etiā notanter qn̄ defendi non pōt &c. quia si inuasus iniuriose aut quęsitus ad mortē possit sine occisione inuasoris defendi: obligamur illū quouis mō licito liberare, scd̄m illud Sapientis Prouerb. xxiiij. Erue eos q ducunt̄ ad mortē: & q ducunt̄ ad interitū, liberare ne cesses. Sed cōtra has ꝓpositiōes, p̄sertim contra p̄cedentē, vident̄ esse aliquę obiectiōes fortes. Prima est, sicut patet ex primo p̄ambulo superi⁹ posito, ad ius naturale spectat ꝓprię vitę cōseruatio, & illius defensio cū moderamine inculpatę tutelę. sed quæ sunt iuris naturalis, nunquam licet pręterire: cū illud ius simpliciter sit immutabile: ergo nunquā licet sinere se occidi vbi qs pōt mortē sine pc̄ō euadere. Secūda obiectio. Nemo pōt pro salutę vitę alteri⁹ mēbrum sui corporis exponere: ergo nec totū corpus: & ꝑ cōsequens nec vitā. Antecedens patet: quia nemo videt̄ dn̄s membrorū suorū. l. liber hō. ff. ad legem Aquiliā Confirmatur ꝑ apost. ad Gala. iiij. dicentē. Testimoniū em̄ perhibeo vobis q̄ si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & de-

differetis mihi. vbi glo. super verbo si fieri posset, inquit: Nõ põt fieri qđ iuste nõ fit. Tertia obiectio. Famã negligens cũ eã seruare põt, peccat in se & in proximos. ergo multo magis vitã negligẽs. Tenet cõsequẽtia: qa vita corpis est pferẽda famæ. Añs patet ex cap. nõ sunt audiẽdi. xi. q. iij. vbi dicit Augu. ꝙ fama seu existimatio hoĩm nõ solũ impudenter, sed etiã crudeliter contẽnit. Quarta: Si dicta ꝓpositio eẽt vera, sequeret ꝙ q iurasset redire ad carcerem iniuriosum ex quo sibi imminet piculũ mortis, teneretur ad illũ redire. sed hoc videtur falsum, & contra cõem doctorũ sententiã: ergo &c. Sequela tenet: quia oẽ iuramentũ est obligatoriũ & seruandũ qđ seruari põt sine interitu salutis eternæ: vt patet ex. c. si vero. de iureiuran. Quinta rõ talis est: ꝑmittens se occidi, videt tẽtare deũ piculo dãnationis se exponens: qđ nũquã licet. ergo &c. Sexta rõ est cõtra tertiã ꝓpositionem nũc positã. Iniuriose aliũ inuadens cõmittit manifestũ facinꝰ. ergo nũquã est in arbitrio eiꝰ q põt defendere, sinere inuasum occidi, aut occidere inuadentẽ: sed tenet inuadẽti resistere. Tenet cõseqntia quia non caret vitio societatis occulte q manifesto facinori desinit obuiare. lxxxiij. di. erro. Et in cap. quãtæ. de senten. excõ. dicit papa: Eos interptamur peccãtibꝰ fauere, q cum possũt manifesto facinori desinũt obuiare. Ad primã istarũ obiectionũ dico ꝙ duobus modis aliqua ptinent ad ius naturale. Vno mõ qa sunt in pcepto vel in ꝓhibitiõe iuris naturæ. Alio modo quia sunt iure naturæ sic ꝑmissa & cõcessa, ꝙ nunquã alicui inuito nisi ob aliqua demerita ꝓhiberi possunt, sed ferme semper æquitatẽ cõtinẽt, aut saltẽ iniquitatem excludũt: quomodo cõtrahere matrimoniũ iure nature cuiq; potenti est cõcessum: tñ non contrahere non est peccatũ, imo melius iuxta doctrinã apost. j. ad Corin. vij. Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Modo vim vi repellere est de iure naturæ. Hoc secũdo modo, nõ primo. ad secundã obiectionem nego antecedens. Ad ꝓbationem dico ꝙ verum est neminem esse dominũ membrorum suorũ quo ad hoc ꝙ possit ea a se abdicare amputando, aut procurando eorum amputationem, seu negligentia aut incuria sinẽdo ea perire: vtiq; tamẽ quo ad hoc

potestatem habet vt possit patienter tolerare iniuriosam illorum ablationem, sicut ꝓpter nulla demerita licitũ est alicui vt sibi mortẽ infligat, attamẽ põt, tolerare & debet vt ei a iudice scd̃m ordinẽ iuris infligat. Ad tertiã dico ad antecedens ꝙ in casu cõtẽnere famã ꝓ bono virtutis nõ so lũ licet, sed meritoriũ & laudabile est. Hic Seneca epistola lxxxj. Nemo videt mihi plꝰ æstimare virtutem, nemo ma gis illi esse deuotꝰ, q̃ qui famã boni viri ꝑdidit, ne cõsciẽ tiã ꝑderet. Et Aug. ad Secũdinũ manichæũ. Senti de Au gustino quicq̃d volueris: sola me in oculis dei conscientia nõ accuset. xj. q. iij. ceti. Attñ sine causa ꝓdigere famã nõ licet: quo casu intelligit verbũ Augu. in dicto cap. nõ sunt audiendi. Sic etiã sine cã ꝑmittere se occidi, magnæ demen tiæ est. secꝰ cũ ad exercitiũ patientiæ vel illiꝰ exemplũ mõ strãdũ alijs, aut vt inuadenti seruet tempꝰ pœnitentiæ. Ad quartã rationem admitto sequelã. Nec valent motiua do ctorũ asserentiũ cõtrariũ: quorũ vnũ tãgit Panor. in di. c. si vero. in tertia oppositiõe. Iuramentũ qd̃ vergit in interi tum vitæ ꝓximi, nõ est seruãdũ. xxij. q. iiij. c. j. cũ quatuor sequentibꝰ: ergo nec iuramentũ qd̃ vergit in detrimentũ seu perniciem ꝓprie vitæ. Secũdũ motiuũ est ex gl. in cle. pastoralis. de sent. & re iudi. dicente ꝙ si captiuus ad pœnã vel periculum mortis relaxat iuramento suo mediante de redeũdo ad carcerem: si mors est iniuriosa, non tenet. fun dat in textu qui dicit, Qua eñ rõne aliquis teneret consi storij talis subire iudiciũ, & in hostium sinu reponere, ac ad mortem ꝑ violentã iniuriã vltroneũ se offerre? Ad pri mũ istorũ dico consequentiã nõ valere. Cũ enim aliquis sit magis dñs eorũ quæ ad se pertinent, q̃ quæ ad alios: po test licite multa pati, aut sinere sibi inferri, quæ ei nõ licet alteri inferre, aut sinere inferri. Ad secũdũ dico ꝙ textus in quo se fundat illa glossa, nihil facit pro sua opiniõe, sed solum ꝙ ex citatione aut alio vinculo sacramenti in gene rali pstito nemo obligat se exponere iniuriose mortis pe riculo: quia virtute talis iuramenti non obligatur ad quod noluisset verisimiliter se obligare si in speciali de illo præ cogitasset, iuxta theoricam docto. in cap. veniẽs. & in cap. quintauallis. extra de iureiurando. Ad quintam rationem

dico ꝙ periculo damnationis nõ se exponit qui cõfessus & sacra cõmunione refectus, aut cõtrit⁹ de peccatis, vt meritum propriç patientiæ augeat, & alios ad volũtariã temporalis mali ꝑpessionẽ adhortet libẽter mortẽ tolerat iniuriosam: imo pie credendũ est ꝙ hoc casu ipsa sui sanguinis effusio eum a peccatis expurget si opus sit purgatiõe. Ad sextam rationem nego consequentiã. Ad probationem dico ꝙ textus illi & similes intelligẽdi sunt qñ quis temere & sine rationabili causa desinit facinori obuiare: & maxime quando dolo hoc omittit, vt Innocẽ. dicit. d. c. quãtæ. Vnde q nõ prohibet adulteriũ, vt nõ ꝑpetret homicidiũ. non ꝓpter hoc censetur fautor adulterij: arg. xxxiij. q. ij. si quod verius. Ita qui nõ ꝓhibet facin⁹ inuadentis, vt eius vitam saluet, quando nõ magis tenet saluare vitam inuasi q̃ inuadẽtis nõ cẽset peccare, neq ei fauere: nisi ei ad inuadendũ aliũ opem ferret. ¶ Scḋo inquirendum est an ꝓ tuitione mẽbri licitũ est occidere inuadẽtẽ volentẽ iniuriose brachium vel pedem aut aliud simile membrum amputare. Et videtur ꝙ non: quia secundũ ordinem charitatis obligamur magis vitam proximi diligere, q̃ salutem particularis mẽbri nostri corporis, sine quo vita nobis seruari potest. ergo. &c. Pro hui⁹ solutione p̃mitto ꝙ si prçuiderẽ venientem ad me vt manũ vel pedẽ mihi amputet, in ipso itinere p̃cipitandum, ex quo mortẽ incurret, nõ teneor illi occurrere manũ amputandã offerendo, ne seipsum præcipitet. Similiter si tyrannus offerat mihi ꝙ si velim ꝑmittere brachium amputari, dimittet liberũ quem aliter iniuria occidet non teneor illi brachium offerre: quia pie motus possum velle illud seruare, vt plures alios ab iniusta morte liberem. Ex hoc infero hanc propositionẽ responsiuam. Eo casu quo licet (vt dictũ est) ꝓ conseruatione vitç proximo vitam adimere: similiter licet pro conseruatione mẽbri corporis. Patet: quia secundum cursum rerũ humanarũ nullũ est membrũ, saltem ex principalibus, quod nõ probabiliter timere possimus fore in casu nobis necessariũ ad conseruationẽ ꝓpriæ vitæ aut pluriũ aliorũ, vt manus ad defensionẽ, & pes ad fugiendũ hostem. Ad rationẽ dico ꝙ licet absolute magis obligemur vitã ꝓximi diligere, q̃

salutem particularis membri: non tamen tenemur statim illud pditioni exponere p vita pximi q̃ suā vitā tam vilē habet vt eā venalē aut piculo exponat p iniquo desiderio explendo. Etiā in hoc casu defendens nō tā censet inuadentem occidere, q̃ ipse iniuriose inuadens seipm. ¶ Tertio videndum est an p cōseruatiōe honoris & famę licitū etiā sit an non iniuria inuadentē occidere. ¶ Pro decisione hui⁹ quæsiti psuppono φ fama est illæsę dignitatis stat⁹ legib⁹ & morib⁹ cōprobat⁹. l. cognitionū. §. existimatio. ff. de va. & extraor. cog. Ex quo sequitur nō om̄is opinio vulgi temere concepta esse fama: cū instar stultorū frequēter laudet reprobanda, & laudanda reprobet. Scdo psuppono: sicut hostē aggredi aut eūdem expectare est aliqñ act⁹ fortitudinis: ita similiter & hostem fugere: vt tertio Ethicorū tractatu de fortitudine morales philosophi tractare solēt. Cū em̄ hō etiam miles pōt fuga vitam suā seruare, si sua mors nullam vtilitatem neq̧ sibi neq̧ alijs neq̧ reipu. pro qua militat affert: nō solū pōt, verū etiam tenetur vitam suā fuga seruare. Ex his sequitur ppositio respōsiua, φ p cōseruatiōe honoris aut famæ apud stultam vulgi imperiti opinionē nō licet neq̧ se piculo mortis exponere, neq̧ inuadentem pximū occidere: quanuis Barto. (quē doc. cōmuniter sequuntur) oppositū senserit in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Nec valet dicere φ famam negligens, in seipsum est impius, & in pximos crudelis, qui inde scandalizantur: quia hic non est infamia magis q̃ si perit⁹ miles cōtra vulgi opinionem pericula declinet. Potest etiā hanc infamiam abolere armorū exercitio, aut alijs dicendo φ fugerit ne proximo vitā adimendo, viam salutis adimeret, propter quod, sicuti dixi, pōt in casu salutē ppriæ vitę cōtemnere: ita etiā posset in casu iacturā aut detrimentū veræ famæ patienter sustinere, ¶ Quarto inquirendū est an pro tuendis fortunæ rebus, qñ aliter seruari nō possunt, liceat auferre volentē occidere. Q. d̄ sic appet Exod. xxij. vbi dicitur, Si effringens fur domum siue suffodiēs fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus, percussor nō erit re⁹ sanguinis. Hoc autem tantum concessum videtur ob solā custodiam rerū. ergo pro conseruatione rerū licet inuaso-

rem occidere quando aliter seruari nequeūt. cui cōsonat. l. furem. ff. ad. l. cor. de sica. quę sic habet, Furem nocturnū si qs occiderit: ita demū impune feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit. In oppositum est textus in ca. suscepimus. extra de homicidio. vbi dicitur ꝙ expedit potius post tunicam relinquere pallium, ꝗ̄ pro conseruādis reb⁹ vilib⁹ & transitorijs tā acriter in alios exardescere, vt ꝑ illarū rerū conseruatione occidantur. ¶ Quantū ad pręsentē quęstionem inueniūtur varie sensisse doctores. Nā Barto. quē sequuntur plures legistę, & etiā quidā summistæ, in dicta l. furem, tenet esse licitū ꝓ tuitione bonorū fortunę occidere inuasorē. Doctores canonistæ in dicto cap. suscepimus. & in capit. interfecisti. de homicidio, & etiam theologi cōmuniter dicunt non licere, nisi saltem ꝓ conseruatione rerum simpliciter necessariarū ad vitā. Immo Scotus doctor subtilis in. iiij. dist. xv. (quamuis minus recte) dicit nō esse licitum principibus seu cōmunitatibus occidere furē pro solo furto seu ablatione rerū fortunę. Itaq; horū opinionem tanquā veram sequens, pro solutione huius q̄stionis pono hanc ꝓpositionem. Non licet priuatę personę pro sola tuitione bonorū fortunę inuasorē occidere. Probo: Scd̄m Augu. primo de doctrina Christiana, ille iuste & sancte viuit qui est rerū integer ęstimator. Is vero est q ordinē diligendorū seruat, vt in dilectione nō pręferat quod postponendū est. sed vita ꝓximi p̄ferēda est bonis fortunę. ergo &c. Minor patet per magistrum dist. xxix. iij. senten. vbi ordinē diligendorū ex charitate hunc esse dicit, vt prius & magis diligatur quod supra nos est, quod est de⁹. Secundo q̄d nos sumus. Tertio quod iuxta nos est: vtputa proximus. Quarto quod infra nos est, videlicet corp⁹, & externa bona. Secundo ꝓbo idem. extra articulū necessariæ defensionis pro ꝑsonali suiipsius vel ꝓximi iniuria repellenda nulli priuatę ꝑsonę licet aliū occidere nisi in casu specialiter a iure non solū ꝑmisso, sed etiā concesso. Sed pro conseruatione rerū ius non cōcedit alium occidere, licet in aliquibus casibus ꝑmittat. ergo &c. Minor patet: quia. l. furem. allegata quę magis concedere videtur quam aliqua alia, dicit quod furem nocturnum occidens, ita demū impune feret,

si parcere ei sine periculo non potuit: non dicit sine rei suæ periculo, quāuis cōmuniter doctores sic intelligāt, saltem legistę. Nec valet consequentia: Lex permittit hoc fieri, seu facientib⁹ nullā irrogat pœnam: ergo hoc est licitū: sicut occidēti turpiter inuentū cum vxore, filia, aut sorore vel matre, nullā infligit lex pœnam: vt patet ex. l. qđ ait lex. §. qđ ait. ff. de adulterijs. neq; etiā canon si fuerit sic inuentus clerie⁹, pœnā excōicationis: vt patet ex ca. si vero. j. de sententia excōmunicationis. Et tñ (vt etiā sentit Panor. in hoc capi.) talē sic inuentum occidēs peccat: sicut aperte videtur dicere text⁹ in cap. admonere. & in ca. inter hęc. xxxiij. q. ij. Sed pro ꝓprię iniurię repulsione aut vitę defensione non solum permittit lex, sed etiā concedit expresse in certis casibus extra articulū necessitatis inuasorem occidere: vt patet de assasinis iam diffidatis & reipub. inimicis. de homi. in sexto, capit. ꝓ humani. Sic etiam de nocturno agrorum depopulatore, & latrone publico, ac desertore militię concessum videt. C. qñ vnicuiq; vindicare se sine iudice licet. Et licet titulus vtat verbo vindicare, improprie vtit: quia lex prima & secūda non loquunt de vindicta priuatę personę, sed quam nomine reipublicę conuenit inferre. Ad rationem ante oppositū dico cū Augustino ꝙ furem nocturnum ideo licuit occidere, quia non pōt discerni ꝙ ad furandum tantū, non ad occidendū venit: quod in fure diurno cognosci potest, ꝓpter quod talem non licuit occidere, vt patet Exodi. xxij. vbi dicit, Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse moriatur. Vel dici potest ꝙ in lege Moysi ex speciali legis cōmissione seu cōcessione licuit furē nocturnū occidere, queadmodū nunc licet nocturnū populatorē agrorū, vt dictū est. Non est igitur ratio diuersitatis quā assignāt multi doctores post glossam dictæ l. furē. videlicet ꝙ fur nocturnus non potest cognosci, & ideo ab eo non possent iudicialiter repeti furto ablata, diurnus vero nosci potest, ꝓpter quod poterit per iudicem cōpelli ad restitutionem ablatorum. Ad rationes ante oppositum. Ad primā dico ꝙ sicut nullus tenetur a se repellere iniuriam cum vult pro exercitio patientię illā tolerare, ita si sciat proximū similiter velle pati iniuriā, non obligatur

cū liberare: quod intelligo de priuata persona: q̄a potestas seu consulatus obligatur etiā volentē iniuriā pati liberare. Quod si q̄s cōtra hoc adducat textū ca. fin. xxiij. q. iij. vbi Aug. peccasse dicit Iudęorū populū ꝙ nō liberauerit Christū a morte, quē t̄n cōstat voluisse pro redēptione generis humani pati: dico ꝙ August. si loquatur de populo apud quē auctoritas publica nō fuit, vult ꝙ peccauerit quia nō sciuit Christū omnino velle pati, neq̄ inquisiuit an iuuari vellet. Vnde populus qui non liberauit btm̄ Andreā a passione iniuste illata, a peccato excusatur, quia rogauit populū btūs Andreas vt nō impediret ei⁹ passionē. Ad secūdā rationē dico ꝙ dictū Ambrosij veritatē habet q̄n non constat de iniuria patiētis. Vel dico ꝙ nō nocet ei q̄ ab iniuria inferenda ꝓhibetur: cū docuerit Amb. a ꝓximo repellendā esse iniuria, in cap. nō inferēda. superi⁹ allegato. Ad tertiā patet respōsio in solutiōe ad tertiā rationē posita cōtra primā ꝑpositionē primi inquirēdi. Vel dico ꝙ Augu. loquit̄ extra casum ineuitabilis necessitatis. cū faciat differentiam inter militem q̄ auctoritate publica fungitur, & priuatā ꝑsonā. ¶ Secundus articulus est: An ꝑdicta pietatis officia obligemur exhibere ꝓximo inuito seu nolenti? Q. ꝙ non, ostendo tribus medijs. Primū est, Perfectio nr̄a consistit in imitatione Christi, iuxta illud saluatoris Lucę. vj. Non est discipul⁹ supra magistrū. ꝑfectus aūt oīs erit si sit sicut magister eius. & Mat. v. Estote perfecti sicut & pater vester celestis perfectus est. sed deus inuitis beneficia nō pręstat. ergo &c. Minor patet Ezech. iij. vbi dn̄s ꝓphetæ dicebat: Adhęrere faciā linguā tuā palato tuo: quia dom⁹ exasperās est, Et apost. Actuū. xiij. iudęis dixit: Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed quia repellitis illud, ecce cōuertimur ad gentes. Secundo arguo ad idem. Nō obligamur ꝓximū defendere nisi propter iniurię repulsionē: sed quādo nō vult defendi, nulla fit ei iniuria ergo &c. Minor patet: quia videt̄ consentire in nocumēti illationem. Iā scienti & consentienti nō fit iniuria neq̄ dol⁹: vt habet regula iuris in sexto. Etiā beneficiū non confertur inuito. l. inuito. ff. de reg. iur. Tertio ad idem. Ex ordine charitatis quisq̄ magis obligat̄ sibi q̄ alteri: quia vt dicit Philosophus. ix. Ethi.

Amicabilia quę sunt ad alterum, sunt ex amicabilib⁹ quæ sunt ad se. sed patiens iniuriam si nolit potest se nõ defendere: ergo alter non obligatur eum nolentē defendere. Ad oppositũ est sententia Aug. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. ¶ Pro solutione hui⁹ articuli. Sicuti sunt quatuor bonorũ genera, vtpote fortunæ, famæ, corporis, & animæ: pono quatuor ꝓpositiones. Prima est: Priuata ꝑsona non obligat ꝓximo inuito beneficiũ defensionis rerũ seu bonorũ fortunę exhibere, nisi in casu imminentis scandali. Patet veritas huius ꝓpositionis: quia obligatio tuendi bona ꝓximi solũ currit in fauorē ipsius: cui fauori quãdo est nolens defendi, videtur renũciare: cũ vnicuiq; renunciare liceat ei qđ in eius fauorem est introductũ. cap. ad apostolicã. extra de regula. Dico notanter priuata ꝑsona: quia potestas seu ꝗ publica auctoritate fungitur, omnia crimina etiã nõ requisit⁹ cohibere tenetur. xxiij. q. v. ca. regũ officiũ. Dico etiã nisi in casu imminentis scandali: quia si ex ablatione rerũ iniuriosa verisimiliter aliorũ scandalũ immineret, videlicet ꝙ is cui auferunt bona, habet filias q̃ ob penuriã verisimiliter ꝓsti tuerentur: quia tunc talis peccat nolens defendi, si non possit per se sua tueri: obligamur ei inuito beneficiũ defensionis pręstare in fauorē aliorũ. ¶ Secunda propositio. Obligamur proximi etiam nolentis seu inuiti famã defendere: quemadmodum & ipse obligatur: ne ꝓximos scãdalizet: Patet: quia ex iactura famæ vt in pluribus sequitur aliorũ scandalum. sed illud prohibere tenemur quantũ possum⁹. ergo &c. Hinc propheta psal. c. dicit, Detrahentem secrete proximo suo, hunc persequebar. ¶ Tertia propositio: Nos obligamur membrorum & vitę proximi salutē tueri siue volens fuerit siue inuitus, qñ sine causa rationabili, vtputa sine profectu virtutis, ipse vel alius ei membra aut vitã auferret. Dico sine ꝓfectu virtutis, quoniã si ꝓpter martyrij palmam aut patientię profectum nollet defendi, nõ obligaretur priuata persona eum defendere: secus de eo ꝗ publica fungitur auctoritate: vt dictũ est. Veritas hui⁹ ꝓpositiõis patet ex Augustino in ca. ipsa pietas. xxiij. q. iiij. vbi dicit: Si duo aliqui in vna domo simul habitarent, quã certissime sciremus ruiturã; nobisq; id pręnunciantib⁹ nol-

lent credere, atq in eadem manere psisterent: si eos inde possemus eruere vel inuitos, vt vlterius redire sub ei⁹ peri culũ non auderent: puto nisi faceremus, nõ immerito cru deles iudicaremur. Confirmatur per glossam. lxxxiij. di. in prin. dicẽtem q medicus tenetur curare diuitem infirmũ ei nolentem aliquid dare etiam suis expensis. sed si cõua lucerit, repetet expensas. Idẽ sentit speculator titulo de sa larijs. §. quarto. ¶ Quarta ppositio. Obligamur pximũ etiam inuitum a detrimentis bonorũ animę tueri. Veritas huius propositionis sequitur ex pcedente propositione: vt patet per Augustinũ in dicto capitulo, ipsa pietas. sic dicẽ tem: Quid igitur de ope misericordiæ, quod p vita ęter na adipiscenda, & pœna æterna vitãda hoibus debem⁹ im pendere: iudicandum est: si pro salute ista non solum tem porali, verum etiam breui & ad tempus exiguũ duratura sic nos subuenire hominib⁹ ratio vera & benigna cõpellit.

¶ Ad rationes ante oppositũ, ad primã dico ad maiorem q sicut, ibidem dicit similitudinẽ psua conditione & mo do: vt videlicet homo seruet q̃ ad ei⁹ officiũ pertinent: si cut deus semper seruat quę ipsum decent, & suę maiesta ti conueniunt, quam similitudinem dicit sicut, in illo qđ di cit Christus Ioannis. xvij. Rogo pater vt omnes credituri sint vnum, sicut tu pater in me, & ego in te. vt patet ex ca. damnamus. extra de summa trinitate & fide catholica.

¶ Ad secundam dico ad probationẽ minoris quod nolens defendi non semper cõsentit vt ei inferatur iniuria. Itẽ nos obligamur inuitum defendere nõ tantum propter iniurię repulsionem, sed propter aliorum scandalum vitandum, aut quia inutiliter pateretur: vt dictum est. Et ita maior il lius rationis generaliter accepta nõ est vera. ¶ Ad tertiã dico quod minor est vera quando is cui iniuria infert, vti liter aut propter maioris mali vitationem pati vult: quo casu possumus ei beneficium defensionis non impendere.

¶ Tertius articul⁹ est, Vtrũ dicta charitatis officia oblige mur impendere proximo dum nobis rerũ aut corpis peri culũ imminet. ¶ Pro decisione materię præsentis articuli occurrunt tria dubia dissoluenda. Primum. An pro saluan da pximi vita oporteat bona fortunæ diuitias & faculta-

tes perditionis exponere. Secūdū, Vtrū p ei⁹ vita seruanda liceat & etiā oporteat vitę piculū subire. Tertiū. Vtrū pro vita nostri proximi seruanda aut etiā procurāda oportet nos nō solū periculo vitæ exponere, verū etiam ipsam mortem obire. ¶ Pro dissolutione horū dubiorū pono tres propositiones seu quæstiones. Prima est. Pro redimēda pximi vita a periculo mortis propter ei⁹ demerita p iudicē ei infligendę, non obligamur pecunias seu nostras facultates expendere: quod tamē facere tenemur si per iniuriā aut sine ei⁹ demeritis vel ex naturali cā ei mors imminebat, nisi potior aliqua causa occurrens nos excuset. Prima pars hui⁹ ppositiōis patet, q̄a vt coerceātur atq̧ deterreātur malefactores, nō solum expedit, verūetiā necesse est crimina esse punita, imo longe sancti⁹ est sinere iustitiā fieri in terrorē aliorū, q̄ prece aut pcio homicidā aut latronē redimere, psertim in locis vbi cōmuniter talia perpetrantur. Secunda pars patet per illud Ambrosij. Si tēpore periculi quo iustus rapitur ad mortē, plus apud te pecunia tua valeat q̄ vita morituri, nō est leue peccatū. lxxxvj. di. non est satis. Patet etiā ex hoc q̄d superi⁹ allegaui Prou. xxiiij. Erue eos qui ducūtur ad mortē: & qui trahunt ad interitū, liberare ne cesses. Dixi in fine, nisi aliqua potior causa nos excuset: quia in casu posset seruari pecunia si nobis aut alijs sanguine magis coniunctis aut reipu. vtilibus esset necessaria. sed videat quisq̧ ne mētiatur sibi iniq̄tas: & necessitatē fingat, quādo vix inuenit esse vtilitas. Similiter si eū q̄ necessitatē etiā extremā patitur, aut cui mors per iniuriā infligenda est, sciā esse alijs aut reip. pniciosum vt puta occultū hæreticū alios seducentē, blasphemū, sodomitā, latronē (vt appet) icorrigibilē: nō teneor illū iuuare, sed licite pmitto eū perire: quo casu intelligendū est illud Augustini: Vtili⁹ esurienti panis tollitur, si de cibo secur⁹ iustitiā negligat: q̄ esurienti frangat. vt iniustitię seductus acquiescat. v. q. v. nō omīs. Similiter & illud q̄d .ij. Paralip. xix. dicitur de Iosaphat, qui regi Achab impio in causa tñ iusta pbebat auxiliū: cui ibidē dicit a dño p pphetā: Impio pbes auxiliū: & his qui oderunt dominū, amicitia iungeris: & icicirco irā dñi merebaris &c. ¶ Secūda ppositio;

Propter proximũ liberandum a morte nõ obligamur nos morti aut periculo mortis exponere,nisi vel ei vel alijs vita sua sit necessaria ad pœnitentiã,aut ad impediendũ graué aliquã scãdali seu turbatiõis occasionẽ:tñ ꝓpter pietatẽ in ꝓximũ exercendã hoc nobis licitũ est. Prima ps hui⁹ ꝓpositionis patet:quia regulariter ꝑsertim cæteris paribus licitũ est nobis ꝓpriã vitã vitæ ꝓximorũ ꝑferre: vt patet ex ꝓpositionib⁹ & earũ declarationib⁹ q̃ positæ sunt in j.artic. Primã exceptionẽ: videlicet nisi vita fuerit ei vel alijs ad pœnitentiã necessaria,ꝓbo:q̃a obligamur magis salutẽ ꝓximi diligere q̃ nr̃am corporalẽ vitam : vt patet ex ordine diligendorũ ex charitate,quẽ ponit Aug .i. de doctrina Christiana, & magister i.iiij.d.xxix. Et.irloã. iij. In hoc cognouim⁹ charitatẽ dei, q̃m ille ꝑ nobis aĩam suam posuit: & nos debem⁹ ꝓ fratribus animas ponere. Secundam exceptionẽ declaro & ostendo, videlicett aut ad impediendũ grauẽ scandali aut turbationis occasionẽ &c. q̃a ꝓ publica vtilitate seu reip. pace conseruanda se morti exponere, ad officiũ virtutis fortitudinis pertinet: sicut patet ꝑ philosophũ,iij. Ethicorũ.c.de fortitudine. Vñ si qs sciret ex occisione principis etiã iniusti seu tyranni aut alicuius quem multũ amat, graue periculũ reip. aut multis innocentibus imminere: deberet ꝓ ei⁹ liberatione ab iniuriosa morte, sese periculo mortis exponere. Vltima pars prædictę propositionis patet:quia ꝑcipuus fortitudinis act⁹,qui est morti se exponere, nõ solũ exerceri potest licite dũ cadit sub ꝑcepto, verũ etiam dũ est cõsilij, ob id excusantur a peccato & maxime laudandi sunt qui ꝓpter aliquam exhibendam pietatẽ, vtpote visitationis, consolationis, ac salutaris admonitionis, infectos peste, aut alio contagioso morbo laborantes visitant cũ verisimili periculo infectiõis aut qui eos custodiũt, seu ipsis seruiũt, aut ad hoc faciendũ voto vel sacramento sese adstrigũt. attamen ob nullã vtilitatẽ seu ꝓ ꝑcio aut pecunia se ꝑiculo mortis aut infectionis exponere, maximę est stultitię, & graue peccatũ: vt patet ex textu Hiero. in ca. vide. j. q. j. Vnde Cicero lib. officiorũ primo. Fugiendũ illud est, ne nos offeramus periculis sine causa: quo nihil põt esse stulti⁹. In his tamen casib⁹

potest sine peccato vitæ stipendium recipi, & opus ipsum pietatis gratia exhiberi: vt in teste depositiuro extra ciuitatem seu locum habitationis. Neqꝫ etiam illicitum est pro augmento tolerãtię laborum, fœtorũ & huiusmodi stipẽdij augmentum petere, sed nõ ob id ꝙ vitę periculo se exponit, cum vita non sit res æstimabilis precio. Tertia ꝓpositio. Pro reuocatione proximi a peccato, aut pręseruatiõe a scandali siue peccati periculo, non tantum possumus sed etiam obligamur & ipsam mortem & illius periculũ subire. Patet veritas huius ꝓpositionis: quia magis tenemur diligere salutem proximi, ꝙ nostram corporalem vitã, vt nunc pluries dixi. Item per Augustinũ. i. Confessionũ dicẽtem eos peccare qui ob metũ infamię aut cruciatus corporum corripere nolunt. Ex his propositionibus infero. Et si medicus aduocatus a pestifero vt eum p̄sentialiter visitet & curet si possit, non obligetur eũ visitare nisi velit cum verisimili ꝑiculo infectionis mortalis, tamẽ sacerdos etiã non curatus ab eodem vocatus vt eius confessionem audiat: non obstante periculo infectionis adire tenetur casu quo pastor seu curatus abfuerit, aut p̄sens (quãuis illicite) adire noluerit. Patet veritas secundę partis: quia currit casus quo talis sacerdos obligatur ex talento clauis seu ordinis sibi credito operari. Nec releuat talem presbyterum ꝙ sic laborans via contritionis sine confessione saluari potest quia fortassis hoc non faciet. Secundo via cõtritionis non est tam certa pro cõsecutione salutis, sicut remediũ sacramenti confessionis. Demũ ex omnibus prædictis hanc conclusionem responsiuam infero. Etsi non semper, tamen in plurimis casibus obligamur proximũ etiã nolentẽ aut inuitum ab oppressione iniuria aut morte liberare, quãuis id efficere non possimus sine nostro damno, aut ꝓprię vitę periculo. Sed cõtra hanc cõclusionẽ arguit dñs Quodlibetarius. Ad veritatẽ vitæ quæ omnibꝰ est necessaria ad salutem, requiritur vt homo supra se deũ diligat, ꝓximũ vero infra se, aut saltem non supra; ergo nunquam tenetᵣ quisquam liberare seu tueri proximum cum propriæ vitę periculo. Tenet cõsequentia: qꝛ hoc faciens videtur diligere proximum plus quam seipsum. Solutio. Nõ diligit ꝓxi

mum supra se qui ob pietatem (quam potest proprię vitę præferre) se morti offert, aut eius periculo sese exponit.

Prima quæstio sine argumentis.

PROPTER quid Iob.xxj.ca. domus impiorũ dicunt esse securę & pacatę: cum Esa.lvij.dicat dñs: Nõ est pax impijs? Difficultas huius quęstionis duos diuinę legis pręcones sapiẽtissimos pariter & sanctissimos in tm̃ olim perplexos fecit, vt cursum rerũ humanarũ attendẽtes, de æquitate viarũ dñi nutare visi sint. Vnde psal.lxxij.inquit ꝓpheta: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui sup iniquos, pacẽ pctõrũ videns. in labore hoim non sunt, & cũ hominibus nõ flagellabuntur. Et Hiere.xij. magna cũ admiratiõe inquit ꝓpheta loquens ad dñm: Quare impiorũ prosperatur via: bene est omnibus qui pręuaricantur, & inique agunt? plãtasti eos, & radicẽ miserunt: proficiunt, & faciunt fructũ. Pro breui huius quęstiũculę resolutione pręmitto ꝙ sicut dicit Tho. secunda secũdę.q.xxix. pax proprie dicta & cõcordia differunt sicut magis cõe & minus cõmune. Omnis pax est cõcordia: sed non oĩs concordia est pax. Nam cõcordia est diuersorum cordiũ conformitas electionis, vt eadem velint, eadem respuant. Pax vero est ordinata concordia seu consensio hoĩs non solum cum alijs, verumetiam apud semetipsum: ita qđ eius appetitus rationalis videlicet & sensualis in eadem recto ordine ferantur, non in diuersa aut contraria. Nã si rationi sensualitas, viro mulier, sapienti stultus summa cum consensione imperet: concordia est, non pax: quoniam rectitudo ordinis rerũ nõ seruatur. Hinc ab Augu.xix.de ciuitate dei.c.xiij. definitur pax ꝙ est omniũ rerum tranquillitas ordinis. Hoc præmisso respondeo ad quæstionem ponendo aliquas propositiones: Prima est: In solis iustis inest pax. patet; quia sicut quæstione prætacta articulo.iij. declarat Thomas, pax est effect⁹ charitatis, secundum illud psalmistæ: Pax multa diligentibus legem tuam. sed charitas in solis iustis inest, igitur & pax. Ob id sapiens Prouerbiorum.xvj.inquit: Cum placuerint domi-

no vię hominis inimicos quoq̄ eius cōuertet ad pacem. Et ad Roma. xiiij. Nō est regnum dei esca & potus: sed iustitia & pax & gaudium in spiritusancto Secūdo patet idē: quia, vt habet Esaię. lvij. Cor impij est quasi mare feruēs, quod quiescere non potest, sed redundant fluctus ei⁹ in cōculcationem & lutum. Vnde Philosophus. ix. Ethicorū de impijs sermonē faciens ait: Dissident secum ipsi, & alia volunt, alia cupiūt, neq̄ secū ipsi cōgaudēt, neq̄ cōdolent. est enim in seditione eorū animus: cū interdum ꝓpter improbitatem doleat si quibusdā se abstineat: interdū vero lętetur, & modo huc modo illuc rapiatur. ¶ Secunda propositio est. Concordia quę est pax generaliter dicta, aliquādo inter impios inuenit, sed momentanea, instabilis, & admodū rara. ꝓbatur ex hoc quod scribitur Iob. xxj. ca. de impijs Ducūt in bonis dies suos, & in puncto descendūt ad inferna. Et psalmo. xxxvj. Vidi impiū supexaltatū & eleuatū sicut cedros libani: & transiui, & ecce non erat: & non est inuentus locus eius. Causam autē ꝓpter quam aliquātula & momentanea donantur temporali pace aut ꝓsperitate, signat propheta supradicto psalmo dicendo: Quia nō est respectus morti eorum, & firmamētum in plaga eorum: hoc est (vt exponit Augustinus) quia post hanc vitā mors ęterna a qua declinare non poterunt, item & cruciatus gehennæ certus firmus & perpetu⁹ eos manent. ¶ Secundo dico q̄ hæc pax quā solam concordiam hominis cum alijs appellamus, rara inuenitur in impijs in potentatu cōstitutis. Nā vt quidā ait, rara est concordia apud de imperio certantes. Et Prouerb. xiij. Inter superbos semꝑ sunt iurgia. Apud Xenophontem de tyrannide inquit Hieronymus tyrannus ad Simonidem: Tantū boni est in amicitia, vt ad eā rem perficiendam, deorū atq̄ hoīm munera videantur concurrere. At huius rei tam bonę tāq̄ pręclarę nemo magis est expers quā tyrannus. Nam cum inter parentes & liberos & fratres adinuicem virosq̄ & vxores omniū firmissimæ arctissimæq̄ sint amicitię, easq̄ priuati homines diligentissime colant: adeo tamen ne hæ quidem amicitiæ valent apud tyrannos, vt sæpe filius a patre, & pater a filio, & coniunx a coniuge, & frater a fratre necetur.

Secunda quæstio sine argumentis.



ROPTER quid Sapiens Prouerb.xvij.dicit Qui in ruina gaudet alteri⁹,nõ erit ĩpunit⁹: cũ Psal.lvij.dicat ꝓpheta: Letabitur iust⁹ cũ viderit vindictã? Ex hoc dicto ꝓphete dogma tizarunt quidã heretici ꝙ homo iust⁹ desiderare debet punitionem seu malũ & vindictã hoĩm pctõrũ, & de eorũ aduersitate & malo seu punitiõe tam tẽporali ꝙ spũali gaudere & lætari: qđ aperte repugnat verbo dñi Ezech.xxxiij.Nolo mortẽ pctõris,sed magis vt cõuertat & viuat. Secundo patet falsitas huius heresis, quia aperte repugnat pcepto diligendi ꝓximũ,quo iuxta doctrinã Saluatoris Mat.v.& Luc.vj.iubemur diligere non solũ amicos,sed etiã inimicos,eisq; benefacere.sed letari de eorum malo seu aduersitate,ptinet ad odiũ eorũ: igitur nunꝙ licet. ¶ Pro respõsione ad hanc qstionẽ premitto ꝙ cũ secundum doctrinã Sapientis Prouerb.xiij.desideriũ si cõpleat, delectat animã; non magis licet de bono aut malo ꝓximi quis inimici lætari aut gaudere, ꝙ liceat ei malum optare, imprecari aut cupere. Hoc pmisso pono aliquas ꝓpositiones. Prima. Gaudere de ruina alterius in malũ culpe quod est pctm̃,semp est peccaminosum.patet,quia hoc pertinet ad inuidentiã fraternæ gratie,que est graue pctm̃: vtputa in spiritum sanctum: vt magister & cõmuniter docto.dicunt dist.xliij.ij.senten. Secundo patet idem, quia malum culpe semper excludit rectitudinẽ & equitatẽ diuine legis seu voluntatis: de cuius exclusione gaudere, diabolicũ est. Secunda ꝓpositio est. De ruina seu malo pœne ꝓximi, videlicet de morte,aduersitate,ægritudine,infamia, inquantũ est illi⁹ malũ seu nocumentũ, nunꝙ licet gaudere.ꝓbatur: quia hoc modo nemini licet optare alteri malũ, cũ sic velle alteri malũ nõ sit aliud ꝙ odire: quod simpliciter est in ꝓhibitione.ergo nunꝙ licet gaudere de malo alteri⁹ inquantũ hmõi. Tenet consequentia ex preambulo pmisso. Secundo ꝓbatur: quia hoc mõ gaudere de malo alterius, ptinet ad nocendi & vlciscendi crudelitatẽ, que nulli licet. Quãuis eñ princeps iustã & rationabilẽ causam habeat

inferēdi alijs bellū: si tñ aīo vlciscendi hoc faciat, iniustū est bellū: vt no. glo. in summa. xxiij. q. ij. nocēdi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacat⁹ atq̧ īplacabilis anim⁹, libido dñandi, sunt q̄ in bellis iure culpanť. inq̄t Aug. eadē causa q. j. c. q̄d culpať. Tertia ꝓpositio est. Licitū est gaudere de ruina seu malo pœnę alterius inquantum impletur ex hoc ordo diuinę iustitię punientis peccata, aut inquantum hoc malū est prouocatiuū ꝓximi pc̄toris ad pœnitentiā, seu impediens facultatē nocendi siue lædendi innocētes. Ideo Iacob. j. dicit scriptura: Omne gaudiū existimate fratres mei cū in tentationes varias incideritis: scientes q̄ ꝓbatio fidei vestrę patientiā operatur. Et ap̄lus. ij. ad Corin. vij. scribēs Corinthijs ait: Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiā. In hunc em̄ modū lętabitur iustus cū viderit vindictā. Sed attendat quisq̧ quod sequitur, manus suas lauabit in sanguine pc̄tōris. Secundū Augu. lauat quis manus suas in sanguine pc̄tōris, qñ videns peccatoris pœnā, seu dei irā sup̄ impiū: confugiendo ad dei auxilium sese p̄seruat atq̧ corrigit a peccatis: ne & ipse parem aut maiorem dei irā incurrat. alioqui vel audiens vel videns aliorum ruinā seu afflictionē gestit aut exultat, aduertat formidandā semper Saluatoris sentētiam Luc. xiij. cui cum quidam nunciaret de Galilæis quorū sanguinem Pilatus miscuerat cū sacrificijs eorum, respondens dixit illis: Putatis q̄ hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, oēs similiter peribitis sicut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Syloe, & occidit eos.

❧ Alia quęstio per eundem Louanii pręlecta.

QVAERITVR VTRVM studentes beneficiati ꝓpter studiū excusentur a lectione horarum. Et apparet q̄ sic, tali medio. sicut dicif. c. vnico de cler. non residen. lib. vj. ꝓpter euidentem ecclesiæ vtilitatē aliquis excusatur ab interessendo diuinis officijs in ecclesia, sic q̄ licite recipiunt & possunt retinere distributiones quæ solis residētibus & diuino interessentibus officio distribui solent, quas aliter

recipere non possent: vt patet ex constitutione illius capituli. sed studiũ, maxime sacrarũ literarum, ecclesię videtur summe vtile: qa sicut dicit̃ in. c. cũ ex eo. de elec. & ele. potestate lib. vj. vniuersalis ecclesia ad sui regimẽ viris lr̃atis q̃ maxime noscit̃ indigere. ergo clerici studẽtes nõ simulate, sed vere, videntur ꝓpter vtilitatẽ studij excusari a lectione horarũ canonicarũ, etiã si fructus suorũ beneficiorum recipiãt. ¶ Secundo arguitur ad idẽ: aliquib⁹ laicis dãtur ab ecclesia decimę aut alia stipẽdia ex patrimonio crucifixi ꝓpter aliqua seruitia p eos ecclesiæ exhibita: & tamẽ nullus dicit eos obligatos ad horas canonicas legẽdas. ergo similiter veri studẽtes qui fruct⁹ beneficiorũ suorũ in stipendiũ laborũ suorũ recipiũt, videntur posse excusari ꝓpter laborem & vtilitatẽ studij a lectione horarũ canonicarum. ¶ Ad oppositũ videtur esse apl̃s. j. ad Corinth. ix: Nescitis qm̃ qui in sacrario operantur: q̃ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participãt: in quo verbo apostoli fundatur. c. cũ secundũ aplm̃. de p̃ben. & dignita. ¶ In hac quæstione est opinio quorundã ꝙ oẽs clerici siue in minoribus siue in sacris ordinibus constituti obligãtur omni die legere horas canonicas. Quã opinionem videtur sequi glo. fi. in. ca. j. de cele. mis. & Inno. ibidẽ circa principiũ. cui⁹ opinionis fundamenta sunt aliqua. Primũ ex. c. clerici. xcj. di. clerici qui ad op⁹ sanctũ adesse cõtẽ ꝑferint, secundũ arbitriũ episcopi ecclesiasticã suscipiant disciplinã. & xcij. dist. c. fi. dicit textus. Si quis p̃sbyter aut diaconus vel quilibet clericus ecclesiæ deputat⁹ in quolibet loco fuerit in quo ecclesia est, & ad quotidianũ psallẽdi officium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiã nõ conuenerit: deponatur a clero: si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri. Secundũ fundamentum tangit Panor. c. j. de celebra. missa. credens illud esse de mente iuris diuini & humani, ꝙ eo ipso quo quis promouetur ad ordines etiã non sacros, in sortẽ dñi assumitur, & transfert se in deũ & ecclesiam. nã sicut dicitur. xxj. di. c. cleros & clericos. Cleros gręce, sors est latine vel hęreditas. Propterea ergo dicti sunt clerici, qa de sorte dñi sunt, vel quia dñi partẽ habẽt. Generaliter autem cle-

rici nūcupanť oēs qui,in ecclesia Christi deseruiunt: quorū grad⁹ & noīa sunt hęc, ostiari⁹, psalmista, lector, exorcista acolythus, subdiacon⁹, diacon⁹, pſbyter, eps. & xij. q. j. c. clericus. q (inquit text⁹ Hiero.) clerici dicūtur, quia de sor te dñi sunt: vel q a ipse dñs sors. i. ps clericorū est. ꝓpterea talē se exhibere debet cleric⁹, vt ipe possideat dñm, & ipe possideať a dño. &. c. seq. Cui portio de⁹ est, nihil debet cu= rare nisi deū: ne alteri⁹ impediať necessitatis munere. & hæc videtur esse causa ꝓpter quā priuilegia immunitatis & libertatis ecclesijs & ecclesiasticis personis sunt cōcessa Vñ. C. de sacrosan. eccle. l. placet. §. primo dicit. Prima qp= pe illi⁹ vsurpatiōis cōtumelia depellenda est ne p̄dia vsib⁹ celestiū secretorū dedicata, sordidorū munerū fece vexen tur. & de episcopis & cle. l. p̄sbyteros. dicit text⁹. Prsbyte ros, diaconos, subdiaconos, atq; exorcistas, & lectores & ostiarios ꝑsonaliū munerū exꝑtes esse p̄cipim⁹. Idem ex= presse tenet noua constitutio Federici imꝑatoris, item nul la cōmunitas. q̄ eo titu. inseritur. Propter eandem causam etiam de iure clerici a potestate iudicis secularis eximunť in ca. cū nō ab hoīe. de iudi. & ideo in recōpensam horū be neficiorū dicūt p̄dicti doc. quosdā clericos etiā in minorib⁹ cōstitutos esse obligatos ad septē horas canonicas nō solū humano iure siue positiuo, sed etiam diuino: quod fundāt ex verbo prophetę Psal. cxviij. dicentis, Septies in die lau= dem dixi tibi &c. Dicūt tñ iure diuino eos solos esse adstri= ctos ad septē horas canonicas: hoc est ad septies in die oran dum, & deum laudandum. sed ad modū hūc determinatū legendi horas qui est in vsu & cōsuetudine ecclesiarū, solo iure positiuo obligari, quando talis mod⁹ legēdi horas vt puta ꝙ tales aut tales psalmi aut orationes leganť, accidit ex institutione p̄latorū ecclesię. Sed quia hæc opinio in sua generalitate cōmuniter nō recipiť nec teneť, neq; etiā ei⁹ veritas efficaciter concluditur ex motiuis seu fundamen= tis pro ea adductis, sicut in sequenti declarabitur, ideo pro responsione ad quæstioeē & illius declaratione pono ali= quas ꝓpositiōes seu cōclusiones. Prima. Clerici sactis ordi nib⁹ siue aliquo sacro ordine insigniti, vt puta ordine sub= diaconatus, diaconatus, aut p̄sbyterat⁹, similiter & clerici

beneficiati: ex statuto & ordinatione ecclesię obligant ad horas canonicas. Hęc ppositio probatur extra.c.i.de cele. missa.qd' scdm archidiaconū etsi.xcj.di.ponat pro palea, tñ in titu.de celeb.& de diuinis officijs ponit p grano: vbi tex. sic dicit: Presbyter mane matutinali officio expleto pēsum seruitutis suæ, videlicet primā tertiā, sextā, nonā vesperāq; psoluat: ita tñ q in horis cōpetentib⁹ iuxta possibilitatē aut a se aut a scholarib⁹ publice cōpleantur. Et quia aliqs pteruire volens dicere posse hoc ca. loq de psbytero nō de alijs clericis nō psbyteris in cōfirmatione positæ huius propositiōis adducitur.c.dolentes.eodē ti.qd' sic se habet: Dolentes infirmus q nō solū quidā minores clerici, verū etiam aliqui ecclesiarū plati circa comessationes superfluas & confabulationes illicitas (vt de alijs taceamus) fere medietatē noctis expendunt & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum &cę. In fine vero ponitur hæc clausula: Hæc igit & similia sub pœna suspensionis pœnit⁹ inhibemus, districte pcipientes in virtute diuinę obedientię vt diuinū officiū nocturnū piter & diurnū quātū eis dederit de⁹ studiose celebrent pariter & deuote. Ex qua pticula text⁹ finali ad primam relata (vt debet) manifeste sequitur q nō solū psbyteri, sed etiam alij clerici psertim bñficiati obligant ad horas canonicas deuote legendas. Idē etiā patet ex.c. Eleutheri⁹.xcj.dist. vbi Pelagi⁹ papa Eleutherio fratri & coepo mādat vt clericos suos cōtra canones supbientes debita obiurgatione cōpescat & modis omib⁹ vigilijs & ecclesiasticis officijs (vt exponit glo.) vacare cōpellat. Et manifeste appet veritas dictę ppositionis ex.c.fina.xcij.di.supra allegata. Sed qa aliqs quęrens excusationes in peccatis dicere posset hos text⁹ loqui de horis canonicis dicendis in ecclesia, & de clericis & psbyteris qui ad horas canonicas obligantur rōne stipendij quod recipiunt, aut rōne beneficiorū in quib⁹ resident: non aūt videntur cōcludere eos esse obligatos qui ex legitima causa sunt absentes, quorū noīe officiū in ecclia fieri debitū: p alios fit & supplet: ideo cōtra hanc solutionem pono hanc scdam ppositionē, q pdictæ constitutiones iuris & alię nō solum obligant clericos de quibus loquitur

prima propositio, ad legendū seu canendū horas canonicas in ecclesia, verū etiam ad priuate eas legendū si in ecclesia: non legant: supposito etiā ꝙ ex causa legitima sint absentes. Veritas huius propositionis (sicut etiā sentit Panor.) patet. ex c. j. de cele. mis. vbi in principio cōcedit clerico seu p̄sbytero vt possit de mane dicere officiū vsqꝫ ad vesperas inclusiue: quod intelligi debet in priuato, qn̄ ꝑpter occupationes officio in ecclesia canendo interesse non pōt: quia de officio horarū publice in ecclesia faciēdo subditur ibidē ꝙ horis cōpetentib⁹ iuxta possibilitatē aut a se aut a clericis publice cōpleatur. Idē etiā videtur satis efficaciter ostendi ex cle. secunda de cele. mis. vbi papa vna cū cōcilio Vienē. clericis tam religiosis q̄ alijs domesticis cardinaliū sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ ac quorūcunqꝫ pōtificū gratiam & communionē apostolicæ sedis habētiū indulget ex speciali gatia vt illud idē officiū quod ibidē cardinales seu pōtifices dicerēt, licite dicere valeāt, nec ad dicēdum aliquid aliud teneant. Ex quo manifeste sequit̄ ꝙ papa & cōcilium prǽsupponunt & tenent p̄dictos clericos q regulariter absunt ab ecclesijs in quibus officiare deberent, esse obligatos ad legendū in priuato horas canonicas aliter nō esset opus eis concedere ex speciali gratia tale priuilegiū: quia si non essent obligati: sicut possent non legere licite, ita possent vbi legere vellent se conformare in officio cui vellent, sine quocūqꝫ priuilegio: Idem profecto sensit & tenuit sacrosancta synodus Basiliēsis quæ sessione. xxj. de modo legēdi horas canonicas extra chorum, sic statuit. Quoscunqꝫ beneficiatos seu in sacris constitutos, cū ad horas canonicas teneantur, admonet hæc sancta synodus, si orationes deo acceptas fore cupiunt, vt non in gutture vel inter dentes seu degiutiēdo aut syncopādo dictiones, nec colloquia nec risus intermiscendo, sed siue soli siue associati diurnum nocturnumqꝫ officiū reuerenter verbis distinctis peragant, & tali in loco vnde a deuotione nō retrahātur: ad quam se disponere & præparare debent. Ex quo aperte habetur quod hæc synodus tenuit p̄dictos clericos ab ecclesijs suis absentes esse obligatos ad legendum in priuato horas canonicas. ¶ Tertia propositio. Clerici non be

neficiati, neq; aliquo ordine sacro insigniti, sed sola simplici tonsura aut minorib⁹ ordinibus, non obligant ad horas canonicas. Veritas huius ꝓpositionis patet ex cõstitutione Basilieñ. synodi modo allegata: quę specialiter dicit quoscunq; beneficiatos vel in sacris constitutos teneri ad horas canonicas: per quod innuit alios ad eas nõ esse de iure obligatos. Nam sicut (vt dicit text⁹. c. qualis hinc quisq;. xxv. distin.) quod de vno negatur, consequens intellect⁹ est vt de quibusdam concedatur: ita (vt notat glossa illius cap. cũ suis cõcordantijs) quod in iure de aliquo aut aliquib⁹ dicit seu asseritur, videt de alijs negari, pręsertim quando sunt cõstitutiones pœnales seu onerosę, quę non sunt extra ꝓprios terminos trahẽdę & leuiter extẽdendę: vt notat glo. in: c. sciant cuncti. in verbo alios. de elec. pote. lib. vj. Itẽ generalis cõstitutio ecclesię hoc habet, vt hmõi clerici nõ reputent obligati ad horas canonicas: ꝓpter quã Panor. ca. j. de celeb. missa. credit eos posse excusari, arg. c. cũ dilect⁹. de consuetud. Nam consuetudinis vsusq; longæui nõ est vilis auctoritas. cap. seq. & xj. distin. ca. consuetudinis. & in his rebus in quib⁹ nil statuit diuina scriptura, mos populi dei & instituta maiorum ꝓ lege tenenda sunt. ibidem. c. in his rebus. Manifestũ est etiam ecclesiam non voluisse clericos ratione simplicis tonsurę esse adstrictos ad lectionem horarum canonicarũ: quia admittit pueros qui septimum ętatis annũ attigerunt, posse tonsurari: vt notat glo. super verbo infanti. in. c. null⁹ episcopus. de tẽpo. ord. lib. vj. & fundat in. c. de his. xxviij. dist. certum autẽ est in illa ętate paucos aut nullos inueniri idoneos ad lectionem horarũ canonicarũ. ergo. ¶ Quarta propositio. Clerici beneficiati qui nõ sunt in sacris cõstituti ordinib⁹. si nullos fruct⁹ aut nulla emolumenta suorũ beneficiorũ recipiãt, non obligãtur ad horas canonicas: sed solũ qñ aliquid ex fructibus beneficiorum suorum recipiunt, aut incipit eis currere tempus ꝓ quo in fine anni sunt ex hmõi fructibus aliquid recepturi. Secũda pars huius ꝓpositionis patet ex ijs q̃ adducta sunt in cõfirmationẽ primę ꝓpositionis. Vñ Hostieñ. in summa in titul. de celeb. mis. dicit ꝙ oẽs tenentur, etiã si ab ecclesia tenuem habeant sustentationem: & sibi imputent ꝙ

tale beneficium acceperunt. fundat in ca. horrẽdus: xxxij. q. v. cuius ca. text⁹ nihil ad ꝑpositũ facit. sed meli⁹ & effi cacius huius dicti veritas fundat̃ in cap. clericus victũ. xcj. dist. vbi dicit textus loquens de clerico quẽ fruct⁹ sui bñfi cij alere nõ possunt: Clericus victũ & vestitum sibi artifi ciolo vel agricultura absq; officij sui dũtaxat detrimẽto ꝑ paret. Ex quo textu sequit̃ ꝙ cleric⁹ tenues fructus benefi cij recipiens, vt ex eis viuere non possit: obligat⁹ manet ad lectionẽ horarũ canonicarum. & simile haberi põt ex. ca. j. de celeb. missa. Prima pars huius propositionis ostẽditur: quia tota ratio ꝑpter quã ecclesia voluit beneficiatum ad legendũ horas canonicas esse obligatũ, accipitur ex aposto lo. j. ad Corint. ix. Qui altario deseruiũt, cũ altario partici pant, & econtra: sicut apparet ex ca. cum secũdum apl̃m. de ꝑben. & digni. vbi sic habet text⁹ in prin. Cum secundũ apostolũ qui altari seruit, viuere debeat de altari: & q ad onus eligitur, repelli non debet a mercede: patet a simili vt clerici viuere debeãt de pẽtimonio crucifixi, cuius obsequio deputant̃ &c. Idẽ habetur ex. c. extirpandę. eo. tit. Secũdo ostendit̃ eadẽ veritas ex regu. iuris in. vj. Qui sentit on⁹, sentire debet & cõmodum, & econtra. quæ ex regu. iuris ciuilis est sumpta. l. scd̃m naturã. ff. de regu. iur. q̃ sic dicit: Secundũ naturam est commoda cuiusq; rei eũ sequi quem sequunt̃ incommoda. Tertio aperte videtur idem asserere aposto. j. ad Corin. ix. vbi dicit illud, Nõ alligabis os boui trituranti: scriptũ esse ꝑpter nos: qm̃ debet in spe qui arat arare: & q triturat, in spe ꝑcipiendi fructus. vbi dicit Am bro. super verbo nõ alligabis, ita: dñs ordinauit ijs q euan gelũ annũciãt, de euãgelio viuere. ipsa eñ naturalis ratio hoc habet, vt quis inde viuat, vbi laborat: quã rationẽ deus naturę & cõuersatiõi humanę decreuit. Hic Nume. xviij. dicit dñs ad Aaron, Filijs Leui dedi oẽs decimas Israel in possessionem ꝑ ministerio quo seruiunt mihi in tabernacu lo fœderis. &. ij. Paralip. xxxj. rex Ezechias ꝑcepit populo habitanti Hierusalem vt daret partem sacerdotibus & le uitis, vt possent vacare legi dei. Et mirũ est Petrũ de Pal. in. iiij. dist. xv. q. v. arti. j. gñaliter asseruisse quoscũq; bñfi ciatos existentes in pacifica possessione, aut si non sint, sed

eorũ negligentia accidit, esse obligatos ad horas canonicas siue aliquid recipiant ex fructibus beneficiorũ suorũ, siue non: quod (sicut ex premissis patet) non videt veritatẽ habere, nisi saltem qñ habenti possessionem beneficij fructus debentur de iure seu consuetudine, sic ꝙ sine eius consensu nõ possent alteri applicari. si vero habens beneficium solũ possit percipere fructus bñficij ex gratia aut priuilegio, & ideo nullos fructus beneficij accipit: non credo eũ obligatũ ad horas canonicas legendum. Nec est necessarium sequi sententias doctorum multorum, vbi rationes efficaces aut multum ꝓbabiles non habent: vt docet Augu. in. c. ego solis eis scripturis. ix. dist. & ad contrariũ rationes ꝓbabiles adduci possint. Quinta ꝓpositio. Clericus beneficiat⁹ excõmunicatus si non sit in sacris ordinibus constitutus: pro tẽpore quo manet excõmunicatus, non videtur esse obligatus ad legendũ horas canonicas. Patet ex precedenti ꝓpositione, & eius ꝓbationibus: quia talis ꝓ rata temporis quo manet excõmunicatus & irregularis, quãuis non sit beneficio priuatus, est tñ perceptione fructuum seu emolumentorum beneficij ipso iure priuatus: & si quos fruct⁹ recipiat pro rata illius temporis, obligatur illos restituere, vt est communis sententia multorum doctorum, fundata extra de appel. in. c. pastoralis. vbi dicit tex. in fine ꝙ illi ꝓuentus ecclesie merito subtrahunt. glo. rationẽ assignans illi⁹ dicit: Qui enim extra ecclesiã est, nihil nomine ecclesiæ põt possidere. xxiij. q. vij. c. quicũꝗ. &. c. si de rebus &c. vñ post lõgam disceptationem dicit glossa in fine, Ego credo licet deposito ꝓuideatur, ne in cleri opprobrium mendicare cogatur: ꝙ excõmunicato in nullo sit prouidendum, qui contẽnit claues ecclesiæ, nisi forte fame periret. Hanc opinionem glosse sequũtur Panor. Ioan. Andr. & plures alij doctores in dic. c. pastoralis. secũdum quorum opinionem propositio nunc dicta veritatem habere videtur: non secundum aliorum opinionem, qui ponunt excõmunicatũ non esse ipso facto priuatũ fructibus suorũ bñficiorũ. sed text⁹ videtur magis fauere alteri opinioni, si bene consideretur & ponderetur. Nam textus illius capituli respondens ad secundã questionem, dicit ꝙ cum excõmunicatio executio-

nem secū trahat, & per denunciationem excommunicatus non amplius ligetur: non obstāte appellatione post sententiam excōmunicationis latam ante illius denunciationem interposita pōt iudex q̄ tulit sentētiā excōicatiōis, ipsum excōmunicatū denūciare, vt ab alijs deuitetur: & illi excōmunicato merito subtrahunt fructus ecclesiastici, cui ecclesię cōmunio negat. Ex quo concludit Panor. φ subtractio fructuū ideo non suspendit p̄ appellationē, quia oīno sequitur ipsam excōicationem. Notanter dictū est in dicta ꝓpositione de benefitiato excōicato qui non est in sacris: quia excōicatus irregularis suspensus aut deposit⁹ habēs aliquem sacrorū ordinū: ꝑpter ordinem quē retinet, licet sit illius ordinis ministerio seu executione priuatus, obligatur ad horas canonicas, vt videt esse cōmunis theorica doctorū: priuate tñ eas dicere debet, non cum alijs publice in ecclesia. Motiuū Angeli in summa tit. de horis canonicis, qui cum alijs pluribus doctoribus videtur tenere oppositum prędictę conclusionis, cū non sit multum efficax: licet ab eius opinione recedere. Adducit em̄ primā glo. ca. legi. xvj. q. j. quę dicit nullū criminosum ex suo crimine cōmodū debere reportare: quod q̄ friualū sit, cuilibet mediocriter docto facile est videre. Sexta ꝓpositio. Cleric⁹ q nō est in sacris constitutus, nec habēs beneficium ex quo aliquid recipiat, sed solū in recompēsam beneficiorū dimissorū aut alio licito modo habet pensionē aut pēsiones assignatas ad fruct⁹ beneficiorū aut monasteriorū: non obligatur ꝓpter illas pensiōes ad horas canonicas. patet veritas huius ꝓpositionis ex p̄dictis: quia on⁹ legēdi horas canonicas inuenit ex cōstitutionibus & cōsuetudine ecclesię tm̄ impositum alicui ratiōe ordinis sacri aut beneficij cuius fruct⁹ pcipit. Sed cōtra hanc ꝓpositionē videt militare verbum ap̄li supra allegatū: Qui de altario viuit &c. Cū igitur p̄dicti viuāt de patrimonio crucifixi, videt φ etiā seruire debent p̄ lectionē horarū, sicut bñficiati tenētur. Dicendū φ neq; ex illo verbo ap̄li, neq; ex alio passu scripturæ sacræ concludi pōt aliquos ecclesiasticos esse obligatos ad horas canonicas, sed solū φ sunt obligati ad orandū, vel alio mō deo & ei⁹ ecclesię in spiritualibus seruiendū: quam obligationem ad

orandum quãtũ ad aliquos videlicet beneficiatos & in ſacris cõſtitutos eccleſia limitauit & ſpecificauit ad ſeptẽ horas canonicas quotidie legẽdas deuote, alios relinquẽs ſub generalitate: & ideo illos de qb⁹ loquit̃ ꝑpoſitio, concedo eſſe obligatos ad orandũ ꝓ illis q̃ eccleſiæ fructus & emolumenta q̃ ꝑcipiunt, & patrimoniũ & reddit⁹ contulerũt ꝓ remedio peccatorũ, vel pro ſalute ac quiete aĩarũ ſuarũ vt dicitur in.c.indigne.xij.q.ij. ſed nõ obligant̃ ad illũ ſpecialẽ modũ orãdi qui eſt ꝑ horas canonicas. Septima propoſitio, Laborantes aliquo morbo, ſimiliter ſenes impotẽtes quos lectio horarũ canonicarũ notabiliter grauat aut lædit ꝓpter corporis aut ſenſuũ diſpoſitionẽ, nõ ꝓpter tẽdiũ aut deuotionis defectum: excuſantur a lectione horarum canonicarũ, nec obligãtur per alios facere legi, ſi tñ cõmode poſſunt in recõpenſam alias orões dicere, dicãt. ꝙ ſi tanta ſit infirmitas, vt ſine notabili læſione nihil legere poſſint, ſimpliciter liberant̃, vt eſt cõis ſententia doctorũ, qui hãc materiã ꝑtractãt, arg. c. ſignificatũ. de ꝑben. & digni. & habet̃ expreſſe. c. j. xcj. diſt. & etiã. c. cleric⁹ victũ vbi dicitur in fine, Cleric⁹ qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs deeſt. i. horis canonicis (q̃ dicunt̃ vigiliẽ ſecũdum Franciſcũ de zaba: quia cũ vigilia & attentione dici debent) ſtipẽdio priuat⁹ excõicet̃. Ex quo ſequitur arg. ab exceptiua ad alterã exponentiũ, ꝙ ꝓpter ẽgritudinem aut corporalẽ impotentiã clericus excuſat̃ ab officio diuino. & q̃uis textus loquit̃ de vigilijs & diuino officio qđ fit in eccleſia, ſimilis tñ ratio eſt de horis legẽdis priuatim extra eccleſiã: qm̃ lex debet eſſe iuſta, honeſta, poſſibilis &c. iiij. di. erit aũt lex. Octaua ꝓpoſitio, Studẽtes bñficiati aut in ſacris ordinibus cõſtituti ꝓpter ſtudiũ non excuſant̃ a lectione horarũ canonicarũ. Hãc ꝓpoſitionẽ ponit viriualiter beatus Tho. Q dli. vj. ar. viij. vbi q̃rit vtrũ cleric⁹ beneficiat⁹ in ſcholis exiſtens teneat̃ dicere officiũ mortuorũ. Ad quam quẽſtionẽ reſpondens dicit, Clericus beneficiatus in aliqua eccleſia tenetur dicere officium ſecundum illius eccleſiæ modum. Et cõſiderandũ ꝙ officiũ mortuorũ aliquando in eccleſia dicitur ſicut ordinarie pertinens ad eccleſiẽ officium, ſicut in tota eccleſia in die animarum

dicit officiū pro mortuis, & in qualibet ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, vt ꝙ dicatur ordinarie officium mortuorum semel in septimana, vel qualitercūq; aliter secūdum certū tēp⁹, & ad hmōi officiū mortuorū tenet clericus beneficiat⁹ in aliqua ecclesia in scholis existēs. per quod satisfaciat mortuis quorum recipit bona. Aliqñ dicitur officium mortuorū in ecclesia extraordinarie in aliqua ecclesia propter aliquam causam specialiter emergentem, ad preces scilicet alicuius personæ, vel ꝓpter aliquid huiusmodi: & ad huiusmodi officiū mortuorū nō tenet existens in scholis. Hanc opinionē sequitur Petrus de Pal. in. iiij. dis. xv. de huiusmodi clericis dicēdo, si nō habēt breuiarium, nec habere possunt emendo aut cōmodādo, excusantur. Sed si emāt libros legales, medicinales & philosophicos, imo etiam theologicos: nō excusantur, quia potius breuiarium q̄ bibliam emere debent, si vtrunq; habere nō possunt: & pl⁹ addiscere debēt psalterium & officium q̄ Philosophū. In hac sententia est sanior pars doctorū iuris, vt Hostieñ. passu supra allegato in summa, Panor. & Ioā. An. in ca. j. de celebra. missa. item Franciscus de zaba. in cle. prima eo. ti. q. v. & ī cle. prima de magistris. q. vij. Quorum sententiā sequūtur Antonius, Angel⁹, & plures alij summistę. quorum opinio videtur hac ratione posse cōfirmari. Quæ largitione fideliū sunt ad certum vsum deputata: salua sedis apostolicæ auctoritate nō possunt ad aliū vsum applicari; vt patet ex cle. quia contingit. de relig. domib⁹. nihil enim est quod hominib⁹ magis debeatur, q̄ vt supremæ voluntatis postq̄ iā aliud velle nō possunt, liber sit stylus, id est dispositio. C. de sacrosā. ecclesi. l. j. Sed redditur a laicis dati sunt ecclesijs vt earum clerici orationib⁹ seu officio vices eorum suppleant, & de superfluo pauperes alant: & ideo de rescrip. lib. vj. c. fina. dicitur ꝙ propter officium datur beneficium. Quare recipiens fruct⁹ beneficij & non sciens officiū, cōtrectat rem alienam fraudulenter inuito dño, & sacrilegium cōmittit: vt patet ex cap. indigne. superi⁹ allegato. xij. q. ij. vbi dicit text⁹, Valde iniquū & ingens sacrilegiū est, vt quæcunq; vel pro remedio peccatorum, vel pro salute ac requie animarū suarum vnus-

quisq͡ venerabili ecclesiæ cōtulerit, aut certe reliquerit, a lijs a quib⁹ maxime seruari cōuenit, in aliud trāsferri aut conuerti permittatur. ꝓpterea qui prędia ecclesię aliter q̄ tradita sunt petierit vel acceperit aut possederit: quo irat⁹ deus animas percutit, anathemate feriatur. Cum igitur ex dispositione iuris, aut aliquo priuilegio non constet ecclesiam aut summum pontificē relaxasse aut cōmutasse illud onus legendi horas canonicas propter studiū literarū, sequitur ꝙ studentes beneficiati recipiētes fructū beneficiorum portionem etiā quāuis tenuissimā, licet non sint in sacris ordinibus constituti, non excusantur a quotidiana lectione horarum canonicarum: quinimmo omittentes nō faciunt fructus suos: sed si quos receperint, illos restituere tenenť. Cui⁹ probationem & deductionē causa breuitatis nunc omitto. Motiua Henrici Boyc tenentis contrarium in cap. j. de celebra. videntur parui momēti. Primo ex gl. cap. cum omnes. de constitutionibus, quam pro se allegat non plus habetur q̄ quod cōsuetudo valet ꝙ cleric⁹ absens percipiat fructus beneficij, non ꝙ a lectione horarū excusetur. Etiam ex cap. cum ex. lib. vj. & ex cap. relatū. de cle. non resi. nihil aliud concludi potest q̄ ꝙ beneficiati ꝓpter studium licite abesse possunt a suis beneficijs habita dispēsatione superioris, vt patet inspicienti textus illorum cap. Nona & vltima propositio. Obligati ratiōe beneficij, aut ordinis ad legendum horas canonicas, si faciunt legi per alium, non liberantur. Probatur: quia hoc onus est mere personale personis ratione beneficij aut sacri ordinis impositum: quare est onus seu præceptū de quadragesimali ieiunio. Sicut ergo obligatus ad quadragesimale ieiunium non liberatur si alius ꝓ eo ieiunat: ita nec obligatus ad horas canonicas, si ali⁹ pro eo legat. Similiter etiā de fructu labiorum quē ipsi tenētur persoluere, vt dicitur in clemē. graui. de celeb. missa. ad cuius persolutionē industria psonæ videtur electa. Quæ autem alicui cōmittūtur seu iniunguntur propter industriam personæ, non possunt per alium impleri, iuxta textum & notata doctorū in cap. fina. de offi. iud. deleg. nisi forma commissionis expresse habeat vt id per alium expediri valeat, vt habeť in ca. is cui.

eodem titu.lib.vj. Et hæc sunt probabiliter dicta sub correctione melius sentientiũ. Nec cõtra hanc ꝓpositionẽ facit c.peruenit.secũdũ ꝙ Boy.e.p se allegat sentiẽs cõtrarium, quia illud.c.loquitur solũ de officio publice in ecclesia faciendo, nõ de illo ad quod clericus obligatur etiã in priuato dũ rationabiliter ab ecclesia abest. ¶ Ad ratiões ad oppositũ. Ad primã dicitur ꝙ licet secũdũ casum illius.c.aliquis residens excusetur ab interessendo diuinis officijs in ecclesia ꝓpter euidentẽ ecclesiæ vtilitatẽ, quę non cõpatit simul actualem p̄sentiã in ecclesia tempore quo fit diuinũ officiũ: non excusatur tñ ab officio horarũ canonicarũ extra chorũ dicendarũ: imo (vt dicit Antonius in summa) tenetur legere horas vel equitando, vel stãdo, aut in camera sedendo. Studiũ vero literarũ propter vtilitatem ecclesię bene excusat a residentia saltẽ ad temp⁹ ab ecclesia in qua bñficiatus aliter residere tenet, vt patet ex.c.cũ ex eo.ibidẽ alllegato, nõ tñ excusat a lectiõe horarũ canonicarũ in priuato: quia nõ est studio incõpatibilis. Pauci enim studẽtes inueniuntur qui in ocio & vanitate non impendãt pl⁹ temporis q̃ requiratur ad lectionẽ horarũ canonicarum. Ad secundã rationem negãda est etiã consequentia: quia sicut dictum est in sexta ꝓpositione, onus legẽdi horas canicas non est impositũ oĩb⁹ sustẽtationem vitæ vel in toto vel in parte percipientibus ab ecclesia, sed solis beneficiatis, aut aliquo sacrorum ordinũ insignitis. Ob quam autẽ causam decimę aliquæ sunt cõcessæ laicis, & ab eis licite teneri possunt, alteri⁹ est speculationis: ideo nũc trãseo. Ad motiua seu fundamẽta adducta pro opinione illorum qui dicunt oẽs clericos esse obligatos ad horas canonicas, respõdendum quia nõ concludunt neq̧ efficaciter ostendunt veritatem illius opinionis. Et ad primũ fundamentum patet ꝙ text⁹ adducti loquuntur de clericis beneficiatis, siue ecclesijs ascriptis, siue in sacris constitutis, qui obligant ꝓpter stipendium ab ecclesia perceptum aut ratiõe sacri ordinis in ecclesia officiare, & diuina celebrare: quod satis patet ex.c.fi.xcij.dist.allegato, vbi dicitur, Si quis presbyter aut diaconus vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, ad quotidianum psallendi officium matutinis vel vespertinis

horis non conuenerit, deponat a clero. vbi Archidia. dicit hāc particulā, eccl'iæ deputat⁹, determinare hanc particulā quilibet clericus, supple in minorib⁹ constitutus: non autē illam, si quis presbyter aut diaconus. ex quo scd'm eum innuitur ꝙ clericus in minoribus constitutus nisi sit ecclesiæ deputatus, hoc est beneficiat⁹, non tenetur ad illud psallendi officinm de quo loquitur textus illius cap. Ad secundū fundamentum dico cum Psal.in.iiij.dist.xv. ꝙ clerici quia ratione clericalis tonsurę aut minorū ordinum diuino cultui asscribūtur, vt ostēdunt textus ibidem allegati, & etiā cap.de his.xxvij.dist. & etiā quia gaudēt priuilegio clericali: quanto tempore illo gaudent, debent recōpensare aliquo spirituali officio. quare bene decet vt episcop⁹ aliquid spirituale eis iniungat. ꝓpter quod infantem aut illiteratū tonsurare non debet. vt in capi. nullus, de tempo. ordinan. libro.vj. sed maiorem infante, ꝗ aliquid deuote dicere seu orare possit. Nec verbū illud Psalmistę, Septies in die laudem &c. infert aliquem esse obligatum ad septem horas canonicas: quia sicut est dictum, ille modus orandi est ex institutione iuris humani, non iuris diuini: neq; concludit aliquem clericum beneficiatum aut nō beneficiatū ad septies quolibet die orandū esse obligatum. Pro cuius intellectu notandum ꝙ sicut dicit Augu. in expositione Psalte. cxviij. pertractans illud verbū prophetæ, numerus septenarius vniuersitatis indiciū est. Vnde dicit in illo verbo sapientis posito Prouerb. xxiiij. Septies in die cadit iust⁹, & resurgit: dictum esse septies cadit, ꝓ omni genere tribulationis quain conspectu hominum deijcitur iustus: & pro eo ꝙ ipsis omnibus tribulationibus proficit, positū est resurgit. Hinc Cassiodor⁹, Si spiritualiter intēdas, cōtinuationem magis dictā sapienter aduertis: vt est illud, Benedicam dn̄m in omni tempore: semꝑ laus eius in ore meo. & Amb. tractans illud ꝓphetę in expositione p̄dicti Psal. dicit, Puto magis ꝙ purus & quietus & vacuus omni onere dilectorū declaret affectus, vt sine illis iracundię imprecationibus, aut flagitiosę cupiditatis incendio deferatur oratio. Ex quibus patet ex prædicto verbo solū concludi posse efficaciter deū oratione aut alio sancto ope esse laudan-

dum quantum oportet & necessariũ est cuiq; ex conditione sui status: non ꝙ septem vicibus sit in die a quolibet etiã ecclesiastico orationib⁹ distinctis laudãdus. & quãuis tex. in princ. de celeb. miss. videatur inniti illi prophetæ verbo dicens septem horas canonicas a presbytero esse quotidie persoluendas: non tamen innititur tanq̃ principio concludenti presbyterum ad illum septenarium horarũ & orationum iure diuino esse astrictũ, sed tanq̃ principio ex quo accipit rationem congruitatis propter quam sancti patres constituerunt septem distinctis vicib⁹ per septem horas canonicas quoq; die a clerico beneficiato aut in sacris cõstituto deũ esse laudandum, sicut in ca. nõ debent. de consang. & affi. rationem congruitatis prohibitionis matrimonij carnalis vsq; ad quartum gradum inclusiue & non vltra, concilium accepit ex hoc ꝙ quatuor sunt humores in corpore: vt patet inspicienti textum illius capituli.

¶Vtrum brauium seu summã pecuniariã Brugis vel alibi conquisitam per sortes, quem quidam vocant ludum ollę, vulgo in de lottinge of lotterie, possit quis bona conscientia possidere, & tanq̃ iustum lucrum retinere.



RO DECISIONE HVIVS quęstionis primo p̃mitto: Lucrum aliquod ex hoc nõ debet censeri illicitũ ꝓhibitũ seu restitutioni obnoxiũ, ꝙ fortunæ innitił, seu ex fortuna proueniat, non ex hominis industria aut labore. Veritas hui⁹ præambuli patet, quia si lucrũ aliquod deberet censeri prohibitum & restituẽdum quia fortunę innitił, seq̃retur ꝙ omne lucrũ conquisitũ ex diuisoria sorte esset illicitum, & tanq̃ iniustũ restituendum. sed hoc est falsum. ergo &c. Sequela patet, quia oẽ tale lucrũ innitił fortunæ. Falsitas patet ex dictis ferme oĩm doc. de hac materia loquẽtiũ. Vñ sanct⁹ Tho. ij. ij. q. xcv. art. viij. inquit, Si sortialiũ effectuũ expe-

ctetur event⁹ a fortuna (quod solū locū habet in diuisoria sorte)non videt̄ habere vitiū,nisi forte vanitatis:sicut si ali qui nō valentes aliqd concorditer diuidere, velint sortib⁹ ad diuisionē vti,quasi fortunę exponentes quis quā partē accipiat.iam indubitatū est solū vanitatis vitiū non facere restitutioni obnoxiū aliquod lucrū, nisi iniustitia concur rat.Idē sentit Alexan.de hales.ij.parte summę.q.clxxxv. memb.ij.& Ange.in summa,in verbo sors.§.ij.post gl.in summa.xxvj.q.ij.Idē etiā dicit Antoni⁹.ij.par.tit.xij.cap. j.§.ix.¶Scđo p̄mitto: Lucrum aliqđ seu diuitię ex eo non sunt censendę iniustę,& restitutiōi obnoxię,ꝙ sine labore aut industria possidētis sint cōquisitæ vel habitę: neq̄ etiā est semp pctm̄ optare aliqua tēporalia assequi bona sine labore ad illa ordinato,seu q̄ sit illorū iustū p̄cium. Patet veritas hui⁹ pręambuli:quia alias diuitię ex successiōe pa rentū,maiorū aut lateralium consanguineorū obueniētes essent iniustę,& obnoxię restitutioni:cū sepe contingat il las obuenire sine aliquo labore & industria possidētis: & tñ nullus doctus illas damnat,aut restituendas asserit,imo oīs lex tales diuitias ꝓbat, concedit ac ratificat. Similiter nullus dicit bona conquisita titulo liberalis donationis fa ctę ab aliquo diuite potente sua donare,esse iniusta,aut re stitutioni obnoxia: quę tñ sępe sine labore & industria do natarij parta sunt.Neq̄ etiā quisq̄ perit⁹diceret esse pctm̄ si qs optet vel a deo,vel a fortuna, vel titulo liberalis do nationis sibi obuenire aliqua tp̄alia ad vitā & honestatem status conducentia, vt sine solicitudine illorū acquisitioni adhibenda possit liberi⁹ deo inseruire, aut alteri pio operi intēdere.¶Tertio p̄mitto ꝙ lucrum aliqđ ex eo nō debet censeri iniustū & de necessitate restituēdum, ꝙ ex cupidi tate auaritia negociatiōe prohibita vel opere peccaminoso sit acquisitū,si non interuenerit fraus,dolus, deceptio,ex tortio,met⁹,vis aut aliud simile reddēs lucrū illud iniustū iniustitia opposita iustitiæ cōmutatiuæ. Vñ q̄ ex auaritia iusta necessitate exclusa negociat̄ in die festo, aut facit op⁹ mechanicū tunc ꝓhibitū,non tenet̄ lucrū iustū inde ꝓue niens restituere,sed tenere pōt:sicut dicit dñs Petr⁹ de pa lude in.iiij.d.xv.q.iij.cōclu.iiij.de lucro ꝓueniēte ex me

retricio,lenocinio,& histrionatu.Idē sentit Angel⁹ ī sum-ma.restitutio.j.§.vj.ver.turpe lucrū. Et ratio hui⁹ est,qa sicut pulchre declarat Tho.ij.ij.q.lxij.arti.j.restitutio est act⁹ iustitię cōmutatiuę:ita ꝙ obligatio ad restituēdū orit̄ ex lęsione illi⁹ iustitię.Sed q negociatiōe ꝓhibita seu actu vetito mercādo aut titulo donationis aliqd cōsequit̄,nihil agit cōtra iustitiā cōmutatiuā.ergo nō obligat̄ restituere. Et quāuis Inno.in ca.quia pleriq̄.de īmunitate ecclesiarū videat̄ sensisse ꝙ sic acquisita debeāt restitui salt̄ pauperi-bus,cui⁹ sententiā plures doctores sequunt̄,p̄sertim cano-nistę:illorū opinioni nō est standū,cū non sit iure fundata, neq̄ aliqua efficaci ratione ꝓbata: neq̄ ꝓ istorū opinione, & contra p̄dicta faciunt ca.cū sit.&.c.ad liberandā.de iu-dęis &c.In quorū primo statuit̄ ꝙ iudęus aut paganus in christianos vim potestatis seu p̄fecturę exercens, quia tale officiū est ei interdictū, tenetur quicquid ratiōe illi⁹ officij a christianis accepit,restituere, & pauperibus distribuere. In secundo vero statuitur ꝙ q arma,galeas,naues &c.infi delib⁹ inimicis crucis Christi vēdūt,seu ad eos deferūt:de-bent totū qđ ex illis ꝑceperint,& tantūdē de suo trāsmit-tere in subsidiū sanctę terræ: qa talis vēditio est eis vetita: qa cōstitutiōes illorū capitulorū sunt pœnales tm̄:& ideo cū sint odiosę,ad alias negociationes illicitas quę sine dolo fraude aut calūnia fiunt,extendi non debēt,iuxta regulam iuris:Odia restrigi oportet &c. ¶Quarto p̄mitto: Factū seu opus aliqđ si publicā siue cōmunē afferat vtilitatē spi ritualē aut t̄palē,ex hoc nō debet cēseri illicitū aut pecca-minosum,ꝙ ex illo aliqui aut plures ꝓuocantur ad pct̄m, p̄sertim occasione magis accepta q̄ data. Veritas huius p̄-ambuli patet, quia alias illicitū esset fabricare gladios:& arma,& ea venalia offerre, cū ex illis plures accipiāt occa sionē cōtra iustitiā alijs nocēdi.simil̄r illicitū esset principi aut alicui cōitati iustū bellū gerēti offerre seu ꝓponere oī-bus volētib⁹ ei ī militia seu exercitio bellico seruire,amplū stipēdiū, ꝓpterea ꝙ multi verisimiliter nō amore iustitię, sed magis spe obtinēdi stipendij allicianť illi seruire,suā vi-tā velut venalē offerentes:in quo grauissime peccant. Nā (vt inqt Cancellarius Parisiēsis in suis regulis moralib⁹)

in guerris faciẽdis, q̃ malis innũeris plenæ ſunt, ſola vtilitas reipub. eos excuſat a peccato, quæ vtilitas eſt cõſeruatio patriȩ aut euitatio dãni publici notabiliter peioris quã ſit damnũ particulare ex guerra ꝓueniens. ¶ His p̃miſſis ponuntur aliquæ ꝓpoſitiões. Prima eſt. Lud⁹ ollæ, de quo in quæſtione fit mentio, non eſt ex ſe illicitus, iniuſtus ſeu prohibit⁹. Probatur. Ille lud⁹ nulla lege ꝓhibet̃, neq̨ naturali, neq̨ diuina: neq̨ hũana poſitiua: ergo nõ debet cẽſeri illicit⁹ ſeu iniuſt⁹. Cõſequẽtia nota eſt. Antecedẽs patet, ꝙ nõ lege diuina, neq̨ hũana: q̃a neq̨ in ſcriptura ſacra neq̨ codicibus iuris humani inuenitur aliqua lex hũc ludũ ꝓhibens: niſi dicatur illa lege eſſe ꝓhibit⁹ qua prohibet̃ ludus alearum aut taxillorum, ꝓpter ſimilitudinem vni⁹ ad alterũ, ſed hoc dici non põt, vt infra declarabitur. ergo &c. Non etiã lege naturali qua ꝓhibet̃ oĩs iniquitas, põt intelligi prohibit⁹: quia vel hoc eſſet ex eo ꝙ innititur fortunæ aut ꝙ aliqui ꝓuocant̃ ad aliqđ lucrũ auare ſeu inordinate quærendũ, aut ꝙ ſit ex ſe van⁹ & inutilis. Neutrũ duorũ primorũ dici hõt, vt patet ex primo & quarto pręambulis. Neq̨ etiã tertium, quia vt p̃ſupponitur, ludus ille practicatur vt communitas Brugenſis aut alia aliquid acquirat, vnde ſoluat communia debita, ſeu alleuietur in communibus oneribus, quo poſſint ciues quo velint liberius proficiſci. ex cuius communitate ſalute & ꝓſperitate multorum ſal⁹ & proſperitas pendent. quare non videt̃ illicitum, homines tardos ad piã ſubuentionem faciendã allicere ſpe alicuius brauij aſſequendi vt illã faciant. Eſt enim opus maxime pium ſubuenire alicui deſolatæ patriæ, ciuitati, aut communitati fidelium, argumẽto. l. ad inſtructiones itinerum. C. de ſacroſanctis eccleſijs. ¶ Sc̃da ꝓpoſitio. Legibus humanis prohibentibus ludũ alearũ aut taxillorum non eſt cenſendus ꝓhibitus ludus ollæ. ꝓbatur leges prohibentes ludũ alearum aut taxillorũ, nullã faciunt mẽtionem de ludo ollæ, neque a paritate rationis poſſunt intelligi extenſȩ ad ludum ollæ: cum ratio prohibitionis ludi alearum locum non habeat in ludo ollæ. Nam cauſa propter quam ludus aleæ legibus fuit prohibitus, non eſt quia fortunæ innititur, quoniã ſic oĩs ludus aleȩ eſſet pro-

habitus, quod tamen falsum est, quia leges nō ꝓhibēt ludere pro modico, seu cā cōuiuij: vt patet ex. l. quod in cōuiuio. ff. de aleatoribus, sed cā ꝓhibitiōis est vel fuit (vt dicit Petrus de palu. in. iiij. d. xv. q. iij. art. v.) ꝙ perdēs in illo ludo solet blasphemare, vel ꝙ hoīes in ludo alearū aut taxillorū solēt totā eorū substātiā breui tpe cōsumere, & depauperari; quæ regulariter nō cōtingūt in ludo ollę, q magis est similis sorti diuisorię q̄ ludo alęę. Et ideo Angelus in summa in verbo ludus. §. iiij. dicit hos ludos nō esse prohibitos quia mali sunt, sed ideo malos esse qa ꝓhibiti sunt, & ꝙ causa ꝓhibitionis sunt mala quę cōmuniter ex ipsis sequuntur. quę quia cōiter nō eueniunt in raro ludētibus, sicut in sæpe ludētibꝰ ideo dicit ꝙ ꝓhibitio nō extēditur nisi ad deseruiētes talibꝰ ludis, hoc est ad frequēter ludentes: vt etiam videtur sentire gl. in ca episcopꝰ. xxxv dist. sup verbo deseruiēs. Et ꝙ dicit Angelꝰ de cā prohibitionis, expresse fundatur in constitutione græca quę habet l. si. C. de relig. & sum. fu. Hæc aūt ꝓhibitio legū ciuilium (vt cōiter dicunt doctores) abrogari pōt p cōtrariā cōsuetudinē: imo vbi non esset sic abrogata, nō tñ ligat nisi subiectos legibus imperialibus: quales fortassis hodie pauci aut nulli sunt: vt dicit doctor subtilis in. iiij. dist. xv. arti. iij. cū ferme oēs nūc vtanť legibꝰ municipalibus: quare ex ꝓhibitione ludi alearū facta p leges ciuiles aut canones pure humanos, parū aut nihil cōcludi pōt pro prohibitione ludi ollæ. Ex his sequitur ꝙ Cōrardus in libello suo de cōtractibus. q. lxxi, nō recte æqparat p̄dictū ludū ollę ludo alearū aut taxillorū, cū plures sint circūstātię sępe deprauātes ludū alearū, q̄ nō cōcurrunt in ludo ollæ. Nā ludus alearū aut taxillorū ludētes in ocio detinet, & distrahit a cōsideratione vtiliū & laudabiliū operū, qđ nō facit ludꝰ ollę ex sui natura. Etiā ex ludo aleæ nunquā vel raro pōt ꝓcurari vtilitas cōis, queadmodū pōt ex ludo ollę, vt supra dictū ē. Tertia ꝓpositio. Ludꝰ ollę ex hoc nō debet cēseri illicitꝰ seu ꝓhibitꝰ, ꝙ fiat spe lucri cōsequēdi, p̄sertim si lucrū illud ordineť ad cōmunē vtilitatē, aut priuatā pro honesta cōseruatione vitæ & statꝰ hoīs. Patet veritas huiꝰ propositionis, quia si spes seu desideriū lucri deprauaret

ludum ollæ: etiam deprauaret oēm negociationem, & oē opus mechanicū, itē & oēm ludū quātūlibet artificiosum qd tn̄ cōiter negāt doctores. Pauci em̄ sunt aut nulli qui negociationē aut opus mechanicū exerceāt nisi ꝑpter lucrū assequendū, sæpius ad priuatā vtilitatē relatū, q̄ ad cōmunē. Quod si dicatur spes lucri expectati a fortuna deprauare illū ludū, hoc falsum est; qa lucrū aliquod nō est ideo illicitū, ꝙ expectatur a fortuna, vt patet ex primo p̄ambulo. Etiā cōitas Brugēsis aut alia lucrū qd expectat ex ludo ollę, non habet a fortuna, sed ex impositionib⁹ diuersarū summarū pecuniæ ꝑ hoīes factis allectos ad illas impositiones faciendas spe alicuius p̄mij aut brauij assequēdi a fortuna seu ex sorte diuisoria: Quarta ꝓpositio. Lud⁹ ollæ sicut ab aliquib⁹ ciuitatib⁹ aut cōmunitatib⁹ interdū practicatur, iniustitiā seu iniq̄tatē videt habere ānexam, qn̄ creditores illius ciuitatis seu cōmunitatis cōpellunt inuiti credita exponere sorti metu illa aut illorū ꝑtē perdendi, seu nunq̄ illorū solutionē assequēdi. Veritas huius ꝓpositiōis patet, quia sicut dicit doct: sctūs.j.dist.iiij.q.xcvj ar.iiij. Lex ē iniusta qn̄ onera cōmunia nō æqualiter secūdū ꝓportionē gæometricā imponit subditis. sed nulla apparet ratio quare creditores alicui⁹ ciuitatis debeāt magis ferre onera illi⁹ ciuitatis q̄ alij non creditores: ergo irrationabile & iniustū videt illos cōpellere metu ꝑdēdi sua credita seu nunq̄ solutionē asseq̄ndi, vt sua credita sorti exponant seu ludo ollę: q(vt p̄supponit) practicatur ꝓpter alleuianda onera cōitatis. Quinta ꝓpositio. Lucrū ex ludo ollæ cōquisitū nō debet censeri illicitū, iniustū, seu restitutioni obnoxiū, ꝙ spe lucri cōsequēdi quis certā summā pecuniæ ad sortē seu ludū ollæ imposuit, etiā si ex sola auaritia seu cupiditate inordinata illud lucrū appeteret. Prima ꝑs hui⁹ ꝓpositionis patet ex declaratiōe .iij. ꝓpositiōis superi⁹ positæ: Nā vt declarat Thō.ij.ij.q.cxviij.ar.j. nō oīs appetit⁹ lucri aut diuitiarū est illicit⁹, vt puta qn̄ hō eas solū q̄rit inquātū sunt ei necessariæ ad vitā secūdū conditionem sui status. Idem sentit Aristo.iiij. Ethicorū circa principiū tractās de liberalitate. Et Cic. in lib. officiorum dicit Nec vero rei familiaris āpliatio nemini nocēs vituperāda

est. Neq dici potest lucrum illud illicitũ, aut spes illi⁹ lucri illicita quia expectaẽ ex medio illicito: quia vt patet ex pdictis, ludus ollæ nõ est ex se illicitus, neq aliqua lege phibitus. Secunda pars ppositionis patet ex tertio pręambulo superi⁹ posito. Non eñ oñe lucrũ ex auaritia quęsitũ est iniustũ, aut restitutioni obnoxium; Vt si quis ex sola auaritia aut cupiditate inordinata acquirẽdi diuitias exerceat negociationẽ aut aliqđ op⁹ mechanicũ, nõ ppter hoc tenetur iustũ lucrũ inde pceptũ restituere: vt oes admittũt doctores. ¶ Sexta ppositio. Lucrum ex ludo ollæ cõparatũ, ex eo non debet reputari illicitũ iniustũ aut restituendũ φ sine industria & labore illi⁹ qui ad ludũ imposuit sit conquisitũ. Veritas hui⁹ ppositionis patet ex secũdo pambulo prius posito. ¶ Contra pdicta adducunt aliqui qui sunt contrarię opinionis, aliquas rõnes, & doctorũ auctoritates. Primo contra nũc dicta adducitur Conrard⁹ in lib. suo de contractibus, tractatu. iij. q. lxxj. cõclusione. ij. qui dicit ludum ollæ posse reprobari ex simılib⁹ fundamentis qbus reprobaẽ lud⁹ fortunæ taxillorũ aut alearũ. Secũdo ad idẽ est Gabriel in. iiij. dist. xv. q. xiij. arti. j. & consequenter in dubio. viij. volens lucrũ illud esse turpe lucrũ, qđ ab eccłia debet esse alienũ. xxj. q. j. c. cleric⁹. & . xiiij. q. iiij. qm multi. Oportet eñ ab omni specie mala abstinere. j. ad Thess. v. Præterea si laico nõ licet mercari nisi propter necessitatẽ aut pietatẽ vt dixit Alexan. de Hales. iij. par. q. l. nescitur quã causam allegabũt imponentes ad ludũ ollę, nisi solã auaritiã. Secundo abduciẽ hæc ratio. Lucrũ pueniens ex ludo ollæ innitiẽ fortunæ & euẽtui fortuito sine aliqua opa industria aut solertia lucrãtis: ergo lucrãs nihil habet iuris aut iusti tituli in illo lucro, nõ ampli⁹ q̃ in eo qđ quis lucratur ludo alearũ, cui ludus ollæ oñino compand⁹ est. Et ideo quæcũq dicit Angel⁹ de ludo aleæ, quẽ vocat diabolicum: dici possent de ludo ollæ, & illi applicari. Tenet consequẽtia, qa lucrũ ocio cõparatũ, est illicitũ, iure diuino phibitũ. Geñ. iij. In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo. Cõfirmaẽ. Malę fidei possessor dr̃ q cõtra legũ interdicta mercaẽ. sed lud⁹ ollę p oĩa similis ẽ ludo aleę oñi iure phibito, ergo &c. Ad has rationes respõdeo, primo ad illud

quod adducit ex Conrardo libro suo de contractibus, dico ꝙ de ei⁹ opinione seu sentētia parū curādū est, q in hac materia & plurib⁹ alijs seipm & alios sępe paralogizat argumentādo ex principijs male intellectis. Scđo dico ꝙ ludus ollę non est oīno similis ludo alearū aut taxillorū, neq; ex sīlibus fundamētis pōt reprobari. Non em̄ lud⁹ alearū est ꝓhibit⁹ quia innitit fortunę, vt patet ex primo p̄ambulo, sed ꝓpter circūstātias malas cōiter illū ludū cōcomitātes: q̄ nō sic comitant ludū ollę, vt patet ex declaratione secundę ꝓpositionis suprapositę. Etiā ipse Cōrardus exp̄sse asserit ludū fortunę posse fieri sine pctō seclusis malis circūstātijs, & ꝓhibitiōe iuris positiui; quę ꝓhibitio locū nō habet in ludo ollę, vt patet ex dicta scđa ꝓpositione. Tertio dico ad id qđ adducit ex Gabriele Biel, ꝙ in primo art. illi⁹ quęstionis. xiij. nihil asserit, sed solū recitat contrarias doctorū opiniones de hoc, vtrū acquisitū p ludū alearū extra casus p̄missos & cōcessos possit retineri, & non oporteat restituere, aut erogare paupib⁹ siue in pios vsus. imo ibidē in quarto notabili videt tandē magis declinare in partē negatiuā, videlicet ꝙ nō sit de necessitate salutis restituēdū, pręsertim vbi leges imperiales nō obligāt: cū ibidē soluat motiua cōtrariū opinantiū Bonauenturę & aliorū. Vn̄ in ij. q. art. ij. dicit ꝙ q̄uis aleator lucrans aliquid notabile ab aliquo quē nō attraxit, & q sua donare pōt, etiā sine dolo & fraude, peccet mortaliter: ipsum tamen ad lucri restitutionē de necessitate salutis teneri non est certū euidēter. Et in octauo dubio tertij art. exp̄sse magis ꝓ nr̄a opinione loquit, q̄ p cōtraria opinione: vt patet illi⁹ dubij resolutionē intuēti. Quarto dico ꝙ ludus ollę ex se nō habet speciē mali, licet aliq occasione magis accepta q̄ data ex illo ruāt in pct̄m: ꝓpter quod tamen non est simpliciter dānandus, vt patet ex. iiij. pręambulo p̄dicto. Et quāuis haberet speciem mali vt pętenditur, hoc tm̄ solum arguit ludū ipsum esse prohibitū, non lucrum ex illo proueniens esse iniustū prohibitū, aut restitutiōi obnoxiū, vt patet ex. iij. pręambulo. Quarto dico ad illud quod adducitur ex Alex. de hales, ꝙ imponentes ad ludum ollę, possunt rationabiles causas habere illius impositionis, videlicet vt habeant aliquid

erogandũ in pios vsus, vt habeant aliquid sibi necess[illegible]rium, seu conducens ad vitam, & honestatem status: ꝑ cu[illegible]s acquisitione non distrahantꝰ seu impediantꝰ ab alio ope[illegible] vtili aut honesto &c. Ad scd̃m adductũ in contrari[illegible] consequentiã. ad ꝓbationem dico ꝙ ex illo motiuo [illegible] ꝙ illicitũ esset ꝑ te & successoribus emere redditus [illegible] multis eos habentibꝰ p̃stent occasionẽ ocij. Scd̃o d[illegible] ꝙ [illegible]cet ociũ seu ociosa vita ꝓprie loquendo de ocio, lege naturali & diuina ꝓhibeatꝰ: nulla tñ lege ꝓhibetꝰ quodcunqꝫ lucrũ ocio & sine labore & industria lucrãtis ad hoc ordinatis conquisitũ: vt patet ex tertio prçambulo. Nec valet dicere ꝙ ꝓhibetꝰ Gene. iij. In sudore vultus &c. quia ibi non prçcipitꝰ oĩs cõqsitio panis necessarij ad vitã debere fieri labore & industria hoĩs: sed prçdicitꝰ futura pœna inflicta generi humano ꝓpter pctm̃ primi parentis, ita ꝙ sine labore alicuius aut aliquorũ ex cõmunitate hoĩm non dabit terra hoĩbus alimẽta necessaria: sicut cũ ibidẽ dicitꝰ mulieri: In dolore paries filios tuos: non ei p̃cipitur vt dolores partus ꝓcuret, sed p̃dicitur ei futura pœna inflicta generi fœminarũ. Non eñ credo aliqs doctus diceret mulierẽ peccare cõtra aliquod prçceptũ si vel a deo supernaturaliter, vel arte medicinæ vbi naturaliter fieri posset, ꝓcuraret partũ fieri sine dolore. Ad confirmationem dico ꝙ imponentes ad ludũ ollæ nihil mercantꝰ contra legũ interdicta. Primo, sicut patet ex secunda ꝓpositione, ludus ollç non est legibꝰ interdictus. Secũdo supposito ꝙ ludus ille esset legibꝰ interdictus, vt ludus alearũ vel taxillorũ: tñ sicut dicit Gab. passu prçallegato respondendo ad motiuũ Bonauentu. lucrũ non est interdictũ: & ideo lucrans non possidet contra legum interdicta. Et si quçratꝰ quo titulo possidet: respõdeo cum eodem post Alexan. de hales, ꝙ titulo interuenientis pacti & obligationis condicti vtriqꝫ parti placentia.

FINIS.

Parisijs

Ex officina Nicolai Sauetirij sub signo hominis syluestris in vico Carmelitico; anno a Christo nato. 1531. circiter Calendas Ianuarias.

